605119

Racc. VII G. 141.

DE

VASALLORVM GRAVAMINIBVS

TAM RESPECTV BARONVM, quàm Iudicum, aliorumq; Officialium,

TOMVS SECVNDVS

QVAMPLVRIMIS IVRIS COMMVNIS, Municipalisq; sanctionibus plenissimè illustratus,

VARIISQ; SVPREMORVM SENATVVM, PRAECISE' S. R. ROMANAE & Regni Neap. etiàm adhùc non impressis Decisionibus vtilitèr decoratus, & reconditis priscorum, recentiorumq; Patrum doctrinis quàm lepidè ornatus

IN QVO DIVERSAE, ET MVLTIPLICES MATERIAE PONTIFICIAE, Ciuiles, Criminales, & Feudales quotidiè occurrentes singulari methodo, maximo ius dicentium, docentium, & discentium comodo per quàm doctè exarantur,

IOANNE MARIA NOVARIO I.C. LVCANO AVTHORE,

Opus sanè multùm insigne, & elegans bonarum litterarum sectatoribus pulchra, & variè lectione refertum, nèdum Sæcularibus, sed etiàm Ecclesiasticis apprimè necessarium,

CVM INDICIBVS PRAELVDIORVM, SINGVLORVM GRAVAMINVM, & memorabilium rerum in Opere contentarum.

SVPERIORVM PERMISSV

ET PRIVILEGIO REGIO



NEAPOLI, Typis Francisci Sauij Impressoris Curiæ Archiepiscopalis MDCXXXV.
Expensis FRANCISCI BALSAMI Bibliopolæ Neap.

Bibliothecae de Rosa
Cas. 83

Digitized by Google

ILLVSTRISS.MO ET EXCELLENTISS.MO D.

TIBERIO CARAFAE PRINCIPI BISINIANI ET SCILLÆ

Aurei Velleris Equiti Clariſſimo ſuo Domino Obſeruandiſſimo.

IO. MARIA NOVARIVS F.P.

Tabit tuum (Illuſtriſſ.me & Excellentiſſ.me Princeps,) pro libro toto æuo nomen; parteſque, quæ deſunt volumini, titulus præfixus implebit. Quærimus in his diſceptationibus, quibus premantur oneribus, ij quos ditionis, & Imperij poteſtas deuincit, quantaque ſeruitus miſerrima coerceat ceruices. Deeſt profectò pars altera, quibus è conuersò beneficijs qua humanitate, qua liberalitate Princeps infelicem turbam, venditaſque ſuperbis imperijs animas complecti debeant. Quid facerem? Nam neque noſtris humeris par labor, dignus eloquentia magis, quàm Iuris prudentia liber, & prælum rurſus cunctantis fidem expectat, & exprobat. Compendiariam bonus genius moſtrat viam, inclytamque tuam effigiem, celeberrimumque nomen offentat. Arripio libenter omen; Muſis, Gratijs citatis, præfigo titulum, & numen veneror. Æqui, bonique ſpero conſultum; nam diſcet æquè à noſtro ſtylo poſteritas, quid Clientem exhibere oporteat: A tuis exemplis Principem preſtare quid deceat. Quamquam ò eadem noſtrorum librorum, quæ tuorum exemplorum vrgeret neceſſitas. Neq; enim veterem quærelam inſtituo, nec Gotica tempora defleo adeo de Subditorum bonis, fortuniſq; liberalia. Nam populos veluti prædam bello captam ſub haſta diſtrahi, & contumelioſis potentiorum ingenijs mancipari, & quaſi Regia dominatione indignos in ſecundam ſeruitûtem mitti, &

Digitized by Google

nouos dominos comparari, lamentabile quandoque fuit; & tamen fuit armorum premium, & virtutis bellicæ teſſera. Nunc emaces Domini, nuperque nouorum hominum ditata manus pecuniam per ſummam fortaſſe iniuriam comparaoam, late in populorum ceruices impendunt, & venales innocenteſque animas negotiantur. Inopes ſeruitijs conterunt, nobiliores aſperis Imperijs premunt, ditiores, efflagitatis largitionibus exhauriunt: Delicta rurſus dum pretio addicunt, populorum vitas diuendunt. Ita quos in fidem acceperunt, in necem agunt. Illi rurſus dum precariam animam vix tuentur, Oppida linquunt ſolitudines ſectantur, ab Antris quæ non ſperant ab Vrbibus ſolatia preſtolantur. Adſis tu felix fauſtumque ſplendidiſſimum patriæ Sydus, clariſſimum totius Carafæ Gentis decus, piiſſimumque illud dominationis profer exemplum, quod in gemino totius Regni ampliſsimo, & opulentiſsimo Principatu exhibuiſti; Quod nec maiores noſtri viderunt, nec Saturnia Regna finxerunt; ſeu dum vitia, & ſcelera faſcibus armatis coerces, ſeu dum virtutes præſentiſsimo ardore benignus extollis; ſeu dum artes alis bonos foues, doctos viros ornas & euehis; ſeu dum inopes largitione exhilaras, nobiliores honoribus allicis, ditiores iuſtitia protegis, omnes intra boni, rectique limites tranquillos concludis, nondum conſtat humaniorem ne, an iuſtiorem te in tanta rerum mole preſtiteris. Illud ſatis conſtat magnam vim auri ab oppidis tuæ ditioni ſubiectis Congiarij nomine de more tibi aduenienti oblatam, generoſo pudore reieciſſe, auerſis quoque oculis ne à munerum ſplendore contagium vel labem contraherent. Namque quod admirandum ſemper in tua Aula extitit. Dona ſuum dediſcunt ingenium, nec ſuetas vires agnoſcunt. Quæ enim Deorum hominumque vt fertur, beneuolentiam conciliant, excelſam illam, cœloque parem tuam mentem irritant; verſis donis in iniurias; Hoc quoque capite deterioribus, quam contumeliæ. Nam harum condonatio argumentum magnanimitati miniſtrat; Donorum acceptatio præſtantem illam animi indolem labefactat. Quam tardus rurſus exactor

Digitized by Google

exactor, quàm promptus largitor, quàm largus remissor. Quæstores quos apud cęteros ignauia damnat, infelices quãdo dum munere suo ritè fungnntur, liberalis Domini laudatam iram męrentur. Sed quàm egregiam spem pręclarum illud oris tui decus, corporisque habitus eximius, proceritate ad lætam Màiestatem compositus, roseisque genis susfusum iubar, ridentibusque oculis innatans lætitia de animi tui virtutibus non pollicetur? Neque enim fas est credere pulcherrimo corpcri, nonnisi formosissimum animum delegari, vt dum alterum ex altero crescit cœlestium virtutum quandoque referatur in terris. Sed quid tam paucis, tam multa complector? Quæ in summa fortuna, beatissimaque rerum omnium copia, quod rarum semper fuit singularis animi tui enituit moderatio, quæ humanitas, quæ vultus in omnes hilaritas, vt populus ad tui intuitum semper effusus, quem præsentem semper habuit reducem, nouumq; curiosis oculis vbique requirat: Tuque rursus quem illo die benefactis non deuinxisti, risu, & conspectu beasti. Si quis tamen est in frequentissima ista, totiusque Europæ amplissima Ciuitate qui liberalitatis tuæ munificentiæ insidias argumentosas effugerit. Enim verò si in rationes relata essent dona, vel beneficia, quibus tu Ciues cumulasti tuos, quorum capita præ multitudine censeri ritè numquam in hac Vrbe potuisse affirmant ex tuis libris capita, inquam, Ciuium discerentur, ex tuisque commentarijs Censor lustrum posset condere Ciuitatis. Nam tu Ciuitatem munetibus, & beneficijs lustrasti tuis. Sed tu eadem, Generosè obliuione donas, qua cæteri accipiunt. Imò ita donas, vt debere videatis, quod donas, dum vota sæpe anteuertis, dum causas donandi fingis, dum latebras, & tenebras testes quæris, quæ munificentiam tuam occultent, & donatarij fidem non exprobent. Imò ita latenter dona, vt ita dicam committis, vt scelus committere videaris, si videaris. Ratus beneficio pondus, prætiumque decrescere si diei luce fruatur. Mirantibus bonis omnibus, & erubescentibus malis; vnde tibi tantùm affluat, ex quo tantum qnotidie effluat; nisi quòd credere fas

Digitized by Google

est inopum preces sydera fatigantium, quorum tu Cohorrtem domi semper alis, Carybdæos recessus perrupere, & Scyllęa clausstra fregere, quorum tu ditionem habuisti olim; Vnde tantę in tuum sinum effluxere opes, quantas infames scopuli horrendis vorticibus per innumera naufragia transactis sæculis condiderunt. Sed quo ego pietatem in aras religionem Deum volens nolens prætereo, aut potius quo me tuarum laudum trahit amor. Dij Te sospitent pulcherrime, & liberalissime mortalium Tiberi, & omnium elegantiarum repertor, & parens; Musæque quas tam lautè Domi hospitaris de elegantiore Scriptore prouideant, aut hominem pristinæ saluti restituant, quem tuarum laudum iugis agit amor, qui sibi famam ex tuis virtutibus, Tibi gloriam comparet ex suo stylo. Ego de accepto beneficio, quod in partem operis veneris, quod mei libri lacunas impleueris gratias innumeras habeo.

Digitized by Google

BIBLIOPOLA AD LECTOREM

ANNI Circulus (pauci sunt dies) iam est elapsus, quo mea quidem opera Antesignanum de Vassallorum Grauaminibus Doctissimi, & numquam satis laudati Viri Io. Mariæ Nouarij recepisti Tractatum, quem cum communi omnium applausu etiam ab extraneis, & remotis Mundi Regionibns, maxima cum anhelatione, exceptum, requisitum, & efflagitatum aspexerim, stimulatus sum alterum infra annum ab eodem Authore excipere, illumque typis ad commune publicum mandare. En illum iam habes (Beneuolissimè Lector) Fruere igitur tanti Iuris Consultissimi laboribus, quem Deus Optimus Maximus ad Vniuersę Reipublicę Emolumentum incolumem reddere dignetur, vt ex eiusdem fertili ingenio alias quam primum gustes (forsitam melioris condimenti) Dapes, quas promptas habere testificari valeo, nec illas in tenebris iacere permictam, Tanti enim Authoris diulgantur, non subteruntur Opera, certus quod cum ab eius promanentur Ingenio ardenter statim vno omnium communi singularum suffragio expostulentur, è manibusque eripiantur; Docet inquam id experientia Rerum Magistra, & ipse vti expertus loquor testisque omni exceptione maior esse possum.

Miclo qui iam sub prælo stant eiusdem Authoris partus: Nam quam cita eorum Natiuitas se certiorabit & dum illos te gustare spero, ipse ad alias nouiores eiusdem fetus edendos ad tui comodum me accingo. Vale.

Digitized by Google

Illustriss. & Reuerendiss. D. Aloysij Riccij, Viri Patritij Neapolitani, & Vici Æquensis Episcopi; Pro Archiepiscopalis Neapolitanæ Curiæ Tribunali Approbatio.

EA quidem maxima pompa, & apparatu eximio omnium communi gaudio, & generali lętitia Ioannis Marię Nouarij I.C. celeberrimi, Antesignanus de Vassallorum Grauaminibus Tomus receptus vndique, & vbique fuit, & vniuersali iudicio, & vnanimi sententia exceptus, & probatus, vt nec satis oratione valeam explicare: dicam verè id solum Authorem coegisse, vt alterum, quàm primum, successiuis quasi horis, omnibus gratificandi animo compilare summo studio iugique labore, cęteris abiectis, impensè niteretur. Illum equidem vidi, perlegi, gustaui, legendoque, videndo, & gustando obstupui: Dum immensa varietatum copia, particularibus Decisionum in factorum contingentijs toto Regno, ne dicam Orbe, emanatarum, plenum reperi, veris, & synceris doctrinis egenum non aspexi, conclusionibus perornatum, & ita refertum, vt locupletiorem non desideraverim. Vnde cum his, & alijs innumeris longè abundet, & Iurisdictioni Ecclesiasticę eùm faueat, & progressum ratione inducat; & bonis moribus nihil prorsus obsistat (nec secus facere vnquam in mente habuit) vt quàm citiùs prælo, ad communem vtilitatem, publicumque commodum, & iuuamen, & singulorum maximam expectationem detur existimo, ac sententia adhęreo, sicque probo, ac simul refero.

Aloysius Riccius Episcopus Vici Aequensis.

Imprimatur.

Felix Tamburellus Vicar. Generalis.

Illustriss. & Excellentiss. Domine

LVcubrationes Io Mariæ Nouarij I.C. Peritissimi, olim in Apulia Regij Auditoris, quàm vtiles, quàm proficuæ Reipublicæ prodeant, in alijs eius Operibus ab eo in lucem emissis, Excellentiæ tuæ retuli: Iste autem Secundus Tomus de Grauaminibus Vassallorum, illis non est impar, nil continet Amplissimæ Monarchiæ Potentissimi Regis nostri, aut bonis moribus aduersum: meritò typis tradi poterit, si Vigilantissimæ Prudentiæ tuæ ita iubere videbitur; Quam Deus O.M. diù Regi nostro, ac nobis seruet, atque conseruet, Neapoli 8. Iunij 1635.

Excellentię tuæ

Humillimus ac dictissimus seruus

Io. Dominicus Tassonus.

Imprimatur.

Tapia Regens Rouitus Regens Ianuarius Regens

Prouisum peę Suam Excellentiam Neap. die 18. *Maij* 1635.

Digitized by Google

D. IO. PETRI MASSARII ORATINEN. & Neap. V. I. D.

CARMEN ELEGIACVM

AD D. IO. MARIAM NOVARIVM I.C. Celeberrimum de Grauaminibus Vassallorum scribentem.

AEtas si qua fuit præsenti digna querela,
Quam nos ætatem viuimus, esse putem.
Qua dolus, & vitium, scelus, & violentia regnat.
Qua cecidit pietas, quà ceciditque fides.
De cælo Dominus latè prospexerat omnes,
Quos alit humano semine terra, fatos.
Si foret vllus homo, cuius sapientia pectus
Tangeret, oppressos eximeretque malis.
Aduertit cunctos simul errauisse nec vllum,
De tot, qui viuunt, millibus esse bonum.
Inuentus solùm pius est NOVARIVS iste,
Afflictos releuet, perfida corda premat.
Iustitiam docuit facto NOVARIVS omni.
Hocque suo iustum sese opere vsque probat.
Mortales tuuat elisos, tellure iacentes,
Erigit, & iustos iustus amore fouet.
Hinc Peregrinus opem, dotis cupit aduena rebus,
Orphanus, & vidua hinc dulce leuamen habent.
NOVARI Laudes quisquis sine fine loquetur.
Te Duce tutus erit, Te duce lætus erit.

Digitized by Google

In laudem Perillustris Viri Iureconsultissimi

IO. MARIAE NOVARII

D. Francisci de Turri V.I.D. Prothonotarij Apostolici, Archidiaconi, & Vicarij Generalis Cathedralis Ecclesiæ Vici Æquensis.

IN ZOILVM CARMEN.

AMplius haud lateant Codices abstrusa peramplos,
Munere legali num liber iste vacat?

Zoile, mordaci carpas non voce Libellum.
Hunc, pandit varijs, qui prius Aequa Foris.

At celebrem ducat superas Astræa per oras;
Et ferat Idæam Fama perennis opem.

Doctrinam, facilemque modum dat iura disertus;
Hinc Lumen Legis, Numen, & Ara patet.

Inuidus ora feras, Stigijs eiecte cloacis;
Lurida, quæ pandas nexus in antro Momo.



Digitized by Google

Admodum Illustri, & I. C. Peritissimo

IO. MARIAE NOVARIO

DE IVRIS SCIENTIÆ PRAESTANTIA,

Eique Studio adhibito,

DON AMBROSII CELENTANI

Archipræsbyteri Ecclesiæ Cathedralis Vici Æquen.

ELEGIA.

NOn tibi Parnassi culmen, fallacis & Vmbra,
Non vada Pactoli, nec leuis Vnda Tagi,
Sed Libani felix Cedrus, Syonisque Cupressus,
Hermon, & Eufrates, Engadeusque Thabor,
Vnde fluit Virtus, & largo gurgite laudes,
Et sibi Letheus comprimit Amnis Aquas,
Inclyte NOVARI, calamis, studioque per Aeuum,
Seria scribenti, maxima cura fuit.
Ius benè qualisti: Summi quòd Regia Patris,
Id Tribus innexum continet ante Chaos.
Iure quid Vtilius Cœlum? Quid Pulcrius Aether,
Aut melius toto quid tamen Orbe tegit?
Hoc fuit excelso Triadis de Fonte relatum,
Principio refluens: & sine fine datur.
Legibus Empireum Statuens, Sedesque beatas,
Sydera; perpetuos iussit, & esse Polos.
Legis amor fecit [illegible] Olympo?
Omnia stant iuri, quo sine, lapsa ruunt.
Hanc Aequi clausitque Parens indagine Molem,
Magnus, & aeterno fœdere cinxit Humum
Solis, & occasus varios direxit; & ortus;
Phœbes & omni vagas perficit vsque vias.
Dulce trahunt Axes revoluti, Tempus, & horas:
Et Prothei demum quicquid in antra fluit.
Quid Populos, Catusque Duces, Quid denique Gentes?
Quid facit excurrens, lenis vt Orbis eat?
Crimina, triste Nefas, Rixas, Furiasque coercet:
Turbine disiecto: Lex vbi, Vera Quies.
Hoc, animo voluens Author, perfusus ab Alto,
His præstat scriptis Auxiliaris Opem.
Vbera Doctrina (Mirum) sic plena forensis,
Vt patrio leges traxit ab ore Puer.

Prouidus

Digitized by Google

Prouidus incubuit Sacrato Iura Lyceo,
Simplicis afflatus Numine quippe Dei.
Hic Iuuenis Iuuenesque Senes, Puerosque Senatus,
Instruit à Prælis, doctus in Arte, suis.
Palladis auxilio superas prælatus ad Arces,
Scriptorum numeris, En monumenta refert:
Moribus ingenuis præstans, magnusque Dynastes,
Omnibus abiectis, mente per alta volat.
Expertus titulos, titulis dignissimus, effert
Et Patriam, Notos, Nomen, & inde, suos.
Hunc Pietas decorat: Miseris succurrit, Egenos
Adiuuat; Ignaros, consilioque regit.
Aegiptus sileat leges, Delphosque Lycurgus,
Dogmata Priscorum, Sparta, Sybilla, Ceres;
Imbuit Etruscos Samius, qui carmine Vates.
Cum fugit Dominos exul ab Vrbe feror.
Et renuat iactare sonos, iàm Turba profanos,
Quæ dubijs posuit Iura sacrata Viris.
Agmina Doctorum, Populi lætentur, & Vrbes;
Curia plaudat ouans, exiliantque Togæ.
Imperij fasces, Proceres, Ciuesque tuetur,
Pontificum culmen; Cæsareumque Forum.
Guttura Prædonum, Mentes, animosque procacis,
Reprimit, Aequatis promptus ad Aequa, vijs.
Gloria, Syrenis pulcræ Lucanus, hiberos,
Etruscos ornat, legiferosque Duces.
Erige Mortalis, Phæbeo culmina Vati,
Qui nouus indicit Papinianus, Opus.
Assyrios Patri templo, quos fixit honores
Ninus, in Hesperia, det modo Fama, pios.
Legum sacra cohors, Iuris decorate Peritum:
Pendeat ex humeris, Rege iubente, clamis.
Viuat, vt æternum legalis scriptor, & Heros
Hic, inter primos annumerandus Auos.
Omnia deprompsit vigilans Accursius alter;
Priscus, vt Hostilius, Papiriusque Solon.
Tarquinio, quos Nympha tulit, flagitante, libellos,
Huic cedant pretio, Nobilitate, Notis.

Digitized by Google

ELENCHVS,
SIVE EPITOME
Singulorum Præludiorum huius Operis.
SECVNDI TOMI.

Præludium Primum.

VAssalli, & Barones in controuersijs Graua minum quas habẽt, qualiter, & quando in possessorio sint ma nutenendi, pag. 9. col. 1.

Præludium II.

Gesta à Vassallis in fauorem Baronum, qualiter metu facta censeantur, & taliter extorta, ità quod nulla de eis sit habenda Ratio in cõtrouersijs exortis, pag. 15. col. 1

Præludium III.

Gesta per Vassallos in fauorem Baronum, qualiter in dubio ex causa familiaritatis, & propter beneuolentiam facta præsumantur, ita ut nullum ius tribuãt Baronibus ipsis pag. 17. col. 1.

Præludium IV.

Vassallorum Grauamina, qualiter ex Inuestiturarũ forma excludantur, pag. 19. col. 1.

Præludium V.

Vassallorum Grauamina, qualiter ex Priuilegiorum Baronalium forma excludantur, pag. 21. col. 2.

Præludium VI.

Grauamina qualiter excludantur, si quę fiant per Barones sint ex causa necessaria, & legitima. pag. 24. col. 1.

Praludium VII.

Vassallorum Grauamina, qualiter ex longeua, & legitima præscriptione Baronum euitentur, & cessent pag. 27. col. 2.

Digitized by Google

ELENCHVS PRAELVDIORVM.

Præludium VIII.

Vassallorum Grauamina, qualiter ex Consuetudine legitimè ad fauorem Baronum præscripta cessent, & euitentur, pag. 32. col. 1.

Præludium IX.

Vassallorum in fauorem aduersus Barones, qualiter in dubijs quæstionibus, & probationibus seruitutum, & onerum iudicandum sit? pag. 35. col. 1.

Præludium X.

Vassallis contra eorum Barones, & Officiales Grauamina proponentibus, qualiter tunc Superiores se gerere debent, pag. 36. col. 2.

Præludium XI.

Vassalli proponentes Grauamina, & quærelas contra Barones, & eorũ Officiales non probando, qualiter puniri debeant, pag. 38. col. 1.

Finis Singulorum Præludiorum huius SECVNDI TOMI.



ELEN-

Digitized by Google

ELENCHVS,
SEV CATHALOGVS
SINGVLORVM GRAVAMINVM, DE Quibus in huius Operis Secundo Tomo discussum est,

Grauamen Primum.



Vassalli grauantur, si Barones recusent recipere Decimã tempore Escuneę, vulgò alla Scogna, & in alio ad eorum arbitrium illam percipere velint, pag. 42. col. 1.

Grauamen II.

Vassalli grauantur, si cogantur soluere Decimam in Vino, & non in Musto, & Decimam Olei, quando est purum, & refinatum, & non quando conficitur, pag. 43. col. 2.

Grauamen III.

Vassalli grauantur, quando Barones de satis, quæ metiuntur virescentia ad finem vendendi pro quotidiano cibo Hominum, vel Animalium Decimam eiusdem speciei aridæ, & maturæ exigere velint, pag. 44. col. 2.

Grauamen IV.

Vassalli grauantur, quando coguntur soluere Baronibus Decimam vno, eodemquè tempore simul, & semel de Bladis, & Fructibus, qui non coniunctim, sed paulatim colliguntur, pag. 45. col. 1.

Grauamen V.

Vassalli grauantur, si cogantur soluere Decimam personalem ante lucrum acquisitum, pagina 46. col. 1.

Grauamen VI.

Vassalli grauantur, si Barones recusent recipere Decimam Animalium, postquam nutrita sunt, nec lacte indigent materno, & vt grãdiora eorum expensis crescant, remanere pænès ipsos faciãt, pag. 47. col. 1.

Grauamen VII.

Vassalli grauantur, si Barones sub prætextu, quod habent concessionem Decimarum in feudum illas velint etiam exigere de Nouali-

Digitized by Google

ualibus, pag. 48. col. 2.

Grauamen VIII.

Vassalli grauantur, quando Barones exigunt Decimam duplicem de vna, eademque Re, siue de eodem Acerno, pag. 50. col. 1.

Grauamen IX.

Vassalli grauantur, quando existente Consuetudine nō soluendi Decimam in sua specie, sed in pecunia Barones illam in specie exigere prætendant, & è contra, si non existente Consuetudine soluendi in pecuniam, illam in pecunia vellent, & non in sua specie, pag. 53. col. 1.

Grauamen X.

Vassalli grauantur, si cogantur soluere Decimam de fatis in Territorijs priuatorum, pag. 54. col. 1.

Grauamen XI.

Vassalli grauantur, si ex Hortis colitorijs, in quibus herbæ, vt Caules, Endiuiæ, & similia Olera, & Legumina crescunt, vescendi gratia, & illa in parua quantitate colligantur integram Decimam soluere cogantur, pag. 54. col. 2.

Grauamen XII.

Vassalli grauantur, si de industrialibus Operibus, nullis deductis expens Decimam soluere cogantur, pag. 55. col. 2.

Grauamen XIII.

Vassalli grauantur, quando Barones exigunt Decimas, & Adiutoria à Pauperibus, pag. 57. col. 2.

Grauamen XIV.

Vassalli grauantur, quando Barones pro Decimis, quas debent habere à Victualibus Fructibus, & Animalibus illa melioris conditionis pro ipsis se ligant, pag. 60. col. 1.

Grauamen XV.

Vassalli grauantur, si prohibeantur colere Territoria propria, quę nequaquam fuerunt culta, pagin. 6, col. 2.

Grauamen XVI.

Vassalli grauantur si sub prætextu, quod iterato non seminauerint prædia, aliàs inundata cogantur soluere de eis solita Terratica, nec Remissio pēsionis eis fiat, pag. 62 col. 2.

Grauamen XVII.

Vassalli grauantur, si Barones authoritate propria Adiutorium capere velint, nec pro illius consequutione superiores adire curent, pag. 64. col. 1.

Grauamen XVIII.

Vassalli grauantur, si cogantur dare Baronibus Baiulos, & Conseruatores, qui debeant inseruire, absq; mercede, pag. 65. col. 2.

Grauamen XIX.

Vassalli grauantur, si vltra Aerarium qui solet introitus feudales exigere cogantur dare alios Ciues ad faciendas Baronum exactiones, pag. 66. col. 2.

Grauamen XX.

Vassalli grauantur, quando Barones pro causa venationis, vel Aucupij homines ab Vniuersitatibus extorqueant, pag. 67. col. 2.

Grauamen XXI.

Vassalli grauantur, si ad præstanda seruitia Filijs, Fratribus, & Cōiunctis Baronum cogantur, pagin. 67, col. 2.

Grauamen XXII.

Vassalli grauantur, si cogantur præstare seruitia; cum eorum animalibus pro accessu Testium ad fauorem Baronum contra eorum Vniuersitates examinandorū, pag. 70. col. 1.

Grauamen XXIII.

Vassalli grauantur, si conuenta Merces in pecunia non soluatur pro operibus præstitis in seruitium Baronum, sed in alia re fiat solutio, pag. 71. col. 2.

Gra-

Digitized by Google

GRAVAMINVM.

Grauamen XXIV.

Vassalli grauantur, si Barones Cursores, quos mittunt cum litteris cogant pariter ad portanda Bona supra dorsum, vulgò (in cuollo) pag.73.col.1.

Grauamen XXV.

Vassalli grauantur, quando stantes accinti pro aliquo seruitio Vniuersitatis, ab illo diuertuntur per Barones, vt eis inseruiãt, & sic potius ipsis, quam Vniuersitati inseruire coguntur, pag.74.col.1.

Grauamen XXVI.

Vassalli grauantur, si pro Aerariatu Conseruatoria, vel Factoria administratis cogantur dare Rationes extra locum Administrationis, pag 75.col.2.

Grauamen XXVII.

Vassalli grauantur, si Barones renuãt recipere Computa, Administrationis factæ pro eorum seruitio, pag.76.col.2.

Grauamen XXVIII.

Vassalli grauantur, quando post reddita, Computa, & Rationes Aerariatus, vel Conseruatoriæ, aut Factoriæ Baronalis, Barones illis, qui administrarũt, differunt facere liberatorias, & Quietationes, vulgò (Quietanze) pag.78.col.1.

Grauamen XXIX.

Vassalli grauantur, si pro Liberatorijs administrationis Aerariatus, Cõseruatoratus, aut Factoratus aliquid soluere cogantur, pagin. 79. col. 1.

Grauamen XXX.

Vassalli grauantur, si à Baronibus cogantur, narè, seù filare Linum, Stuppam, Gusipium, siuè Bombacem, & similia, pag 80.col.1.

Grauamen XXXI.

Vassalli grauantur, si pro comoditatibus Baronum cogantur locare Vrbana, vel Rustica, quæ habent pro eorum vsu, pag.81.col.1.

Grauamen XXXII.

Vassalli grauantur, quando Barones faciunt vẽdere eorum bona commestibilia, absquè Assisia, vel emere ipsi velint non seruata Assisia, pag.82.col.1.

Grauamen XXXIII.

Vassalli grauantur, si pro receptione Decimarum, quas debent Baronibus, Barones ipsi non vtantur Mensuris, siclatis Regiæ Siclę, sed Mensuris ad eorum arbitrium factis, pag.84.col.1.

Grauamen XXXIV.

Vassalli grauantur, quando vetantur immittere ignem in Restucchijs post Messem pag 84.col.2.

Grauamen XXXV.

Vassalli grauantur, si sub prætextu lucri inopinati in affictu, quem tenent à Baronibus eiusdem augeatur pensio, vltra conuentam, pag 86.col.1.

Grauamen XXXVI.

Vassalli grauantur, si Datiarij, & Buccerij pro seruitio Baronum cogantur mactillare Vitulas, luencas, & Vaccas tempore quo ipsi habent alia Animalia destinata ad hunc effectum, & solita macellari in Regione, pagina 87. col.2.

Grauamen XXXVII.

Vassalli grauantur, si horis, vel diebus in solitis regatur Curia, pag. 88.col.2.

Grauamen XXXVIII.

Vassalli grauantur, quando Barones, vel Officiales non faciunt regere Curiam in loco solito, pagin. 89. col. 2.

Grauamen XXXIX.

Vassalli grauantur, quando in eorũ causis Barones, siuè Officiales nõ faciunt seruare Curiarum Stylos, pag.91.col.2.

Digitized by Google

ELENCHVS

Grauamen LX.

Vassalli grauantur, quando Barones impediunt, ne eorum Officiales præstent Iuramentum de benè administrando, & obseruando, Leges, Constitutiones, locorum Consuetudines, Statuta, Priuilegia, Capitula, Pandectas, & Vniuersitatem Immunitates, pag. 93. col. 2.

Grauamen XLI.

Vassalli grauantur, quando Barones faciunt depascere Porcos in Restuchijs, tempore quo ibi sunt spicarũ fasciculi, vulgò (le Gregne,) vel Animalia imittant in Vineis, pag. 95. col. 1.

Grauamen XLII.

Vassalli grauantur, quando pro delictis antiquis molestantur, non obstante, quod Decreta liberatoria de illis ostendãt, pag. 96. col. 2.

Grauamen XLIII.

Vassalli grauantur, si existente Statuto, vel Consuetudine præfigente Terminum ad accusandum in Criminalibus illo iam elapso ex Officio contra eos procedatur, vel admittantur ad quærelãdum Partes, pag. 102. col. 1.

Grauamen XLIV.

Vassalli grauantur, si pro iniurijs illatis post Annum inquirãtur, tàm ad instantiam partium, quàm Fisci, pag. 103. col. 2.

Grauamen XLV.

Vassalli grauantur, quando Barones faciunt vendere carnem Animalium mortuorum ad pondus, nec illam in quarta vulgò (A quarti) vel in frustra, vulgò (A pezzi,) proùt est consuetum vendere permittunt, pag. 104. col. 2.

Grauamen XLVI.

Vassalli grauantur, quando Barones, vel eorum Officiales, aut etiam ab Vniuersitatibus Deputati pro Rebus commestibilibus, permittunt vendi carnes Animalium contagiosorum, & infectorum, pag. 105. col. 2.

Grauamen XLVII.

Vassalli grauantur, si sub solo prætextu Cõfessionis ipsorum, vel Vniuersitatis, factæ in Instrumento se esse obligatos Baroni ad aliqua seruitia personalia, iuxta antiquũ solitum, deinde cogantur ex hoc illa præstare, pag. 107. col. 2.

Grauamen XLVIII.

Vassalli grauantur, quando Barones non faciunt soluere Gabbellas Farinæ, Vini, & Carnis, quæ consumantur in Cauponis, seù Tabernis ipsorum, pag. 108. col. 2.

Grauamen XLIX.

Vassalli grauantur, si sub solo prætextu, quod de Territorio soluatur Releuium, vti feudale Barones non existentes in possessione de facto illud capiant, & in eo plantent, & alias faciant culturas, pag. 109. col. 2.

Grauamen L.

Vassalli grauantur, si existentes in possessione tenendi Porcos domesticos, vulgò (Mannarini) & alia Animalia intus Terram, siuè Ciuitatem, prohibeãtur à Baronibus pag. 111. col. 1.

Grauamen LI.

Vassalli grauantur, si per Barones prohibeantur, ne in Defensis Vniuersitatum, vnà cum Bubus faciãt pascere Vaccas domitas, quas ad vsum culturæ tenẽt, p. 112. col. 1.

Gauamen LII.

Vassalli grauantur, si quando habent solum Vacchas domitas, absquè Bobus prohibentur facere Mezanos, pag. 113. col. 1.

Grauamen LIII.

Vassalli grauantur, si per Barones limitetur, & taxetur numerus Vaccarum domitorum pro exercitio culturæ, pag. 112. col. 2.

Gra-

Digitized by Google

GRAVAMINVM.

Grauamen LIV.

Vassalli grauantur, quando Census simplices, quos Baronibus soluũt esse emphyteoticos, declarare coguntur, pag. 114. col. 2.

Grauamen LV.

Vassalli grauantur, quando Barones se ingerunt in promittendo Indultum, siuè Impunitatem Reuelantibus Crimen, vulgò (metter in vero, & scoprire il delitto) etiã prævia partium offensarum Remissione, pag. 116. col. 1.

Grauamen LVI.

Vassalli grauantur, si Barones eis prohibeant, ne accedant ad Domus suarum Sponsarum, nisi contracto Matrimonio in faciem Ecclesiæ, pag. 117. col. 1.

Grauamen LVII.

Vassalli grauantur, si prohibeantur hospitari, siuè albergare Consanguineos, & Amicos exteros in eorum domibus, pag. 119. col. 1.

Grauamen LVIII.

Vassalli grauantur, quando à Grauaminibus illatis per Magistros Nũdinarum, vulgò (Mastri Mercati) coguntur appellare ad Iudicem secũdarum causarum Baronalem, & impediantur adire Regia Tribunalia, pag. 120. col. 1.

Grauamen LIX.

Vassalli grauantur, si ædificare in suo, vel extra Terram, absquè Baronum licentia prohibeantur, pag. 121. col. 1.

Grauamen LX.

Vasalli grauantur, si Dicta Testium formaliter, vt referuntur pro, & contra Reos non recipiantur, pag. 123. col. 1.

Grauamen LXI.

Vasalli grauantur, si prohibeantur deferre Ferramenta sui exercitij, & Arma furalia, pag. 124. col. 1.

Grauamen LXII.

Vasalli grauantur, si prohibeantur, extrahere Victualia ab eorum Domicilijs, vt illa vẽdant pro eorum necessitatibus supplẽdis, pag. 175. col. 1.

Grauamen LXIII.

Vassalli grauantur, si vetentur ludere Aleis, & alijs ludis in casibus de Iure non prohibitis, pag. 126. col. 2.

Grauamen LXIV.

Vassalli grauantur, quando pro damno dato nulla interueniente violentia criminaliter agitur, pag. 129. col. 1.

Grauamen LXV.

Vassalli grauantur, quando à Baronibus occupantur Loca publica, pag. 130. col. 1.

Grauamen LXVI.

Vassalli grauantur, quando Barones mutant viam publicam, in aliam, pag. 131. col. 1.

Grauamen LXVII.

Vassalli grauantur, si prohibeantur portare Vinum cum Vtris, sed cũ Cadis, vulgò (Barrili) pag. 132. col. 1.

Grauamen LXVIII.

Vassalli grauantur, si existentes in possessione tenendi, & construendi àte eorum Domus Schalas Fabricæ, & ligneas, nec non Cisternas, & Piscinas pro conseruatione Aquarum, ac Foueas pro conseruatione Victualium turbentur in illa, pag. 132. col. 2.

Grauamen LXIX.

Vassalli grauantur, si processentur de termino Amoto, quando rumpũt terminos existentes intra propria Territoria, pag. 143. col. 1.

Grauamen LXX.

Vassalli grauantur, si prohibeantur immittere Tigna, Aedificijs minantibus Ruinas, nec reponere Calcem, Arenam, Lapides, & similia ad fabricam necessaria in Vijs publicis, pag. 135. col. 1.

Gra-

Digitized by Google

ELENCHVS

Grauamen LXXI.

Vassalli grauantur, si cogantur intrare in societate, cum Baronibus faciendis Mercantijs, Massarijs, & similibus, pag. 136. col. 1.

Grauamen LXXII.

Vassalli grauantur, si Barones faciãt exequi pœnam cõtra exulatos captos post cautionem præstitam de seruãdis finibus intra Mensem solitum concedi ad recolligendas Sarcinulas, licèt talem terminum non petierint, pag. 137. col. 1.

Grauamen LXXIII.

Vassalli grauantur, si sub prætextu, quod ruperint fines exilij vltra illius reduplicationem pœnam fideiussionis soluere cogantur, pagina 139. col. 2.

Grauamen LXXIV.

Vassalli grauantur, si contra Exulatos, vel Relegatos, eorumquè fideiussores incusetur, & exigatur pœna fideiussionis, quando ad locũ, à quo fuerunt exulati ex causa necessaria accesserint, vel à loco Relegationis discesserint, pag. 141. col. 2.

Grauamen LXXV.

Vassalli grauantur, si existentes Guidati capiãtur, sub prætextu quod extra Mœnia locorum eis prohibitorum reperiantur, pagin. 141. col. 2.

Grauamen LXXVI.

Vassalli grauantur, quando coguntur soluere pœnam fideiussionis præstitæ ob non præsentationem Rei factam in tempore præfixo, quamuis post illud effectum Reus non fuerit præsentatus, pag. 143. col. 1.

Grauamen LXXVII.

Vassalli grauantur, si sub prætextu, quod fuerint visi in locis, à quibus erant exulati contra eos incusetur Fideiussio de seruandis finibus præstita, pag. 145. col. 2.

Grauamen LXXVIII.

Vassalli grauantur, si contra eos, & Fideiussores incusetur Fideiussio, & exigatur sub prætextu, quod transierint per loca, à quibus fuerunt exulati, pag. 151. col. 2.

Grauamen LXXIX.

Vassalli grauantur, quando cũ Ignominia ducuntur Carcerati, pag. 152. col. 2.

Grauamen LXXX.

Vassalli grauantur, quando Barones differunt ad recipiendos Carceratos, sibi remissos per Superiora Tribunalia, pag. 153. col. 2.

Grauamen LXXXI.

Vassalli grauantur, quando Barones prohibent, & impediunt, ne eis notificentur Prouisiones, & Ordines Regij, pag. 154. col. 1.

Grauamen LXXXII.

Vassalli grauantur, quando Barones vltra ordinarios Annales Officiales Ius Ciuibus reddere debentes constituunt pariter Capitaneos ad Guerram, pag. 155. col. 1.

Grauamen LXXXIII.

Vassalli grauantur, si vbi Terra reperiatur diuisa in Casalia, & vnum habeat Officialem pro Rata temporis in vno quoquè ex dictis Casalibus Baro Officialem assistere non faciat, pag. 156. col. 1.

Grauamen LXXXIV.

Vassalli grauantur, quando committitur Actuarijs, vel Aerarijs locorum, quod in Absentia Officialium causas audiant, vel decidant, pag. 157. col. 2.

Grauamen LXXXV.

Vassalli grauantur, quando pro Absentia Officialium Barones ipsi volunt constituere Locumtenentes, nec illos à Capitaneis deputari permittunt, pag. 158. col. 2.

Grauamen LXXXVI.

Vassalli grauantur, si quando est cõsuetum in Terris in Absentia Officialium

Digitized by Google

cialium Iustitiam administrari per Camerarios, vulgò (Camerlenghi) Alius in Locumtenentem eligatur, pag. 159. col. 2.

Grauamen LXXXVII.

Vassalli grauantur, si Barones faciant exercere Officium Actuariatus ab eodem Capitaneo, pag. 160. col. 2

Grauamen LXXXVIII.

Vassalli grauantur, quando Barones faciunt exercere Baiulationem, absque Iudicibus Annalibus, pag. 162. col. 2.

Grauamen LXXXIX.

Vassalli grauantur, quando Barones impediunt, nè à Curia Baiulationis possint appellare ad Ordinarium Capitaneum, pag. 164. col. 1.

Grauamen XC.

Vassalli grauantur, si Pandectæ Iurium, & Dirictum spectantium ad Officiales, & Capitula Baiulationum non teneantur affixa in loco publico, vel in quo regitur Curia, pag. 166. col. 2.

Grauamen XCI.

Vassalli grauantur, quando pro executione prouisionum Superiorum Tribunalium Capitanei locurum, siuè Alij Officiales interponunt Decreta, & exigunt illorum Dirictus à partibus, pag. 167. col. 1.

Grauamen XCII.

Vassalli grauantur, si prohibeantur respondere in calce scripturarum, & comparitionum, quæ sibi intimantur, sed cogantur conficere comparitionem separatim, pagin. 167. col. 2.

Gauamen XCIII.

Vassalli grauantur, si pro qualibet prouisione, quod intimetur parti, & Replichis factis in scripturis intimatis cogantur aliquid soluere Actuario, pag. 168. col. 2.

Grauamen XCIV.

Vassalli grauantur, si pro literis executorialibus vltra vnciam supra cogantur soluere, plusquam carolenos quatuor, & infra vnciam vl. Augustale, plusquam grana decē, pag. 169. col. 1.

Grauamen XCV.

Vassalli grauantur, si super interlocutorijs Repliçatorum per partes litigantes cogantur soluere aliquos dirictus Officialibus, pagina 169. col. 2.

Grauamen XCVI.

Vassalli grauantur, si cogantur soluere duplicatum ius, siuè duplicatos Dirictus pro Actis, quæ fiūt in Curia secundarum Causarum, quam quæ soluuntur in Curia primarum, pag. 170. col. 1.

Grauamen XCVII.

Vassalli grauantur, si cogantur soluere plures Dirictus pro vno Decreto sub prętextu, quod sint plures in eo descripti, vel cogantur separatim facere Defensiones, si sint plures inquisiti pro eadem causa in eodem tempore, non obstante, quod Defensiones vnius, aliorum importent defensionem, pag. 171. col. 1.

Grauamen XCVIII.

Vassalli grauantur, si cogantur dare Cubilia cum Sprouerijs, & alijs fornimentis per seruitio exterorū ad Domus Baronum accedētium, vel pro Officialium comoditate, qui pro tempore sunt, pagin. 172. col. 1.

Grauamen XCIX.

Vassalli grauantur, si copia Actorum cuius Transmissio per Regia Superiora Tribunalia ad eorum instantiam fuit ordinata, denegetur ipsis consignari, sed Barones, vel Officiales ad expēsas ipsorum appellantium illam cum speciali Tabellione vulgò (Corriero à posta) velint mittere, pag. 173. col. 1.

Grauamen C.

Vassalli grauantur, si Barones Victualia

Digitized by Google

ctualia propria vendant,& deindè accipiant illa, quæ pro vsu Ciuiũ Vniuersitates conseruarunt, pag. 174.col.1.

Grauamen CI.

Vassalli grauantur, quando Officiales vel Aerarij Baronales mercaturas exercent, & industrias faciunt in locis,in quibus administrationem habent,pag.176.col.1.

Grauamen CII.

Vassalli grauantur,si tempore Matrimonij cogantur dare Gallinas Baronibus,pag.177.col.1.

Grauamen CIII.

Vassalli grauantur, quando Barones mandant, vt vtantur Medicis, Aromatarijs, & Magistris Gramaticę exteris, illisquè assignant salarium, exclusis Ciuibus eiusdem professionis, scientiatis, & aptis, pag.178.col.1.

Grauamen CIV.

Vassalli grauantur, quando sub prætextu, quod litigent cum Vniuersitatibus,minimè admittũtur dare vocem in Parlamentis, & Concilijs circa electiones faciendas pro eorum administratione,& Gubernio; sed contrarium tutatur per Authorem,pag.179.col.1.

Grauamen CV.

Vassalli grauantur,si pro pænis, quæ debentur Curiæ ex causis Ciuilibus,siuè mulctis carcerarentur nõ obstante, quod sibi soluendo, pag. 182.col.2.

Grauamen CVI.

Vassalli grauantur, quando vti hæredes coguntur soluere pænas cõtumaciæ ab eorum Defunctis incutsas,pag.183.col.2.

Grauamen CVII.

Vassalli grauantur, quando Defectus,vulgò (Lo sfraudo) in Vino, quod recipitur in Musto ab Aerarijs, & Conseruatoribus tempore permutationis, vulgò (alla Tramuta,) seù (alla Trafica) per Barones minimè imputatur,pa.184. col.2.

Grauamen CVIII.

Vassalli grauantur,si pæna maior apponatur in sententia contumaciali ea, quæ delinquenti esset imponenda,si præsens reperiretur,pag. 185.col.1.

Grauamen CIX.

Vassalli grauantur, si à Baronibus exequatur pæna sub prætextu, quod eorum Animalia sumunt Pascua, & pascuntur spicas in Restuchijs Concium,& Areis id quibus triturantur segetes, nullo partium præcedente conquæstu, pag.186.col.1.

Grauamen CX.

Vassalli grauantur, quando pro sola cassatura quærelarum cogantur soluere ad instar haberent Decretum liberatorium,pag.186.col.2.

Grauamen CXI.

Vassalli grauantur, si ex officio non repellantur Accusatores, vel Testes, qui non sunt idonei,pag.187 col.1.

Grauamen CXII.

Vassalli grauantur,si pro Criminibus leuibus Defensiones intus Carceres facere adstringantur,pag.187. col.2.

Grauamen CXIII.

Vassalli grauantur, si Inquisitionis via effecti Rei pænis ordinarijs afficiantur,pag.188.col.1.

Grauamen CXIV.

Vassalli grauantur, quando non condemnati ad pænam ordinariam criminis,de quo sunt inquisiti cõdemnãtur ad interesse partis,pag. 189.col.1.

Grauamen CXV.

Vassalli grauantur, si post latam diffinitiuam sententiam condemnẽtur ad interesse, & expensas, pag. 190.col.2.

Gra-

Digitized by Google

GRAVAMINVM.

Grauamen CXVI.

Vassalli grauantur, quando contra eos, vti Reos fit Decretum, vt tondatur Barba ad finem recognoscendi à Testibus, pag. 192. col. 1.

Grauamen CXVII.

Vassalli grauantur, si dum Barones pro Introitibus feudalibus, quos ipsis locauerunt, contra eos possunt exequi realiter, & personaliter, hoc non obstante incusent obligationes, & liquident Instrumenta pro tali causa facta, & pœnas soluere permittant, pag. 194. col. 2.

Grauamen CXVIII.

Vassalli grauantur, si obligati ducere Victualia Baronum, aut Vniuersitatum de loco ad locum cogantur illa asportare ad locum magis distantem, pag. 195. col. 2.

Grauamen CXIX.

Vassalli grauantur, si pro ferendo Testimonio extrahantur à loco Territorij, pag. 196. col. 1.

Grauamen CXX.

Vassalli grauantur, si prohibeantur stare in Societate, & communione cum fratribus, & filijs Clericis, & vnanimiter Massarias facere, pag. 196. col. 2.

Grauamen CXXI.

Vassalli grauantur, si cogantur soluere pœnam ex causa Immunditiarum repertarum in via ante eorum Domus, postquam illam mundauere tempore debito, vel pro Immunditijs, quæ non causãt fetorem, & impediunt viam, pag. 197. col. 2.

Grauamen CXXII.

Vassalli grauantur, quando Barones commissionem causæ factam alicui Doctori nulla præcedente partium instantia, reuocant, pag. 199. col. 1.

Grauamen CXXIII.

Vassalli grauantur, si quando sint impotentes, & fecerint diligentiam reperiendi cautionem, nec reperierint ad iuratoriam non admittantur, pag. 200. col. 1.

Grauamen CXXIV.

Vassalli grauantur, vbi non admittuntur ad cautionem talem qualem, quando ex eorum impotentia nequeunt reperire fideiussores pro summa in cautione ordinata, pag. 202. col. 1.

Grauamen CXXV.

Vassalli grauantur, quando vltra petita condemnatio sequitur, pagin. 201. col. 2.

Grauamen CXXVI.

Vassalli grauantur, quãdo per Augmentum, & Alluuionem Emphiteusis, quam habent à Barone cogantur augere Canonem, pa. 203. col. 1.

Grauamen CXXVII.

Vassalli grauantur, quando Sententia non fertur secundum allegata, & probata, pag. 207. col. 1.

Grauamen CXXVIII.

Vassalli grauantur, quando in his, quæ sunt Arbitraria Iudici Arbitrium regulatum non datur, pag. 208. col. 2.

Grauamen CXXIX.

Vassalli grauantur, si ex eo quia cogunt panem in Carbonibus Domestici Ignis, vulgò (le Focaccie) seù Pizze (alla Ciniſce) seù Cenere) cogantur soluere pœnam, pag. 210. col. 1.

Grauamen CXXX.

Vassalli tenentes in Affictum Actuariam cum pœnis Ciuilibus grauãtur, si pœnam fractæ pacis, & fideiussionis de non discedendo, quæ eis deberetur Baro pro se retineat, pag. 212. col. 2.

Grauamen CXXXI.

Vassalli grauantur, si existentes in possessione soluẽdi Baronibus per multos Annos Canonem in aliqua

Digitized by Google

qua ſpecie cogantur ſoluere in alia ſpecie,& ſic extra ſolitam ſolutionem,pag.217.col.2.

Grauamen CXXXII.

Vaſſalli grauantur, quando indiſtinctè contra eos exemplis iudicatur, pag.218.col.2.

Grauamen CXXXIII.

Vaſſalli grauantur, quando in locis, in quibus reſidet Tribunal Regiæ Audientiæ Prouincialis in quolibet die Sabati non fiat viſitatio Carceratorum,nec mictatur vnus ex Auditoribus ad viſitãdos Carceres Ordinarij Gubernatoris, pag.220.col.2.

Grauamen CXXXIV.

Vaſſalli grauantur, ſi pro Baronalibus Bonis adminiſtratis non obſtante,quod demonſtrent reliquatus ſolutionem ex tali adminiſtratione deſcendentem de nouo Rationes reddere à ſucceſſoribus Baronibus adſtringãtur, pag.221. col.1,

Grauamen CXXXV.

Vaſſalli grauantur, quando contra Reos pro delictis non dignis pœna mortis expeditur Ordo, quod capiantur viui, vel mortui, pagin. 222.col.1.

Grauamen CXXXVI.

Vaſſalli grauantur, quando data ſuſpicione ludicum in cauſis proceditur, pag.223.col.1.

Grauamen CXXXVII.

Vaſſalli grauantur, quando in pronunciando Iudex partium voluntatem ſectari prętermiſit,pag.224 col.1.

Grauamen CXXXVIII.

Vaſſalli grauantur, ſi Priuilegia, & Beneficia à Iure priuilegiatis perſonis conceſſa non elargiantur, pag.224.col.2.

Grauamen CXXXIX.

Vaſſalli grauantur, quando exiſtente Odio, & Inimicitia inter Ciues Barones, vel Officiales non procurant, vt ad ſinuicem præſtetur cautio de pacificè viuendo, & de inuicem non offendẽdo, pag.226. col.2.

Grauamen CXL.

Vaſſalli grauantur, ſi prohibeantur accedere ad extera loca, niſi præcedente licẽtia Baronum, vel Capitaneorum,pag.230.col.1.

Grauamen CXLI.

Vaſſalli grauantur, ſi Barones vellẽt facere, depaſcere ſua Animalia in publicis paſculis,in quibus tamen ex cauſa de conſenſu Ciuiuium paſculatio fuit prohibita,pag.231. col.1.

Grauamẽ CXLII.

Vaſſalli grauantur, ſi Officiales præſtent Syndicatum in fine Officij, non dimiſſo Officio, pagin. 232. col.1.

Grauamen CXLIII.

Vaſſalli grauantur,ſi citati vti Teſtes compareant, & carcerentur non obſtante oblatione cautionis de non diſcedendo à loco antequam examinentur, vel ſi ex cauſa carcerati fuerint procraſtinentur eis carceratio, ne examinentur, pag. 232,col.2.

Grauamen CXLIV.

Vaſſalli grauantur, quando vti Teſtes indiſtincte, & pro omni crimine funiculis arcentur, vt deponant,pag.234.col.2.

Grauamen CXLV.

Vaſſalli grauantur, ſi Barones patiãtur hoſpitari Terras, quas in Cameras reſeruata fecerunt, pagina 235.col.2.

Grauamen CXLVI.

Vaſſalli grauantur, ſi exequatur pœna contra Barbitonſores,vel Chirugos, eo quia medicauerunt,nec fecerunt relationem Curiæ de vulnere modico, pag.237.col.1.

Gra-

Digitized by Google

GRAVAMINVM.

Grauamen CXLVII.

Vassalli grauantur, si sub prætextu quod Barones habeant concessionem Terrarum, cum Montibus, Aquis, & alijs similibus liberas à seruitutibus, & pleno iure in eis vsum habere non permittantur, pag. 238. col. 1.

Grauamen CXLVIII.

Vassalli grauantur, si cogantur dare Baronibus Vuas, Fructus, vel Caules, Indiuias, & similia, quæ habent in eorum possessionibus, pag. 239. col. 1.

Grauamen CXLIX.

Vassalli grauantur, quando Tertia pars salarij constituti Officialibus soluitur à Baronibus, antequam pareant Syndicatui, pa. 240. col. 1.

Grauamen CL.

Vassalli grauantur, si exequantur. & cogantur soluere pænam, eo quia itinerando Vuas, & Fructus in alienis prædijs comederint, pagin. 240. col. 2.

Grauamen CLI.

Vassalli grauantur, si de Compositionibus prouentibus, & pænis liquidationis Instrumentorum, & Incusationis Obligationum non fiat gratia de medietate, pag. 241. col. 1.

Grauamen CLII.

Vassalli grauantur, si cogantur soluere pænam, eò quia eorum Animalia transeuntia per viam publicam propè illa Herbas alienorum Agrorum bannitorum comedũt, pag. 242. col. 1.

Grauamen CLIII.

Vassalli grauantur, quando in Baronalibus Molendinis, Tapetis, Battinderijs, & similibus iuxta ordinem, quo venerunt eorum Frumenta non molantur, pagin. 243. col. 1.

Grauamen CLIV.

Vassalli grauantur, si quando pœna est Arbitraria extendatur, vsquè ad mortem, pag. 244. col. 1.

Grauamen CLV.

Vassalli grauãtur ex Augmento Pœnarum, vel ex illarum variatione, quando specificè reperiuntur à legibus, vel Pragmaricis, & Statutis Municipalibus impositæ, pag. 245. col. 2.

Grauamen CLVI.

Vassalli grauantur, quando probationibus hinc indè paribus existẽtibus potius condemnantur, quã absoluuntur, pag. 247. col. 2.

Grauamen CLVII.

Vassalli grauantur, quando Opinio Rigida in Criminalibus cõtra eos sectatur, pag. 248. col. 2.

Grauamen CLVIII.

Vassalli grauantur, quando in dubio potius condemnantur, quam absoluuntur, pag. 249. col. 2.

Grauamen CLIX.

Vassalli grauantur, vbi contra eos Testibus non repetitis proceditur ad condemnationem, vel Torturã pag. 250. col. 2.

Grauamen CLX.

Vassalli grauantur, quando non admittuntur ad purgandam Contumeciam per interpositas personas, pag. 252. col. 1.

Grauamen CLXI.

Vassalli grauantur, quando à Decreto lato ad eorum fauorẽ in causis Criminalibus per Baronalium Curiarum Coadiutores appellatur, pag. 253. col. 2.

Grauamen CLXII.

Vassalli grauantur, quando per Curiarum Baronalium Coadiutores in causis Criminalibus cõtra Testes petitur Repulsa, & conceditur, pag. 255. col. 1.

Grauamen CLXIII.

Vassalli grauantur, si Reus ante sententiam mortuis pœnalis sententia proferatur in Hæredes, aut Defũ-

Digitized by Google

torum Fideiussoree, pagina 255. col. 2.

Grauamen CLXIV.

Vassalli grauantur, quando Curiarũ Baronalium Coadiutoribus conceditur Terminus ad magis impinguandum, & pinguius probandum, & ad examinari faciendum, pag. 259. col. 2.

Grauamen CLXV.

Vassalli grauantur, quando vetantur facere exequi literas executoriales per Baiulos electos ab Vniuersitate, sed cogantur illas exequi facere à Seruientibus, & Satellitibus Officialium, pag. 260. col. 2.

Grauamen CLXVI.

Vassalli grauantur, quando pro repertura scripturarum, etiam Antiquarum coguntur soluere vltra Carolenum, pag. 261. col. 2.

Grauamen CLXVII.

Vassalli grauantur, quando sub prætextu, quod plures sunt Domini Iurisdictionis pœnas, & multas duplicatas soluere coguntur, pag. 262. col. 1.

Grauamen CLXVIII.

Vassalli grauantur, quando Barones non curant Reis carceratis mittere Medicos, illosquè curare facere, pag. 263. col. 1.

Grauamen CLXIX.

Vassalli grauantur, si Barones pro Reuisura, & Adequatione Pondetum, ac Mensurarum exigant Dirictus, qui solent solui pro prima Adequatione, pag. 264.

Grauamen CLXX.

Vassalli grauantur, quando sub prætextu, quod quis habeat duodecim Filios, Baro eidem concedit Immunitatem, pag. 264. col. 2.

Grauamen CLXXI.

Vassalli grauantur, si Barones, vel Officiales Debitores carceratos pro Debito ad instantiam partium sub Clani retineri non curent, sed largè eos permanere permittant, pag. 265. col. 1.

Grauamen CLXXII.

Vassalli grauantur, quando Barones non tenent tutos Carceres, & Carcererios Fidos, & approbatos, pag. 266. col. 1.

Grauamen CLXXIII.

Vassalli grauantur, quando Reis pauperibus non destinantur expensis Curiæ Aduocatus, & Procurator pro illorum defensione, pag. 267. col. 1.

Grauamen CLXXIV.

Vassalli grauantur, quando de Ordine Baronum Debitores suos nouare adstringuntur, pag. 268. col. 1.

Grauamen CLXXV.

Vassalli grauantur, si insilua concessa à Barone Vniuersitati reseruato sibi vsu venandi prohibeantur venari, pag. 270. col. 2.

Grauamen CLXXVI.

Vassalli grauantur, si Barones ab eis exigant Franchitiam pro Rebus commestibilibus, quas emunt vltra taxam Gabellæ, pag. 271, col. 2

Grauamen CLXXVII.

Vassalli grauantur, si Barones pro Franchitia eis debita in Rebus spectantibus ad victum exigant quandam quantitatem insanum volentibus Ciuibus illam præstare Dietim, prout emunt, pag. 272. col. 1.

Grauamen CLXXVIII.

Vassalli grauantur, quando Barones recusant facere Apocas de recepto, & cassare Obligationes, postquam fuerunt satisfacti, pag. 178. col. 1.

Grauamen CLXXIX.

Vassalli grauantur, si Franchitiam, soluere cogantur Baronibus pro Rebus commestibilibus, quas donandi causa extra Territorium emunt, pag. 274. col. 2.

Gra-

Digitized by Google

GRAVAMINVM.

Grauamen CLXXX.

Vassalli grauantur, quando Barones à Datiarijs, Gabellotis, & Lanijs, Carnem porcorum magni ponderis Destinatam pro saliendo ad eorum vsum accipiunt soluendo, iuxta Assisiam communem, pagin. 274. col. 2.

Grauamen CLXXXI.

Vassalli grauantur, si quando Barones pro eorum vsu acceperint Animalia, vel Currus, aut Cimbas, seù Barcas, quæ perierint casu fortuito, damnum resarcire nolint, pag. 276. col. 1.

Grauamen CLXXXII.

Vassalli grauantur, quando Barones tenent Columbaria, quæ tempore sementis nocent satis, pagina 277. col. 2.

Grauamen CLXXXIII.

Vassalli grauantur, quando prohibentur facere Representationes, & Comedias absquè Baronum, & Officialium locorum licentia, pag. 278. col. 1.

Grauamen CLXXXIV.

Vassalli grauantur, si Barones velint ipsi apponere Custodes, pro Custodiendis Territorijs, Vniuersalibus, absquè consensu Vassallorũ, pag. 279. col. 1.

Grauamen CLXXXV.

Vassalli grauantur, quando sub prætextu, quod Rei sint conuicti, & confessi denegatis Defensionibus contra eos proceditur ad condemnationem, pag. 280. col. 2.

Grauamen CLXXXVI.

Vassalli grauantur, quando Barones illis imponunt Collectam, pagin. 281. col. 2.

Grauamen CLXXXVII.

Vassalli grauantur, quando Barones se intromictunt in Derogandis Ferijs vna ex parte renitente, pag. 283. col. 1.

Grauamen CLXXXVIII.

Vassalli grauantur, quando pro paruo Debito eorum Bona magni valoris venduntur, pag. 284. col. 2

Grauamen CLXXXIX.

Vassalli grauantur, si habentes Ius faciẽdi Carbones, Insiluis, & Mõtaneis Baronum prohibeantur, & impediantur illos, ibidem conficere, pag. 285. col. 2.

Granamen CXC.

Vassalli grauantur, si soliti colligere Fenum in Montaneis Baronum pro vsu proprio, & pariter causa vendendi prohibeantur, pagina 286. col. 1.

Grauamen CXCI.

Vassalli grauantur, si cogantur Baronibus in die Pascatis dare Agnos, vel Qua, pag. 289. col. 2.

Grauamen CXCII.

Vassalli grauantur, si soliti soluere aliquid Baronibus cum protestationibus cogantur, simpliciter absquè illis solationem facere, pag. 293. col. 1.

Grauamen CXCIII.

Vassalli grauantur, si pro Restitutione Depositi facti accipienda, & liberatione aliquid dare cogantur, pag. 294. col. 1.

Grauamen CXCIV.

Vassalli grauantur, quando pro Nuptijs Baronum, vel Natiuitate Filiorum insignum lætitiæ cogantur facere Festiuitates, vt est currere, vel luctare pallia expẽsis Vniuersitatum, quamuis aliquando id soliti essent alias agere, pagin. 295. col. 1.

Grauamen CXCV.

Vassalli grauantur, quando impediũtur cum folijs suarum Arborum in proprijs Aedibus Arti sericæ operam dare, sed idem opus ad medietatem cum Baronibus facere adstringuntur, pag. 296. col. 2.

Gra-

Digitized by Google

ELENCHVS

Grauamen CXCVI.
Vassalli grauantur, si vetentur effodere lapides pro eorũ vsu in Montaneis Demanialibus Vniuersitatis, pag. 297. col. 1.

Gauamen CXCVII.
Vassalli grauantur, quando vti Aerarij adstringuntur eorum in Domibus conficere panem pro seruitio & vsu Baronum, eorumquè Familiæ, pag. 297. col. 2.

Grauamen CXCVIII.
Vassalli grauantur, quando impediũtur facere Choreas, vulgò (Balli) absquè licentia Baronum, vel Capitaneorum, pag. 298. col. 1.

Grauamen CXCIX.
Vassalli grauantur, quando Fæminę nubilis Aetatis, vel Honestæ, aut Grauidę pro deponendo Testimonio veritatis ad locum Iudicij, & Curiæ accedere coguntur, pagina 299. col. 1.

Grauamen CC.
Vassalli grauantur, quando leuibus præcedentibus Indicijs Torturae subijciuntur.
Et Multa de Indicijs, & Tortura subijciuntur, pag. 302. col. 1.

FINIS

SINGVLORVM CAPITVM OMNIVM Grauaminum, de quibus in huius Secundi Tomi Opere eleganter disceptatur.

Ad Altissimi DEI, & Sanctissimæ Immaculatæ Virginis MARIAE Laudem, & Gloriam.

Digitized by Google

IO. MARIAE NOVARII I. C. LVCANI TRACTATVS DE VASSALLORVM GRAVAMINIBVS

TOMVS SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Principium dicitur pars potissima in omnibus rebus agendis.*
2 *Dimidium facti qui benè cæpit habet.*
3 *Vix bono peraguntur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.*
4 *Agens agit propter finem.*
5 *Laus humanorum Actuum ex fine comprobatur.*
6 *Finis nobilior est his, quæ sunt ad finem.*
7 *Finis Actus est expectandus.*
8 *Res denominatur à fine.*
9 *Feciſſe non dicitur, qui ad finem non perduxit.*
10 *Factum non videtur, quando aliquid supereſt agendum, maximè ſi id quod supereſt eſt eſſentiale.*
11 *Materia grauaminum Vaſſallorum in primo Tomo edito, per Authorem non fuit completa.*

Digitized by Google

12 *Nullus est liber tam malus, qui aliqua ex parte non prosit.*
13 *Faciendi plures libros non est finis.*
14 *Scriptores sunt laude digni.*
15 *Author in hoc opere eodem stylo, quo vsus est in altero, vtitur.*
16 *Ingenia obruari minimè debent.*
Prolixitas est exosa, ibid.
17 *Moderni gaudent breuitate.*
18 *Longa loquacitas solet stomacari legentes, & tædium animis infert, ibid.*
19 *Nihil perfectum in humanis reperitur.*
20 *Nullum opus prodit in quo Authores non accusentur.*
21 *Liber omnia malè, vel bellè continere non potest, ad quod Martialis versus adducuntur, num. 21.*
23 *Author quare ad iterum scribendum in hac materia prouinciam assumpsit.*
24 *Fauor hominum ingenia ostendit.*
25 *Author in his scriptis nulli nocere intendit.*
26 *Auerrocs nec Aristoteli credendum asseruit, nisi ratione loqueretur.*
27 *Rationum momenta potius sunt inuestiganda, quàm Authores.*
28 *Ratione potius quàm authoritate superari quis debet.*
29 *Ratio Authoritati Doctorum prævalere debet.*
30 *Lex dicitur Ratio.*
21 *Virtus consistit in hoc, vt homo secundùm rationem viuat, & operetur.*
32 *Author non omisit noua inuestigare.*
33 *Noua solent placere.*
34 *Nouis rebus omnes delectantur.*
35 *Author, quare de Grauaminibus Vassallorum, & non Baronum titulum operis inscripsit.*
36 *Author excusatur, si singula grauaminum capita ordinatè non reposuit.*

PROOEMIVM.

1 QVamuis ex Iuris Consulti sententia in omnibus rebus agendis potissima pars, dicatur esse principium, vt idem scripsit in *l. 2. ff. de origin. Iur.* Itaut dimidium
2 facti, qui benè cœpit, habeat; *Horatij Flacci* versum recitando ibidem enunciet *Glos.* vt è conra vix bono peraguntur exitu, quę malo sunt inchoata princi-
3 pio; ad textum in *cap. principatus 1. quæst 1.*

4 Tamen negari suaptè nequit, omne agens secundùm rationem agere propter finem, quo fit, vt omnis humanorum actuum laus, non tam ex principio, quàm ex fine compro-
5 betur, iuxta *Maronis* dictum, *Exitus acta probat;* de quo pariter in *l. quidam ff. de Rebus dubijs, l. cùm Sylanianum, C. de his quibus vt indign. l. aut facta, §. Euentus, ff. de pœn. cap. quatuor 12. quæst. 3. & cap. quò ad autem 22. quæst.*
6 2. ad cuius axiomatis probationem *Philosophus 3. Topicorum* inquit, finem nobiliorem esse his, quæ sunt ad finem, concordat *l. etsi non sint, §. peruenia-*

mus,

Digitized by Google

mus, ff. de Aur. & Argent. legat. & scriptum est *capit.* 7. meliorem esse finem, quàm principium. Finemque actus esse expectandum patet in *l. diximus, ff de excusatione Tutor.* & à fine rem denominari elicitur ex *l. imperfecto, ff. ff. de legat.* 3. *l. Rem non nouam, §. final. Cod. de Iudic. l. sed & si quis*, §. 1. *ff. de vsufruct. cap. Infirmitatis*, §. *final. de frigid. & malefic.* Vnde finis opus est laudabile reddit secundùm *D. Augustin. de moribus Man. & in princip. Reth.*

Cumque feciſſe minimè dicatur, qui causam ad finem non perduxerit,
9 *l. qui cum natu maior, §. Accusasse, ff. de Bon. libert.* Et factum nihil videatur, quando aliquid supereſt agendum, *l. Titia ff. de verb. obligat. l. pen. C. ad Syllanian l. cum sylanianum, vbi Ias. num.* 3. *Cod. de his quibus vt indign.* maximè quando id quod supereſt esset substantiale, nec parui momenti, & accidentale, *Thomas Regul.* 159. Imò imperfecta sunt inimica naturæ. *l. non sunt liberi, ff de stat. homin. Viuius decis.* 224 *num.* 2.

Ideò agnoscens meum fuisse finem in vnam totam Vassallorum Grauaminum materiam colligere, & explanare, & perspiciens in iam edito Tractatu illam minimè realiter fuisse complexam, resolutam collectam, nèc completam, speransque similium laborum supplementum non minus ac primos placiturum, & gustaturum fore, cùm & illos cõmuni quidem applausu vnanimi certè approbatione, prospero successu, maxima humanitate, summaque alacritate (Dei Optimi Maximi beneficio, & munificentia) in singulis ferè Regionibus exceptos fuisse certioratus sim; Vt opus hoc vndique perfectum ad commune singulorum comodum per Iuris Consultorum manus peruolare valeat, alterum quoque Tomum pro meis imbecillibus viribus publicare proposui, multumque conducere opinatus sum, ea
12 saltem nixus spe, quòd iuxta Plinij sententiam; Nullus est liber tam malus qui aliqua ex parte non prosit. Et quia teste *Sapient. Ecclesiastic. cap.* 12. fa-
13 ciendi plures libros non est finis, laudibusque extollendus est Scriptoris cuiusque conatus, quia leuius in addiscendo passurus est onus, qui collectas in vnum materias lectitabit.

14 Sed quoniam (iam satis fucato sermone de hoc dictum est) cõfisus non in meo tenui sensu, sed in illius auxilio, qui omnium est Auctor scientiarum,
15 quique sapientiam, & intellectum præstat paruulis, Opus aggredior, in quo eodem stylo, & methodo, eadem cum breuitate, & claritate resolutoriè cum eadem selectione, de qua prius cuncta habebuntur, ita vt cum *Martiali* ad suum librum dicere valeam:

.... Quòd si cui fortè legeris
Sis licet vsque malus, non odiosus eris.

Ea inquam semper scribendi mihi fuit animus, quibus imbuantur, non obruantur ingenia, prolixitatemque, & obscuritatem exosam vndique, & vbique respexi, quia nec hisce temporibus illam commendatam, sed ab
16 omnibus destitutam vidi, cùm breuitate gaudeant Moderni *l. Ampliorem §. in refutatorijs C. de Appellat. Glos. in l.* 1. *ff. quod met caus.* & longa loquacitas
17 soleat stomachari legentes, vt dicit *Castrens. cons.* 191. *libr.* 2. & tædium animis infert. *Bald. cons.* 155. *libr.* 2. *Curt. Iun. cons.* 288. *num.* 5. *Cardin. Tusc. concluſ.* 127. *lit. B. & concluſ.* 895. *num.* 31. *lit. S.* Vnde vno breuitatis, & claritatis

tatis confinio illa concluſi, quæ praxis vtilitatem ſentiant, ingeniumque oblectent.

Quòd ſi latiùs, & exactiùs quis tractatam videre materiam cupiat, percurrat Authores à me adductos, nolui enim verboſis anfractibus articulos diſputare, nec aliorum tranſcribere fuſo ſermone diſputatas ſententias, ſi enim materias dilatare voluiſſem, in immenſum creuiſſet opus, & ab incepto ſtilo deſtitiſſem; ob quod illas coarctare non totas herbas deuorans ab alijs ſcripta tediosè repetendo, ſed ad inſtar Apium ex florum diuerſitate mel conflare, & ex pluribus herbis ſubſtantiam abſtrahere fui contentus, quia teſte *Plutarcho 3.tom.p.98.* In vita Phocionis, vt moneta illa optima, quæ pretium plurimum habet in parua mole; ſic ſermo, quia ſapientem, & verboſum ſimul vidi neminem.

Deprecor autem, quòd ſi defectus aliquis appareat, fraterna charitate quiſque compatiatur, conſiderans, vt quæ publico examini ſubijciuntur, facilè taxari valeant, ac difficile eſſe aliquid peragere, vt nihil erretur, &
18 omnibus placeas: Nihil enim perfectum in humanis reperitur. Vnde *Socrates* aiebat, Nullum eſſe opus, in quo Authores non accuſentur.

20 Neque ſiquidem omnia malè, nec omnia bellè, & ordinatè, venuſtèque continere librum poſſe compertum eſt, deficit enim tempus, creſcitque diuulgandi labores, quaſi coacta voluntas, quod & *Martialis libr. 7. Epigram.74.* aliàs 89. *ad Creticum*, his verbis oſtendit, videlicet:

21 *Iactat in æqualem Matho me feciſſe libellum,*
Si verum eſt laudet carmina noſtra Matho,
Aequales ſcripſit libros Caluinus & Vmber,
Aequalis liber eſt Cretice, qui malus eſt.

Non placitis igitur ignoſcat Beneuolus Lector, & pro vero agnoſcat hanc prouinciam ſcribendi aſſumpſiſſe, quia publicæ vtilitati ſatis prodeſſe certioratus fui, quapropter laboribus parcere non effugi, denuoque calamum ſatis defatigatum, nec præmiatum reaccepi. Idque mitiorem, benignumque Iudicem reddat iuxta illud *Ouid.de Pont.libr.3.Eleg.9.in fin.*

Da veniam ſcriptis, quorum non gloria nobis
Cauſa, ſed vtilitas officiumque fuit.

Hæc non otij iactandi gratia enarraui, ſed vt cauſam iterum in eodem Themate ſcribendi curioſis indicarem, ſtudioſiſque aperirem, illoſque vt me commendatum haberent exorarem, cùm ingenia, vt *Seneca* inquit *Controu libr.10.in Epiſt proœmial.ad Nouatum*, Fauor hominum oſtendat r fauor alat, quia teſtante *Plinio Epiſt.libr.6. Epiſt.ad Triarium*: Nèc cuiquam tam clarum ſtatim ingenium, vt poſſit emergere, niſi illi materia occaſio Fautor Commendatorque contingat.

Inſuper cunctis pateat me ex his ſcriptis nulli præiudicium inferre excogitaſſe, ſed in genere iuxta veros, & receptos iuris tramites loquutum
25 fuiſſe, docet inquam *Seneca libr.1.de Conſolatione ad Polibium*, Semper eſſe excogitandum vt nemini noceamus.

26 Et licèt opinionibus nonnullorum aliquando inhærere non videar, Ratio contrarium decidendi me coegit *Auerroes* ſectando veſtigia, qui non timuit dicere ſe nec Ariſtoteli primo Præceptori crediturum, niſi fortè ratione loqueretur, & *Cicero de Natura Deorum, lib.1.* aſſerit non tam Autho-

res

Digitized by Google

res in diſputando, quam rationũ momenta quærenda eſſe, & ideo legimus
28 *Plinium Cecil. lib.* 1. *Epiſt.* 19. arbitratum eſſe ſe rectius ratione, quàm autho-
29 ritate ſuperari, nec eſt nouum, Rationem authoritati Doctorum prẽualere debere, illique prẽferendam eſſe *cap.* 1. *& cap. ne innitaris de conſtitut.* & tradunt *Port. conſ.* 85. *num.* 21. *Scal. de Conſ. Sapient. cap.* 24. *in fin. libr.* 4. & multis tutatur *Corat. de Commun. Doctor opin. eligend. libr.* 2. *tit.* 9. *Caſ.* 22. *num.* 120. Quid enim eſt lex, niſi ratio vt apud *Platon. in Minoe, & Ariſtotelem in*
31 *proœmio Rethoric. ad Alexandrum*, qui *libr.* 2. *Moral. Nichomachiorum*, docet conſiſtere in hoc virtutem, vt homo ſecundum rationem operetur, & viuat.

32 Cẽterùm noua inueſtigare ad hanc materiam non omiſi, vt magis ad lectionem candidum lectorem raperem, noua enim omnia ſunt pulchritudine
33 decorata habetur *Apocalipſ.* Ecce noua facio omnia, quod & admonet *Iuuo-*
34 *nianus in proœmio ff. §. ſecundo autem, & ſolent noua omnia placere*, vt ibi per *Gloſ. ex §. quantumcumque in Auth. de Conſul.* & plerumque ſinguli nouis rebus delectantur.

35 Nec te latere volo meum fuiſſe ſenſum generaliter de Grauaminibus ſcribere, tam ſcilicet, quæ à Baronibus, quàm quę ab Officialibus, & Iudicibus. & alijs inferri poſſunt: quorum & aliqua practicabiliora ſolum tam in primo, quàm in hoc ſecundo Tomo reportaui, & proinde non de Baronum, ſed de Vaſſallorum Grauaminibus, vti magis generalẽ operis titulum deſcribere cupij, quia paſſiuè ab omnibus ipſi grauamen ſentire poſſunt.

36 Tandemque excuſatum me habere peropto, ſi ſingulorum Grauaminum capita ordinatim non repoſuerim, cùm enim malè obſeruari poſſe prævideri, vt inquam ſinguli caſus ſe menti calamoque obtulerunt, illos congruentiori loco reponere conatus ſum.



Digitized by Google


Digitized by Google

IO. MARIAE NOVARII I. C. LVCANI PRACTICABILIA PRAELVDIA GENERALIA AD VASSALLORVM GRAVAMINVM MATERIAM SVBSTANTIALIA

Feliciter incipiunt.

SVMMARIVM.

1 *Auxilium, omneque datum optimum descendit à Deo, tamquam à Patre luminum.*
2 *Preludia necessaria, & satis profigua materiæ reponuntun per Authorem.*
3 *Simplicitas est amica legi.*
4 *Subtilitas in Iudicijs non est attendenda.*
5 *Loquacitas est fugienda.*
6 *Loquacitas Authorem inquinat.*
7 *Author pompam facere non consueuit.*
8 *Veritas consistit in paucis, nec desiderat verborum adminicula.*
9 *Doctis pauca sunt dicenda.*

1 IN Tractationem de Vassallorum Grauaminibus satis forensem, ope Dei Optimi maximi, à quo auxilium, omneque datum optimum, ac donum perfectum descendit, tamquam à patre luminum iterum prosequendo, stylum quo & in Primo Tomo vsus fui, continuare minimè prætermisi.

Inde antequam ad specialium grauaminum enumeratio-
2 nem deueniam, nonnulla præludia generalia satis huic materiæ profigua, & necessaria per prius degustare auaram habere manum passus non fui.

3 At quia simplicitatem legibus amicam esse perspexi §. *Sed quia stipulationes Institut. de fideicommissar. hæredit.* §. *hæc quidem Institut. de legitim. Agnat.*

Tut.

Digitized by Google

4 *Tutel.cap.dilecti filij de Iudic.* Nec subtilitatem in Iudicijs attendendam esse docuit *Bal.cõs.*132.*vol.*2.*&* *Viuius* sectatur *de.*140. Ideo in illis practico modo procedendo, subtilitates quantum potui derelinquere, haud subterfugi.

5 Et quoniam loquacitas est euitanda, quia sæpius dictorum virtus perdi-
6 tur, cùm apud corda audientium loquacitas incauta opportunitate leuigatur, & Authorem suum inquinat, quæ seruire lectoribus ad vsum profectum ignorat, in illis me restringere conatus fui, multa quæ pro & contra adducere potuissem omittendo, præsentiens, quòd qui resolutionem quærit, non
7 pompam, sed veritatem peroptat; & ego pompam facere numquam con-
8 sueui. Ipsa quidem veritas per se splendens, verborum adminicula non desiderat *l.*1.C. *si minor ab hæredit. se abstin. Soccin. Iunior Cons.*99.*volum* 3. Eo
9 maximè quia scribitur doctis, quibus pauca sunt dicenda, & statim intelligunt, *Glos. in princip. Auth. de consanguin.& vterin. fratribus.*

SVMMARIVM.

1 *Possessorium summarijssimum dicitur Remedium extraordinarium, & subsidiarium, competens ex imploratione Officij Iudicis*

2 *Prouisio perinterim fit, quod lite pendente manuteneatur, qui habet assistentiam iuris pro se.*

3 *Practica recensetur, vt quando Barones petunt aliqua à Vassallis habentia iuris resistentiam, nec in promptu docent de titulo contra eos iudicatur, sed vide num.*13.

4 *Manutentio datur habenti intentionem fundatam, & Assistentiam iuris etiam non docto de possessione, num.*5.

6 *Manutentio denegatur Baronibus, quando prætendunt non licita insolita, nec consueta, & num.*9.

7 *Dispositio Tex. in cap. cum personæ de priuileg. in* 6. *recitatur.*

8 *Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ sunt sub Iurisdictione Diœcesani, nisi probentur exemptæ.*

10 *Interdictum vti possidetis non datur ei cui ius resistit.*

11 *Ius si resistat qualitati possessorij, si aliud non adducatur, nisi possessio iudicatur contra eam, imò de facto detentor potest expelli, & cessabit spolij exceptio.*

12 *Opinio Annæ affirmantis in summarijssimo possessorio manutenendum esse Baronem, licèt de iure ordinario contra eum sit iudicandum qualiter procedat?*

14 *Tituli exhibitio elidit exceptionem, & excusationem Resistentiæ iuris.*

15 *Priuilegium allegatur, & exhibetur contra habentem iuris assistentiam ad finem, vt quis manuteneri possit in possessione.*

16 *Tituli sola allegatio cum longa possessione qualiter & quando iuuat, & num.*20.21.22.*& quando tunc longum dicatur tempus ad hunc effectum num.*17.

18 *Titulus præsumptus inducitur ex decennali possessione.*

19 *Possessio longeua tituli locum obtinet.*

23 *Laicus non potest possidere decimas.*

24 *Assistentia iuris communis debet esse clara, & non obscura ad finem concedendi Manutentionem, sed declara vt num.*25.

26 *Possidens manuteneri debet in possessione, quamuis habeat iuris resistentiam, si tamen possessio sit considerabilis, numer.*27. *& declara vt num.* 28.29. 30. 31. *&* 33.

Digitized by Google

34 *In possessorio plenario decennalis possessio an sufficiat, vel centenaria sit necessaria? num. 35. vbi opinio Authoris.*

36 *Quid sit probandum à Vassallis vt obtineant interdictum retinendæ possessionis?*

37 *Possessio antiquior præsumitur habere iustitiam permanentem.*

38 *Possessio antiquior sine titulo præfertur iuniori cum titulo.*

39 *Possessio antiquior etiam per horas prefertur in materia possessorij.*

40 *Possessio magis antiqua præfertur in concursu manutentionis.*

41 *Data paritate probationum in interdicto retinendæ quis obtineat, & quid quando sunt dubia? num. 42. & vide num. 43. vbi Authoris sensus reponitur.*

44 *Barones olim possessores hodie possessores præsumuntur.*

45 *Probans initium possessionis habet assistetiam iuris, vt præsumatur pariter hodie possessor.*

46 *Dominus qui semel probatur præsumitur retinuisse dominium, etiã post mille annos.*

ARGVMENTVM.

Vassalli, & Barones in Controuersijs Grauaminum quas habent, qualiter, & quando in Possessorio sint manutenendi.

PRAELVDIVM I.

NOstros labores haud effugit in illam deuenire palestram, quinam in controuersijs Vassallorum, cum Baronibus manutenendi veniant Barones scilicet, vel Vassalli.

1 Quare sciendum est, in summarijssimo possessorio (quod esse remedium extraordinarium, & subsidiarium competens ex imploratione officij Iudicis scripsere *Castrens. cons. 3. volum. 2. Bece. consil. 12. num. 10. Personal. de adipisc. possess. num. 22. Menoch. de retinend. possess. Remed. vltim. Ludouic. decis. Perusin. 29.* Nouiter *Niger Cyriac. controuers. Forens. 245. tom. 2.*) decerni solere, esse capiendam informationem, quisnam lite pendente possideat, & interim

2 fieri prouisionẽ pro eo, ad cuius fauorem ius assistit, ita in proprijs terminis nouissimè *Rendell. in tract. de pascuis, & foreštis tit de Baronum pascuis pag. 66. versic. vndè*, & antè eum probauit *Regens de Pont. in cons. 97. ànum. 20. vol. 1.* vbi testatur de hac practica, dicens quo-

3 tidie videri in grauaminibus Vassallorum prouideri contra Barones, quòd abstineant, quando prætendunt aliqua à Vassallis habentia iuris resistentiam, nec in pronptu docent de titulo, sicque obseruatum reperio per Sacrum Regium Consilium in causis grauaminum Ciuitatis Theani contra Illustrissimum Principem Hostiliani, In causis Magnificæ & Nobilis Vniuersitatis Pistitij contra Baronem, In causis Terræ Lauri contra Marchionem, In causis Terræ Montis Fuscoli contra Marchionem Vici, In causis Vniuersitatis S. Agathæ contra eius vtilem Dominum, In causis Terræ Biccaricum, Marcello Caracciolo Barone, In causis ciuitatum Cotroni, & Neritoni, & alijs quàm plurimis, vt in varijs processibus antiquis proprijs oculis vidi.

4 Habet inquam fundamentum hæc praxis ex *cap. cum personæ in fine de priuileg. in 6.* vbi cernitur manutentionem dandam esse habenti intentionem fundatam de iure communi etiam nulla probata possessione voluit Rota *in vna Calaguritana Iurisdictionis de Nagera 15. Nouembris 1609. coram R. P. Actrebaten.* & prius *5. Maij 1608. in eadem causa corã eodem, & in Veronens. Iurisdictionis 18. Martij 1596. corã Eminentiss. Cardinali Pamphilio, In alia Bonomien. Sancti Petronij 28. Aprilis 1595 coram Eminentissimo Cardinali Mantica*, & aliàs sępiùs, vt apud *Veral. decis. 306. part. 1. & 203. parti 2. Rot. diuers. decis. 145. num. 6. part. 2. Gratian. forens. discept. tom. 5. cap. 876.* vbi quod debet concedi habenti resistẽtiam iuris, etiã non docto de possessione, quod & confirmat *cap. 898 num. 18. ex dec. Rot. 451. num. 2. part. 1. in Recent. & decis. 416. part. 2. in Recent.* quod intellige iuxta decisionem eiusdem Rotæ *decis. 305. num.*

num. 2. part. 1. in Recent.

6 Hinc quando prætensa per Barones non sunt licita solita, & consueta eis Manutentio denegatur, *Andr. in proœm. feud. part. 6. versic. si minori tempore Mastrill. in tract. de Magistrat. lib. 4. cap. 18. num. 114.* & lite pendente sunt seruandi immunes Vassalli, quia obstat ius contra Barones *Gramat. decis. 67. num. 4. Lanar. in addit. ad repetit. Reg. Lanar. patrui in §. siquis per triginta si de feud. defunct. contend. num. 71.* testans de communi opinione per *texum in d. cap. cum personæ de priuileg. in 6.* vbi clericus existens in diœcesi erat in possessione exemptionis à iurisdictione ordinarij, conuentus ad docendum ab Ordinario de iure suæ exemptionis, dicitur ibi, quòd pendente huiusmodi lite clericus non est tuendus in sua possessione, sed Ordinarius potest liberè vti sua iurisdictione contra eum, nisi clericus alleget priuilegium suæ exemptionis, quia tunc pendente lite super inualiditate, vel validitate priuilegij est tuendus in sua possessione ob fauorem priuilegij.

Idemque dicit si alleget præscriptionem, & priuilegium exhibitum, quia lite pendente est tuendus in possessione suæ exemptionis, nam cum exhibuerit titulum, & si de per se non sufficientem, tamen saltem ei præbuit causam præscribendi, quo præsumitur bonæ fidei in sua possessione, at secus si alleget solam præscriptionem, quia cùm in tali causa huiusmodi possessio habeat iuris communis obstaculum, nam omnes Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ sunt sub diœcesani iurisdictione, nisi probentur exemptæ ad *texum in cap. Omnes Basilicæ 16. quæst. 3.* non est tuendus in sua possessione, sequitur *Capyc. decis. 189.* & confirmat *Capiblanc. in prag. 1. à num. 229. cum seq. de Baron. tom. 1.*

Est tamen verum quòd quando tractatur de summarijssimo possessorio de onribus, ac seruitijs prætensis à Baronibus contra Vassallos, in quibus ius resistit, solet prouideri per superiores, Baronem abstinere debere.

10 Nam interdictum, vti possidetis, minimè datur ei, cui ius resistit, & aduersus habentem fundatam intentionem de iure communi, *Menoch. de Retinend. possess. Remed. 3. num. 590. Reg. de Ponte decis. 16.* vbi loquendo in terminis de huiusmodi summarijssimo possessorio,

11 annuit, quoties ius resistat qualitati possessorij, pura quia res nequit possideri absque sollemni titulo, nisi prætendatur aliud quàm simplex possessio, semper contra eam est determinandum, imò de facto detentor potest expelli, vel turbari, cum vrgeat iuris præsumptio pro probante *Reg. Rouit. in prag. 1. num. 30. cum seq. de Iurisdict. iunic. non turband.* & cessabit spolij exceptio, *Couar. pract. quæst. cap. 23. Capic. decis. 77. Reg. de Ponte decis. 18. num. 18.*

12 Et quamuis *Anna in sing. 556.* affirmet in summarijssimo possessorio manutenêdũ esse Baronem, licet de iure ordinario contra eum sit iudicandum, dicens sic decisum per sacrum Consilium in Anno 1551. in causa Baronis Oggiani cum Vniuersitate apud Margiocam Actuarium, quem sequitur *Intrigliol. in tract. de Feud. art. 85. num. 17. centur. 2. & Giurba in comment. ad consuet. Messan. cap. 2. glos. 2. part. 1. sub num. 10.*

At tamẽ ex supradictis claudicare satis patet huiusmodi opinionem, vnde posse procedere, quando ius non absistat, at secus, si ius expresè resistat cum prima transiendo sententia firmat *Capiblanc. in allegat. prag. 1. num. 232. tom. 1.* vbi magnum esse in hoc discrimen annuit, ex *Sesse de inhibit. cap. 4. §. 9.*

13 Firmat & vlterius & ipse loco indicato cessare vires supradictæ conclusionis, vbi allegãs possessorium in promptu exhiberet titulum, quia tunc alio modo dicit solere prouideri scilicet, esse capẽ dam informationem de possessorio, & quamuis ius resistat stante discussione tituli, & bona fide possessionis coloratæ non posset decerni vt supra, quòd

14 Baro se abstineat, ex *Anna allegat. 84.* cum [illegible] exhibitio eludeat exceptionem, & excusationem resistentiæ iuris, addo *Marescoct. var. resolut. lib. 1. cap. 11. num. 18.* vbi quòd quando contra

15 habentem iuris communis assistentiam allegatur & exhibetur priuilegium vna cum præscriptione manutenendus est priuilegium adducẽs, quia possessio non est adeo infecta, neque habet tantam resistentiam iuris, neque talem præsumptionem contra se, cum iustificetur ex titulo, ne sit habenda in consideratione quemadmodum si sola præscriptione niteretur, ita dicens haberi per textum in *d. cap. cum personæ*, & ibidem communi calculo Doctores distinguere,

& vo-

Digitized by Google

& voluisse Rotam in *Salamantina Iurisdictionis 17. Decembris 1582. coram Eminentissimo Cardinali Seraphino*, quod declarat habere locum dumtaxat, quãdo priuilegium, & possessio strictè percutiunt casum de quo agitur, aliàs secus ex *decis. Rotæ in Feguntina decimarum 30. Octobris 1600. coram eodem Eminentissimo Cardinali Seraphino*, in qua Episcopus, & Capitulum manutentionem petebant exigendi decimas ob iuris assistentiam contra Monasterium quoad prædia de nouo empta, & fuit determinatum Monasterium non posse eam euitare, etiamsi doceret de priuilegio exemptionis, & præscriptionem probare veller, ea scilicet ratione, quia priuilegium, & possessio non percutiebant empta post Concilium, in quibus diuersum ius statuitur ab ijs, quæ antea possidebantur.

16 Sed dicere nec prætermittam vt constito de longa possessione Baronis ante controuersiam, quamuis ius resisteret solam tituli allegationem absque vlla exhibitione esse sufficientem ad obtinendum in possessorio, ita vt si Baro peteret conseruatorium, quamuis ius resisteret, possit obtinere, *Couarruu. pract. quæst. cap. 17. num. 6. Menoch. de Retinend. possess. remed. 3. num. 593. Capic. decis. 6. Sese de inhibit. cap. 5. §. 10. num. 46. Rot. diuers. decis. 534. num. 7. & decis. 595. num. 4 & 5. part. 1.* dicens possessionem eleuare, & suos parere effectus nedum quando est contra præsumptionem iuris, sed etiam quando est contra ius si sit alicuius temporis considerabilis *Capiblanc. in dicta prag. 1. sub*
17 *num. 234. de Baron.* vbi putauit ad hunc effectum tempus appellari longum si esset vltra decem annos, quia tũc colorato titulo ipsum allegando possessor esset manutenendus, allegat *Cacheran. decis. 116. num. 7. & Peregrin. de fideicommiss. Artic. 52. num. 142.* quibus iungo *Cassador. decis. 2. de caus. possess. &*
18 *propriet.* vbi ex possessione decennali induci titulum præsumptum *Rot. diuers. decis. 4. num. 7. & decis. 8. part. 2.* in qua fuit dictum ex possessione decennali portionarios esse manutẽnedos in quasi possessione interueniendi in Capitulo, & votandi in actis Capitularibus, licet ad solos Canonicos de iure communi id spectaret, confirmãtque hæc omnia *Marescot. var. resolut. lib. 1. indicat. cap. 11.*
19 *num. 53.* vbi assignat rationem, quia longeua possessio tituli locum obtinet *ex l. siquis diuturno ff. si seruit. vendic. l. apparet §. si quis ff. de Itiner. Actuq. priuat. l. hoc iure §. ductus Aquæ ff. de Aqua quotid. & astiu. Abb. in cap. cum ueniissent num. 8. de Constitut. Franc. in cap ad decimas num. 8. de Restitut. spoliat. in 6.* Hicque considerabam vti Aduocatus ad fauorem Illustrissimi D. Francisci Salucij Episcopi Motulensis hodie Prioris Ecclesiæ S. Nicolaij Barensis contra eius Capitulum circa pretensam strenam solitam dari per Terram Rutiliani.

20 Verum hãc conclusionem non sic liberè pertransit, quia *num. 57.* asserit illam procedere, quotiescumque possessio esset pacifica & iustificaretur ex patientia illius contra quem possidetur, allegat *Franc. in citat. cap. ad decimas num. 8. & Felin. in cap. si diligenti sub num. 7. de præscript.*

Et num. 59. declarat illam cessare
21 vbi apparet de titulo inualido, quoniam cursus temporis in tali casu nihil operaretur circa præsumptionem validitatis *Paris. cons. 27. nu. 115. lib. 2. Crauett. cons. 134. num. 44. Bellon. cons. 20. col. 9. Rota in vna Eluen. Minerio rum 16. Decembris 1588. coram R. P. D. Orano addo late Illustrissimum Episcopum meum Ricc. in praxi probat. Iuris patronat. resol. 74.*

22 Tandenque *num. 60.* annuit illam habere locum dumtaxat, quãdo ius resistit possessioni, non tamen est prohibita præscriptio vt in *cap. 1. de præscript.* quia hoc casu dicit ille temporis lapsum nihil operari ex *Rota in Placentina decimarum 31. Ianuarij 1586. coram R. P. Babalo*, quia ad instar est sublata vis inductiua præscriptionis ex cursu temporis, Ita etiam censetur sublata vis inducendi præsumptionem tituli.

23 Vnde vbi præscriptio est prohibita, vt in laico possidente decimas, cuius possessioni nedum ius expresè resistit ad texum *in cap. prohibemus de Decim.* sed pariter omnem præscriptionem vetat *cap. dudum eod. tit. cap. cum causam de præscript.* in tali casu ex temporis lapsu titulus minimè præsumitur quod annis non longè elapsis vti Aduocatũ reportasse in Curia Illustrissimi Nuncij Apostolici huius Ciuitatis ad fauorẽ Admodum Reuerendi D. Iacób. Anelli de Serillo,

Digitized by Google

rillo,& alias coram quodam Illustrissimo Archiepiscopo vti delegato Apostolico reminiscor.

Vlterius non est obliuioni tradendum in hac eadem vtili materia desistere nostram principalem firmatam con-
24 clusionem quando Assistentia Iuris communis Vassallorum vel Baronum non esset nitida, & clara sed potius turbida,& obscura, quoniam in huiusmodi casu non obstante, quod inesset iuris assistentia Manutentio posset denegari, quia illa non releuaret *Seraphin. decis. 1279.num.4.Rota in Marsicen. Iurisdictionis 16.Iunij* 1618. *coram R. P. D. Buratto Ludouis. decis.* 312. *Rot. decis. 655.sub num.*3 *tom.* 1. *in posthum.Marescott.var.resolut.lib.*1.*cap.*11.*num.* 11. vbi testatur in huiusmodi casu Rotam solere omisso iudicio possessorio aggredi merita causę, & discutere petitorium dicens sic fuisse obseruatum in pluribus causis & signanter *in vna Lucen., seu nullius Iurisdictionis* 4. *Maij 1598. coram Eminentissimo Cardinali Seraphino, & in alia Montis Regalis 4. Nouembris de eodem Anno coram* R P. *D. Penia*, vide *Gonzalez in Regul. Cancell.de Altern. glos.*45.*num.*38. *&* 39. *& Gratian. forens.discept.cap.*450.*num.*41.

25 Quamuis vbi concurrerent aliqui Actus possessorij adhuc non obstante turbiditate assistentiæ Iuris pro vel contra Vassallos, aut Barones, posset dari manutentio Vassallis, vel Baronibus habentibus fundatam intentionem de iure communi *Rota decis.*382.*num.*5.*part.* 2. *in Recentior.* vbi quod offuscatio obstat manutetioni,quando solum fieret vis in assistentia iuris communis,refert, & sequitur *Beltramin.in addit. ad decis. Ludouis. d.decis.*312. *versic.limita tu.*

CAEterum si capta Informatione constaret Baronem possidere, vel è contra Vassallos veniret manutenendus, ille de cuius possessione constat licet iuris communis resistentiam habeat ex theorica *Innocent. in cap. cum venissent de Restitut.spoliat. Abb. in cap.* 1. *num* 8. *vt lit. pendent. Ruin. cons.* 28. *num.*13.*vol.*4. *Menoch.de Retinend. possess.remed.fin. num.* 21. *cum seq. Capic. decis.*189. vbi iuxta hanc sententiam reperies decisum per Sacrum Consilium, dum iudicauit esse manutenendum existentem in possessione pascendi in alieno territorio,quod iure communi liberum à tali seruitute præsumitur, confirmat *Rota in Aquilana Iurisdictionis* 1607. *corum Eminentissimo Cardinali Pamphilio* 33.*in ordine apud Marchesan. de commission fol.*980.*tom.*1.

28 *Sed Rota decis.*685.*sub num.*2. *part.*1. *in Recentior.* cum eadem pertransiens sententia illam dicit esse veram quando possessio. est temporis considerabilis, *& in Hispalen. præeminentiarum* 20. *Februarij* 1619. *coram* R. *P.* D. *Vbaldo* dixit sufficere quod possessori ius vehementer non resistat ad effectum dandi manutentionem.

28 Et *Couar.pract.cap.*17. *num.*6. eidem inhærendo opinioni de qua supra illam veram iudicat;ita demum,si vltra quasi possessionem producatur pariter titulus & si de perse non sufficiens, dūmodo sit talis,quo præscribendi causam præbeat, dicens solam possessionem non coadiuuatam aliquo tiutulo saltem colorato non esse sufficientem pro manutentione aduersus habentem iuris assistentiam ex *d. cap. cum persona §. pen. vbi Anchar. Iv: And. Franc. & Gemin.*

Marescott. autē sæpius *cit.c.*11.*ante n.* 35. videsthas opinionū scissuras cum distintionis fedre pertrāfire voluit,& putauit duos casus distinguendos, quorum
29 primus est quando sumus in possessione quam vniuersalem vocat, & tunc ipse subdistinguit quod vel ius commune assistit possidenti, & sola possessio vniuersalis suffragatur pro manutentione, exemplificat in parocho,qui probata possessione recipiendi decimas aliquorum fructuum est manutenendus in possessione decimandi respectu totius agri ex *Abb.cons.*71.*lib.*1.*& Butr. in cap.final.num* 40. *de cauf. posses. & propiet.* sic etiam probata possessione seu quasi iuris decimandi respectu certorum prædiorum ei manutentio datur quoad reliqua prædia intra parocchiam existētia, allegat inter cæteros *Rot.in nouis decis.*2.*de præscript.& in vna Corduben. redecimarum* 25. *Octobris* 1593. *coram Eminentissimo Cardinali Seraphino*, & *in vna Valentina decimarum* 23. *Octobris 1598.coram eodem*, vbi tamen fuit declaratum cessare quando alius reperiretur in possessione,quod etiam dixit *Rota in alia Hispalen. iuris decimandi* 11. *Aprilis* 1567.*coram eodem*.

30 Aut possidens habet iuris resisten-

tiam

Digitized by Google

tiam, & tunc dicit ipse ex sola vniuersali possessione non dari manutentionem exemplificat, quando res ad alium de iure pertinet ex *Grabiel. concluſ. 2. num. 24. de præſcript.* vndè ſi aliquis probaret poſſeſſionē percipiendi decimam in alia parocchia de vna ſpecie fructuum eidem non daretur manutentio reſpectu alterius ſpeciei, quoniam huic poſſeſsioni ius reſiſtit allegat *Archidiac. & Butr. in cap. final. num. 44. de cauſ. poſſeſ. & proprietat.* & *Mill. in repertor. in verbo poſſeſſio ſeù quaſi iuris decimandi*, quod tamen fallit quando appareret titulus, ſeù priuilegium, quia tunc daretur manutentio non obſtante reſiſtentia iuris iuxta Rotæ deciſionem *in Valentina decimarum 20. Februarij 1598 coram Peregrino, & in dicta Hiſpalen. decimarum coram Eminentiſſ. Seraphino*.

Alter caſus eſt, vbi ſumus in poſſeſſione particulari, & iuris reſtiſtentia ineſt, Et tunc diſtinguendum putat, quod vel is cui ius cōmune reſiſtit agit contra ſuperiorem, & in tali caſu ſola poſſeſſio non ſuffragatur pro manutentione ſed requiritur titulus ſaltem præſumptus ex *Acbil. de Graſſ deciſ. 5. de Reſtit. ſpoliat.*, & *Rot. in Corduben. Redecimarum 25. Octobris 1593. coram Seraphino*.

Vel agitur contra alios, & tunc iterum diſtinguit, quod aut poſſidenti reſiſtit valde vehemens iuris communis
31 præſumptio & tunc manutentio non datur abſque titulo, niſi habeatur poſſeſſio immemorabilis per *text. & Gloſ.* communiter receptam *in cap. 1. de præſcript. in 6. Zabarel. conſ. 26. nu. 5. Dinus in Regul. poſſeſſor n. 27. Balb. de præſcript. 2. part. 3. part. princip. quæſt. 6.*

Aut poſſidenti tantum ius commune reſiſtit, nec aduerſatur vehementiſſima
32 iuris præſumptio, & in tali caſu dicit manutenendum eſſe poſſeſſorem etiam quod ſolo innitatur poſſeſſorio, ſicq; pluries teſtatur iudicatum per Rotam vt
33 apud eum *num. 43*, qui cum latiori calamo hæc & alia conglomerat eiuſdem remiſſione contentus amplius circa id me non defatigo.

34 IN plenario autem poſſeſſorio, quamuis ſint affirmantes, vt probata decennali poſſeſſione cum tituli allegatione Baro veniat manutenendus, vt fuerunt *Iacob. de S Geor. in tit. de Homag. num. 19. & 37. Plot. de in litem iurand. S. 3. Roman. conſ. 22. Theſaur. deciſ. 206. iuxta terminos tex. in l. cum de in rem verſo ff. de vſur.*

Tamen (niſi oculi mei cecutiant) veriorem agnoſco ſententiam affirman-
35 tium requiri centenariam, vel immemorabilem, vt *Peregrin de Iur. Fiſci tit. de præſcript. num. 24. Gramat. conſ. ciuil. 90. & 147.* vbi tutatur ſolam exceptionem, & probationem præſcriptionis immemorabilis poſſe impedire, quin Vaſſalli lite pendente non debeant ipſi manuteneri, & probat *Capiblanc. in d. pragm. 1. num. 237. de Baron.* vbi quod cum Vaſſalli habeant ius commune pro ſe omni via debet eis conſuli donec cauſa cognita non fuerit diſcuſſus titulus allegatus *Vaſq. controuerſ. illuſtr. cap. 85.* conferunt ſcripta in grauam. 3. tom. 1. vbi lubeat videre, ne bis idem repetatur.

Nec Inmemorabilis proderit, ſi bona fides deſierit, cum in præſcriptione immemoriali bona fides ſit de ſubſtantia vt diximus in prælud. *7. n. 4. in verſic. quin imo*.

Itaquod his deficientibus Vaſſalli ſemper erint in poſſeſſione manutenendi.

TAndem ſi eſſemus in prætentionibus præter ius, vel ius ſuper prætenſis
36 non aſſiſteret, tunc ſubintrarent meri termini Retinendæ poſſeſſionis in quo vt Vaſſalli poſſint obtinere neceſſe eſt, probare ſe habere antiquiorem poſſeſſionē & turbari à Barone iuxta vulgata iura, & inueteratam Tribunalium praticam vt præter tractatum particularem *Menoc.* qui oīa dixit latiſſime per *Maſcard. de probat. concluſ. 1196.* vbi quid probare debeat Actor ad hoc vt in interdicto retinendæ poſſeſſionis, quod vti poſſidetis appellatur obtineat *Cacheran. deciſ 42. 54. & 99. Benitend. dec. 42. Capic. dec. 72. & 209. Magon. deciſ Lucenſ. 54. Henr. Boer. in ſuis ſingul. in tit. de petitor. & poſſeſſor. Tepat.* qui plura colligit *var. ſent. tit. de interd. retin. poſſeſſ. fol mihi 259 to. 1. Ciriac. controuer. foren. 10. tom. 1.*

Nec ſinè ratione Antiquioris poſſeſſionis probatio debet præcedere, quia
37 poſſeſſio antiquior præſumitur habere iuſtitiam permanentem *Affict. deciſ. 277.*

Digitized by Google

num.6. annuẽs *decis.224 num. 8. & 11.* recentiorem possessionem præsumi semper vitiosam *Boer.decis.239.part. 2.* vndè possessionem antiquiorem sine titulo præferendam esse recentiori cum titulo non erubuerũt scribere *Piot.in repet.l. si quando num.67.C.vnde vi, Afflict. decis. 363.num.4.* & possessio anterior etiam per horas, imò per momenta in materia possessorij prævalet secundo possessori *Paseth.conf.16 num. 15. Ruin. conf. 28. num.9 vol.4.Gozad conf 86.num. 7. & 16.Ferrett conf.2.num.7.* qui in *conf. 4.* tutatur possessorẽ anteriorem in mate-
40 ria beneficiali admicti nulla eo casu tituli defectus exceptione admissa, Inde in concursu manutentionis præfertur possessio magis antiqua *Abb. in cap. licet causam num.36.de probat.Gemin. in cap. si à sede num.31.* & ibi *Franc. num. 2.de præbend. in 6.* quos refert & sequitur *Gratian.tom. 5. discept.forens. cap. 910. num.12.*

41 Sed data paritate probationum possessionis in hoc interdicto debet obtinere qui ostendit Titulum *Veral. decis. 336.part. 1.* vide *Boer.decis.239. & Thesaur.decis.206.* vbi latè in materia.

Vndè si pro parte Vassallorum titulus non ostendatur excludetur Baro à possessione, at secus si Baro titulum haberet.

42 At quando Baronum, vel Vassallorum iura sunt dubia, licet *Bartolus in l. 1. C. vti possidetis*, consueuerit dicere Iudicem debere pronuntiare, vtrunque esse possessorem pro parte dimidia, & *Glos.* ibidem enunciat debere tunc id sorte dirimere secundum alteram opinionem *in l.in tribus ff.de Iudic.*

Tamen ipse cum illis concurrerem, quando Baronum, & Vassallorum litigantium accederet consensus, quod si
43 secus, putarem ad euadendas discordias in tali casu Iudicis partes esse deueniendi ad sequestrum & sic euitabuntur Inimicitiæ partium, & Iudicare debentium, vide *Franc. Marc. decis. parlament. Delphinal.405.tom 2.* vbi reponit modum pronunciandi interdicto vti possidetis, quando partium iura sunt dubia, & cum ista videtur transire opinione, quæ sicuti æqua est, ita venit omninò sectanda.

Vnde in huiusmodi casu nec Vassallis, nec Baronibus possessionem habere permitterem, sed nomine Sacri Regij Cõsilij aut Tribunalis, coram quo controuersia vertitur ad euitandum euitanda illam sequestrari debere putarem, nisi tamen aliud facti qualitas exposceret, vndè satis iudicare debentis arbitrium versari potest, qui iuxta plagarum, signa medicamenta adhibere valebit.

44 Constituas autem hac occasione Regulam. Barones, vel Vassallos possessores olim, hodie possessores præsumi debere *Glos. Bar & DD. in l siuè possidetis C. de probat. cap cum Ecclesia Sutrina de caus. poss. & propriet. cap. olim de Restit. spoliat. Gabriel fusè conclus. 10. de præscript. Mascard. latè conclus. 540. Card. Tusc. pract. conclus. tom. 6. lit. p. conclus. 417. Menoch. de præsumpt. libr. 6. præsumpt. 62. & 64.* vbi ad saturitatem affirmantes procedere non solum in ipso possessore allegante possessionem de præsenti sed pariter in successore vniuersali, vel singulari, qui potest allegare possessionem defuncti, vel authoris sui quem constat possedisse continuatim vsque ad mortem, vt pariter tradunt *Garcia de benefic. part. 6 cap. 3. num. 76.*
45 *Alciat. de præsumpt. Regul. 2. præsupt. 21.* etiam probans initium possessionis adhuc habere assistentiam iuris, vt præsumatur hodiè pariter possessor, sequuntur *Rebuff de pacific possessor. num. 569. Gomes in l. 50. Tauri num. 37. Paris de Resi-*
46 *gnat. benefic. lib. 3. quæst. 6. num. 76.* & quem probatum semel dominum semper presumi retinuisse dominium etiam post mille annos probat *Fachar. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 9. num. 340. pagin. mihi 510.*

Itaquod non probato contrario in variis quippè causis tam vti Aduocatus obtinui, quàm vti Iudex cum hac per transeundo conclusione determinaui.

SVMMARIVM.

1 *Domini Castrorum sunt subiectis infesti.*

2 *Ezechiel. 22. reportatur, quatenus dicit, Principes hodie esse factos lupos rapaces, qui effundunt, & deuorant sanguinem miserarum ouiũ*

quas

Digitized by Google

quas ad custodias Dominus eis tribuit.

3 *Assueta fieri facilè præsumuntur.*

4 *Ius pro Vassallis in dubio assistit, vt gesta ad Baronum vtilitatem ex metu facta præsumantur.*

5 *Exactio, & præstatio seruitiorum facta Baronibus dicitur suspecta.*

6 *Acquiescentia Vassallorum si probetur, præsumitur coacta.*

7 *Consuetudo non nascitur ex actibus coactis, & vide num. 11.*

8 *Actus violenti, & meticulosi non inducunt quasi possessionem.*

9 *Ius præscribi non potest ex violenta possessione.*

10 *Ius agendi ex improba possessione nullatenus fundatur.*

12 *Metus omnem excludit consensum.*

13 *Dolo deceptus dicitur non consentire.*

14 *Contradicere videtur, qui non consentit.*

15 *Paria sunt consentire, vel non contradicere.*

ARGVMENTVM.

Gesta à Vassallis in fauorem Baronum qualiter metu facta censeantur, & taliter extorta, itaquod nulla de eis sit habenda Ratio in controuersijs exortis.

PRAELVDIVM II.

1 DOminos Castrorum esse hominibus subiectis semper infestos: & auaritia plenos, illamque de die cogitare, & de nocte somniare fatetur *Antibol. in suo tract. de Muner. §. 4. num. 196.*

2 Ita quòd verificatum esse dictum *Ezech. 22.* tutò affirmandum est, dum in sequentia prorupit verba: *Principes facti sunt hodie quasi lupi rapaces, qui effundunt, & deuorant sanguinem miserarum ouium, quas ad custodiam Dominus eis tribuit.*

Quapropter, cùm vtilupi rapaces, (pace bonorum, prout sic omnes habeo, sit dictum) à Vassallis in dies non debita de iure extorquere minime stomacentur, & assueta fieri facilè præsumantur, *l. certi conditio §. si nummos, ff. si certum petatur*, & ab assuetis licitum sit arguere, *l. si quis donaturus, ff. de vsufructu, l. quod si nolit §. qui assidua ff. de edilit. edict. l. certi in fin. ff. de precar. l. Titianus, ff. quod cum eo.*

3

Ideo in dubio tutò firmari potest Regula, ius pro Vassallis assistere, omnia, & singula gesta per illos ad vtilium Dominorum fauorem, aliàs minimè debita metu gesta fuisse, & aliter à Baronibus extorta fuisse, prout sic hanc præsumptionem acceptarunt *Innocent. in cap. si diligenti num. 5 de præscript. Faber in §. eque num. 26. de Action. Bald. in cap. 1. in verbo pactiones de pac. Constant. Aretin. cõs. 24. n. 6. Bertrand. cons. 17. n. 3. Paris de Reintegrat. feud. cap. An præstatio seruitiorum, Soccin. Iun. cons. 99. num. 35. cum seq. volum. 3. Roland. cons. 100. num. 112. libr. 4. Regner. Sextin. libr. 2. de Regal. cap. 13. num. 21. Couarr. in Regul. possessor, §. 5. num. 2. de Reg. Iur. Mascard. de probat. conclus. 1301. Serader de feudis part. 10. sect. 5. num. 109. Visconti. in conclus. Iur. in verbo seruitia, Berlich. decis. Lipsi. 74. num. 8. cum sequ. Rota decis. 616. tom. 1. in posthum. Farinacc. num. 3.* vbi quòd in subditis metus præsumitur, ex *Surd. cons. 127. num. 25, Amat. cons. 94. num. 8.* vbi quòd superioris possessio extorta præsumitur, si de titulo non appareat.

4

5 Suspecta est enim semper exactio, & præstatio seruitiorum facta à Vassallis Baronibus, *Vasq. controuers. Illustr. cap. 85.* vbi quòd potius est præsumendum, quòd ratione violentiæ, vel metus vassalli consenserint, quam ratione debiti sequitur *Capiblanc. in Pragmat. 1. sub num. 237. de Baronibus tomo 1.*

Inde cùm ex parte Vassallorum metus præsumatur, gesta ad fauorem Baronum illis non præiudicant, & consequenter sola allegatio exactionis, & præstationis seruitiorũ Baronibus prodesse nequit, vt percipitur ex *Rota in vna Tiburtina Iuris molendi Veneris 4. Iunij 1614. coram R. P. D. Remboldo*, annuendo ex quauis alia causa potiùs, quam animo obediendi, & acquiescen-

Digitized by Google

6 di gesta præsumi ad fauorem Baronum, & quatenus acquiescentia probaretur potius censenda esset coacta, & metu extorta.

7 Ex actibus autem coactis nullam nasci consuetudinem, neque acquiri ius cogenti probat *Nacta conf. 106. nn.*

8 *12 tom. 1.* Et meticulosos, ac violentos actus non inducere quasi possessionem *Bar.* docuit in *l. sequitur §. etsi viâ sub num. 6. ff. de vsucap.* sequitur *Soccin. conf. 187. num. 21. volum. 2. Cephal. conf. 441. num. 36 vol. 3. Bertazzol. conf. ciuil. 1. num 88.* nec interdictum retinendæ.

9 *Guid. Pap. conf. 67 sub num. 3.* Et ex violenta possessione ius præscribi non potest, *§. furtiua, Instit. de vsucap Bal. in cap. si diligenti n. 6. de præscript. Gram. conf. ciuil. 90. & 147. Becc. de statut Vrb.*

10 *præscript glos. 19. num. 242.* Et ius agendi ex improba possessione nullatenus fundatur, *l. communi diuidundo §. inter predones ff. commun. diuid. Bal. in l. ex*

11 *conuentione num. 3. C. de pact.* Et vbi terror, ac metus interuenire potuit, non inducitur præscriptio, vel consuetudo, *Crauet. conf. 592. num. 85. & sequ. Surd.*

12 *conf. 323. num. 13.* quia metus omnem excludit consensum, *l nihil consensui ff. de reg. iur. cap. cum locum extr. de spons. Surd. conf. 323. num. 13. volum. 3. Rota in Mediolanen. Matrimonij coram*

13 *R. P. D. Platta*, vt pariter consentire non dicitur dolo deceptus, *Paris de Resignat. benefic. libr. 13. quæst. 3. à num. 5. cum seq.* quia habetur pro ignorante, & & errante, qui nec consentire videtur, *l. si per errorem ff. de iurisdict. omn. Iudic. Crauett consil. 257. num. 2. Cardinal. Tusc. conclus. 754 lit. C tom. 2.*

14 Certique iuris est, non consentientem videri contradicere, *l. inuitum ff. de seruitut. vrban. prad.* quia parificantur non consentire, vel contradicere, ad instar consentire, vel non cotradicere paria sunt, *l. in adoptionibus ff. de adoptionibus.* Et dicebam vti causæ patronus pro Reuerendo D. Ioan. Antonio Briglia Ecclesiæ Vicanæ Canonico, coram Commissario, & Delegato Apostolico.

SVMMARIVM.

1 *Exactio, & præstatio seruitiorum Baronibus factorum semper est suspecta vi, vel metu.*

2 *Præstatio seruitiorum facta Baronibus præsumitur ratione familiaritatis, vel ex gratia, & bono amore Vassallorum.*

3 *Patientia simplex, & scientia Subditorum potius causa gratitudinis & familiaritatis præsumuntur, quàm aliter.*

4 *Interpretatio semper est capienda ad fauorem Vassallorum, vt actus facti per eos ex voluntate præsumantur non ex debito, aut animo se obligandi.*

5 *Gesta à Vassallis in fauorem Baronum, potius ex causa voluntatis, quàm ex iure debiti præsumuntur, & ideo possessionem non tribuunt.*

6 *Gesta ex causa familiaritatis, & beneuolentiæ Baronibus, ius non tribuunt, nec acquirunt, & numero* 11.

7 *Possessio iure familiaritatis non suffragatur ad obtinendum in spolio.*

8 *Possidens iure familiaritatis, non sibi possidet, sed alteri, cuius familiaritate vtitur.*

9 *Vassalli non possunt cogi ad continuandum actus gestos ex causa familiaritatis, & beneuolentia.*

10 *Actus ex mera voluntate, & liberalitate non inducunt consuetudinem, nec necessitatem, aut obligationem.*

12 *Quæ ex ciuilitate, vel vrbanitate permittuntur, non creant præscriptionem.*

13 *Præstita ex voluntate, & gratia appellatione fructuum minimè veniunt.*

14 *Locatione facta de omnibus fructibus Archidiaconatus non veniunt fructus in aduentu Archidiaconi præstari soliti.*

15 Dona

Digitized by Google

15 *Dona quæ non sunt vniformia, & certam formam annuæ erogationis non habent, non dicuntur esse in fructu.*

16 *Donatiua facta nouo Baroni à Vassallis non restituuntur, si venditio feudi declaretur nulla, & nouus emptor tenetur relaxare feudum cum fructibus.*

17 *Vassallorum fauore claudicat regula, Actus potiùs ex causa necessaria, quàm voluntaria gestos præsumi, amplia vt num.* 18.

ARGVMENTVM.

Gesta per Vassallos in fauorem Baronum, qualiter in dubio ex causa familiaritatis, & propter beneuolentiam facta presumantur, ita vt nullum ius tribuant Baronibus ipsis.

PRAELVDIVM III.

1 CVm suspecta sit semper exactio, & præstatio seruitiorum Baronibus factorum, nisi ipsi allegent causam probabilem, nullum ius possunt ex illis prætendere acquisiuisse, nam secluso quod potius etiit presumendum ratione
2 violentiæ vel metus (vt in alio Præludio fuit dictum) affirmandum est pariter ratione familiaritatis gesta esse, *Vasques controuers. illustr. cap. 55.* quẽ sequitur *Capiblanc. in pragm. 1. num. 237. in fin. de Baron. tom. 1.*

Vel ex gratia, & bono amore Vassallorum vt ex decis. Romanæ Rotæ firmauimus *in grauam. 27. sub num. 13. tom. 1.* vbi *num.* 14. quod patientia simplex &
3 scientia subditorum potius causa gratitudinis, & familiaritatis, quàm aliter præsumitur.

Ad excludendam inquam Baronum prætendentiam in dubio coniectura, vt Actus gesti deriuati sint ex familiaritate beneuolentia, & profiua voluntate subditorum, voluit *Rota in vna Bononien. Iuris macinandi coram R. P. D. Brauo*, vbi quod semper est capienda interpretario ad fauorem Vassalorum,
4 vt actus facti per eos voluntariè ex beneuolentia censeantur erga Barones, & quælibet alia causa est exquirenda, quàm iure debiti, & animo se obligandi illos gessisse, & proindè nullum ius Baronibus ipsis per tales actus acquisitum esse, ac si publicæ honestatis causa illos gessissent, quo in casu iuri suo neminem renunciasse videri firmat *Gallin. de verborum significat. lib. 7. cap. 31. num. 3.*

Et potius iure facultatis in dubio, quàm præscriptionis tales actus censeri elicitur ex *Rip. in tit. de cauſ. poſſeſ. c. 3.* & congruit *Montan. de Regalibus in prælud. num. 12. fol. 16.*

5 Gesta igitur à Vassallis in fauorem Baronum potius ex causa beneuolentiæ & familiaritatis, quàm iure debiti præsumi debere constituenda est Regula, & ideo possessionem non tribuere cautum est *in l. qui iure familiaritatis ff. de acquir. poſſeſ.* ad cuius ornatum præter *Ann. conſ. 116. vol. 2.* plura *Menoch. de Arbitr. Iudic. caſ. 160. Maſcard. de probat. cõcluſ. 1197 Suarez ad l. 8 Fori lib. 3. tit. de Adit. hæred. Viuius deciſ. 183.*

6 Et proinde necessariò succedit confirmare conclusionem, vt per similes Actus nullum eisdem Baronibus censeatur ius attributum, & acquisitum, *Aldouin. conſ. 53. num. 23. Rota deciſ. 761. num. 4. part. 2. in Recent. D. Ricc. in collect. deciſ. 1293. in fin. Menoch. de Arbitr. Iudic. caſ. 160. Rota in Spoletana Bonorum 29. Aprilis 1616. coram R. P. D.*
7 *Buracio*, vbi dixit per huiusmodi possessionem non suffragari ad obtinendum in spolio sectando *Pontan. de ſpol. lib. 3.*
8 *ſub num.* 50. quia iure familiaritatis possidens non censetur possidere sibi, sed alteri cuius familiaritatis iure vtitur, *Gratian. forenſ. diſcept. tom. 3. cap. 450. num. 15 ex l. generaliter & l. quod meo de Acquiren. poſſeſ. l. 2. C. de præſcript. triginta annorum Bar. in l. & habet §. Hoſpites de præcar. Curt. Iun. conſ. 108. num. 26.*

9 Hinc in posterum non valent subditos ad continuandum cogere, quia
10 Actus ex mera voluntate, & liberalitate non inducunt consuetudinem vt fusè apud *Reg. Valenzuel. conſ. 140 à num. 29. vſque ad 34. vol. 2. Orbiſtin. deciſ. Cur. Belgic. 294. num. 26. tom. 1.*

Nec dicti Actus pariunt, & apportant

Digitized by Google

aliquam necessitatem, aut obligationem vt docet *Bar. in l. cum de in rem verso ff. de vsur.* & tradiderunt *Innocentius in cap. cum Ecclesia Sutrina de causs. possession. & proprietat. Angel. & Reliqui in l. si certis annis C. de pactis.*

11 Nulla siquidem in illis potest considerari possessio, & ideò nullum ius Baronibus tribuunt ad textum *in l. proculus ff. de damno infecto l. 1 §. denique, & l. si in meo fundo ff. de Aqua pluuia Arcend. Glos. in l. solet ff. de Offic. Proconsul. Rodoan. in tract. de Simonia Mentali cap. final. num. 26. Couar. lib. 1. var. cap. 9. Caldas Pereira de Renouat. Emphiteus. quæst. 15. num. 42. Monet. de option. Canonic. cap. 8. num. 21. Menchac. vsufreq. quæst. cap. 4. num. 9. Gonzalez in Reg. 8. Cancellar glos. 5. §. 6. num. 37. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 88. num. 15. & cap. 89. à num. 13.*

12 Conducit, nam quæ ex ciuilitate, vel vrbanitate permittuntur, non creant præscriptionem, *Crhistineus decis. Cur. Belgic. 164. num. 18. tom. 1.* quia cum depedeãt à mera facultate præscriptionis ius allegari nequit, nam non militat *Glos. in cap. vt priuilegia extra de priuileg.* vbi etiam *Butr.* sequitur *Felin. in cap. cum accessissent col. 11. de constitut.* quos omnes nouiter aducit *Salernitan. decis. suprem. Tribun. 56. num. 13.* conferũt nuper latius cumulata per nos *tom. 1. grauam. 10. à num. 4. cum seq.*

13 Vnde *Iacobin. in l. si proprietati ff. de Iur. dot.* meritò affirmauit præstita, ex voluntate, & gratia fructuum appellatione minime venire, quo in loco ex
14 *Oldrad cons. 129.* rationabiliter asseuerat in locatione facta à quodam Archidiacono de õnibus fructibus sui Archidiaconatus non venire dona Archidiacono in suo aduentu præstari solita, Quam sententiam probarunt, & sectati sunt *Alberic. in l. vsufructu legato ff. de vsufructu. Bal. Paul. de Castr. Imol. & Alexander in l. diuortio §. quòd in Anno ff. solut. Matrimon.* & post illos modernissimè scribit *de Marin. quotidianar. resolut. cap. 125.* vbi & alias reddit rationes inter quas illam quoque re-
15 censet, quia ipsa dona non sunt vniformia, & ea quæ certam formam annuæ erogationis non habent, sed incertam voluntatem in fructu esse non dicuntur ex *l. seio 8. Medico ff. de Annuis*
16 *legatis* & propterea concludit nõ esse restituenda Donatiua facta à Vassallis nouo Baroni, si venditio illius loci, siuè Terræ nulla declarata fuisset, ob quod emptor tenetur relaxare feudum cum fructibus.

Quibus veris existentibus tutò firmari potest Vassallorum fauore claudi-
17 care Regulam illam Actus potius ex causa necessaria, quàm voluntaria gestos præsumi *vt in l. Aristo §. 1. ff. de Iur. deliber. l. pater filium in fin. ff. ad l. falcid. l. proximi ff. de Rit. Nuptiar.* cum adductis per *Card. Tusc. concluss. 146. lit.*
18 *A.* vbi ex *Bal. cons. 35.* vult esse verum etiam in dispositione legis, vt illa in dubio teneatur emanata in causam magis necessariam.

SVMMARIVM.

1 *Inuestiturę forma potest Barones excusare, si secundùm eam onera iniungant Vassallis.*

2 *Barones non grauant, cùm à limitibus suæ inuestituræ non recedunt, sed sua vtuntur potestate concessa.*

3 *Inuestituræ tenor ad literam seruãdus.*

4 *Inuestiturę pactum in controuersijs feudalibus allegatur tamquam scopus in decidendis causis.*

5 *Inuestitura potius est respicienda, quàm feudi natura.*

6 *Inuestitura potest admittere etiam pacta extranea naturę feudali.*

7 *Inuestitura vires contractus sustinet.*

8 *Feudi natura vna generalis iuxta leges feudi, alia specialis ab inuestitura ortum habens.*

9 *Inuestitura posterior est attendenda in concursu inuestiturarum.*

10 *Posteriora derogant prioribus.*

11 *Baro si se dirigat secundùm inuestituram priorem melioris conditionis*

Digitized by Google

nis posterioris, grauat Vassallos, & quando, num. 12.

13 *Vassallis non potest immutari forma inuestiturę.*

14 *Prima inuestitura si reperiatur alterata solet peti vt ad primam formam reformetur.*

15 *Antiqua inuestitura dat formam, & regulam posteriori in casibus dubijs.*

16 *Inuestitura mutata nisi dicatur expresse (de consensu partium) nullum infert præiudicium.*

17 *Prima inuestitura appellatur radiũ, & fundamentum omnium aliarum.*

18 *Inuestituræ posteriores à primis differentes præsumuntur erroneę, & & non factę ex certa scientia, quãquam adesset clausula (Non obstante, &c.)*

19 *Noua inuestitura facta per Dominum virtute antiquæ, non tollit vigorem antiquæ.*

ARGVMENTVM.

Vassallorum Grauamina, qualiter ex Inuestiturarum forma excludantur.

PRAELVDIVM IV.

LArga Inuestiturarum forma quam vtiles Terrarum Domini habere so-
1 lent, potest eos excusare, vt iniungendo onera ipsorum Vassallis, ex quibus regulaliter grauamen oriatur, grauare in tali casu minimè dicantur.

Patet enim quòd dum secundùm illius tramites Barones se dirigant vtique non grauant, cum iuxta illorum
2 concessionem procedent, & à limitibus Inuestiturę ipsi dum non recedunt excedere minimè videntur, & consequenter nec [illegible] nam sua vtuntur potestate [illegible]

3 Sufficit inq[illegible] ribus ad euadendum grauamen [illegible]

rę tenori, qui ad literam est obseruandus, nec ab eius forma licitè recedi valet, *Roman.* & ibi *Mandos. in addit. cons.* 4. *num.* 3. *Viu. decis.* 334. *num.* 3. quia Inuestitura debet attendi, *Gratian. tom.* 4. *discept forens cap.* 663. *num.* 5.

4 Nam in singulis controuersijs feudalibus eiusdem inuestiturę pactum allegatur, & ad illud tamquam ad scopum in decidendis controuersijs habetur recursus ad textum *in l.* 1. *in fin. de duobus fratribus.* vbi *Andreas, & Afflictus* reassumunt, solam inuestituram dici fontem, originem, & causam deuolutionis feudorum.

5 Itaquod Inuestituram potius esse recipiendam, quàm feudi naturam elicitur ex *Bal. in prælud feud. num.* 47. Et alijs citatis fundat *Reg. Tap. dec. suprem. Ital. Senat.* 2. *nu.* 133. & recenter *Merlin. Controuers. forens. cap.* 32. *num.* 27.

6 Quia illa potest admittere pacta etiam extranea naturæ feudali, vt fusè probauit *Natta cons.* 467. *volum.* 2. & voluit *Curt. Iun. in tract. de feud* 1. *part* 6. *part. quæst. princip.* sequitur *Capiblanc. in pragm.* 1. *part.* 1. *num.* 2. *de Baron. tom.* 1. vbi pariter quod inuestitura vires contractus sustinet ex *Bal. in cap.* 1 *§ præterea, tit. quid sit inuestitura*, Et quòd illa est loco pacti, & nisi seruetur pactum rescinditur omne peractum ex *Afflict. decis.* 335. *num.* 15. dicens vlterius naturam feudi aliam esse generalem iuxta leges feudi, & aliam specialem ab inuestitura ortum habentem, ex *Capyt. in sua Inuestitura feudal. in verbo feudorum leges.*

Cœterùm non desinam aduertere, quod *Thesaurus decis.* 227. *num.* 14. af-
9 firmat in concursu, & conflictu inuestiturarum esse attendendas posteriores refert *Viscant. in conclus. Iur. in verbo*
10 *Inuestitura*, quasi quòd posteriora derogent prioribus, *l. sed & posteriores, ff. de legibus l. cum in plures § locator horrei ff. locati*, luculenter *Alexan. consil.* 122. *libr.* 4. vbi ampliat in statutis, contractibus, vltimis voluntatibus, Rescriptis, & similibus.

11 Quare si Barones (attenta hac opinione) vellent se dirigere iuxta inuestituras priores, in quibus forsan essent ipsi melioris conditionis, & maiorem potestatem haberent, Vassallos grauа-

Sed

Digitized by Google

12 Sed ego non concurro cum *Thesaur.* nisi quando appareret de mutatione inuestituræ posterioris, ex consensu Vassalli inuestiti, de cuius præiudicio agitur.

13 Vassallis enim non posse immutari formam inuestituræ, notarunt *Dec. cons.* 185. *Ruin. cons.* 187 *vol.* 1. *Brun. cons.* 15. *Paris cons.* 22. 23. & 145. *vol.* 1. sed Inuestituram primam eiusque tenorem esse attendendum vti lapidem Angularem *Afflict. decis.* 195. vbi *Vrsil. Bursat. consil.* 122. *num.* 18. *Rot. Lucens. decis.* 48. *col.* 1. *Consiliarius de Anna cons.* 53. *num.* 35. *cum seq. lib.* 1. & ante eum *Io: Vincentius Anna pater in singul.* 563. vbi fatetur in Regia Cancellaria fuisse semper decisum primam Inuestituram attendendã esse tali modo, vt si reperiatur concessum feudum pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, & deindè vtatur, & Rex assentiatur pro hæredibus ex corpore, talis Assensus poterit accomodari vigore originalis inuestituræ, prout sic in facti contingentia iudicatum, & practicatum in causa Illustr. Comitis Biccari, qui emerat Baroniam Vallis Maioris ab Illustr. Marchionissa Illiceti, qui habebat pro hæredibus, & successoribus in perpetuum testatur.

14 Hinc casu quo prima inuestitura reperitur alterata, solet peti vt ad primam formã reformetur *R. De Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. de Reform. Inuestitur. Reg. Rouit. cons.* 1. *num.* 35. *& seq. vol.* 1. vbi plura conglomerat, quæ hic adaptari possent.

15 Antiqua siquidem inuestitura dat formam, & regulam posteriori in casibus dubijs *Gratian. discep. forens. tom.* 4. *cap.* 724. *num.* 2.

16 Vnde & si appareat de mutatione, inuestituræ nisi dicatur expræssè (de consensu partium) nullum infertur præiudicium, quia sine illo derogari non potest, *Bursat. cons.* 3. *num.* 11. *& cons.* 85 *num.* 6. *vol.* 1. *Borrel. cons.* 1. *à num.* 113. *cum seq.* vbi lepidè hanc probat sententiam, dicens semper posteriores inuestituras reijci, & primas subsistere, & obseruari *cap.* 1. *qui succes. ten.* & quod prima inuestitura appellatur radix, ac

17 fundamentum omnium inuestiturarum subsequentium, quæ semper à primis regulari debent *Bal. in l.* 1. *num.* 3. *ff. de*

Rer. diuis. Paseth. cons. 17. *num.* 2. *Son-*

18 *sbec de feud. part.* 9 *num.* 25. & quod Inuestituræ posteriores à primis differentes erroneæ præsumuntur, & non factæ ex certa scientia, quanquam adesset clausula (Non obstante &c.) vt latius apud eum videri poterit, nam multa quę huic fauent opinioni coadunauit, addo *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 45. *Imol. cons.* 65. *Gregor. de feud. par.* 3. *quæst.* 10. *Surd. cons.* 49 *vol.* 3. Eoque maximè quia solent inuestituræ posteriores se remittere primis cum clausula, prout tui Antecessores tenuerunt, *Camil de Curt. in diuers. feud. fol. mihi* 31. *Scrader de feud. part.* 1. *cap.* 5. *de feud. Anna cons.* 53. de qua clausula *Præses de Franch. decis.* 192.

19 Et noua inuestitura facta per Dominum virtute antiquæ non tollit vigorem venientem ex antiqua, *cap. vnic. de Vassall. decrep. atat. Reg. Valenzuel.* recenter *cons.* 160. *num.* 85. *tom.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Baronibus licet agere quatenus sua priuilegia se extendunt.*

2 *Priuilegium facit cessare legem.*

3 *Priuilegium dicitur lex, qua conceditur aliquid speciale, & quatenus durat ad modum legis est seruandum.*

4 *Argumentum valet de priuilegio ad legem.*

5 *Priuilegium nuncupatur lex priuata.*

6 *Priuilegium operatur fortius, quàm pactum.*

7 *Producens pro se priuilegium debet obtinere in quocumq; iudicio, quanquam habeat expressam Iuris repugnantiam.*

8 *Agens lege permittente non grauat, & ideo pœnam non meretur.*

9 *Baro grauat quando priuilegijs abutitur.*

10 Pri-

Digitized by Google

10 *Priuilegia exhibere Baro tenetur cum virtute illius agit, & Vaſſallus conqueritur.*

11 *Priuilegium exhiberi Iudici vel parti quid differat.*

12 *Priuilegij tenor eſt attendendus, nec de illo iudicandum, niſi ipſius tenore inſpecto.*

13 *Priuilegiorum verba, ſed multò magis mens attendenda eſt.*

14 *Verba ſunt intelligenda non vt ſonant, ſed ſecundum mentem, & intentionem proferentis.*

15 *Verba debent ſeruire intentioni, & non intentio verbis.*

16 *Verba ſe habent vt corpus, & ſuperficies, ratio & motus vt ſpiritus, & anima.*

17 *Priuilegia recipiunt interpretationem à ſupplicatis.*

18 *Commiſſio debet intelligi facta per Superiorem iuxta petitionem.*

19 *Priuilegiorum verba ſunt interpretanda ſecundùm propriam ſignificationem.*

20 *Priuilegia debent intelligi iuxta communem vſum loquendi.*

21 *Priuilegia interpretantur propriè, verè, & naturaliter, nec verbis ſubtilibus eſt dialecticandum, num.* 22.

23 *Priuilegia interpretantur ſecundùm ſubiectam materiam.*

24 *Priuilegia ſunt interpretanda, vt aliquid operentur.*

25 *Priuilegium non dicitur, quod nihil ſpecialiter concedit.*

26 *Priuilegia obſcura ſtrictè interpretantur, ſic etiam vbi ſunt in præiudicium tertij. num.* 29.

27 *Priuilegium quando non dicatur de voluntate Principis conceſſum & per importunitatem obtentum.*

28 *Priuilegia Baronum enormiter ledentia Vaſſallos, quando non iuuent.*

30 *Priuilegia latè interpretantur etiam in odioſis, quando ita apparet ex verborum proprietate.*

ARGVMENTVM.

Vaſſallorum Grauamina qualiter ex Priuilegiorum Baronalium forma excludantur.

PRAELVDIVM V.

ALiàs prohibita, nec licita Baronibus regulariter de iure grauamen oriri facientia, ſi contra Vaſſallos virtute priuilegiorum ab ijs exerceantur grauamen minimè inducunt,

1 Licet inquam vtilibus Terrarum Dominis quatenus ſua priuilegia ſe extendunt agere, vt elicitur ex *pragm.* 8. ibi (Niſi quatenus virtute ſuorum Priuilegiorum) *ſub Rubric. de Baron.* & ex *pragm.* 14 *in fin.* ibi particulari priuilegio *eod. tit. cap. in his*, & ibi ſcribentes *de priuileg.*

2 Priuilegium enim facit ceſſare legem, & dicituf etiam lex qua conceditur aliquid ſpeciale, & quandiù durat admodum legis, eſt ſeruandum, vt probat *Bonacin. de legib. diſput.* 1. *quæſt.* 3. *puncto* 1. & valet argumentum de priuilegio ad legem, cum lex priuata illud nuncupetur *cap priuilegia* 3. *diſtinct. cap. priuilegia* 54 *diſtinct. Rebuff.* plenè in *prax. tit. differentiæ inter priuilegium num.* 3. & 4.

6 Et priuilegium operatur fortius quã pactum *l. fin. vbi Bal. not.* 3. C. *de bon. libert. Reg. Rouit. conſ.* 1. *num.* 4. *vol.* 1. dicens *num.* 9. producentem pro ſe priuilegium debere obtinere in quocumque iudicio, & ſi habeat expreſſam iuris repugnatiam.

8 Agens autem lege permittente non grauat, & ideo pœnã nõ meretur vulgat *l. Graccus*, C *ad l. Iul de Adulter exornat Card. Tuſc. concluſ.* 208. *lit. P.* vbi plura confarcinat.

9 Subintraret tamen grauamen quando ipſorum priuilegijs abuterentur vt percitur ex *pragm.* 6. *de Baron.* ibi *ea poteſtate taliter vtantur nè nos ex eorum abuſu pro iuſtitia aliter pro videre cogamur.*

Sed

10 Sed non reticeam obſeruare id quod in praxi quotidie ſeruatur, vt priuilegia oſtendere cogantur Barones, quando Vaſſalli de ijs, quæ vigore ipſorum priuilegiorum Barones agunt, in Sacro Conſilio conqueruntur, nec ſufficit illa ſolum allegare *cap. porrò*, & ibi *Abb. de priuileg. cap. cum perſonæ eod. tit. in 6. Fuſc. de viſitat. cap. 18. num. 3. lib. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 1200. num. 36. Cabed. deciſ. Luſitan. 93. num. 3. part. 2. Menoch. de præſumpt. libr. 6. præſumpt. 14. num. 15. Cardinal. Tuſc. concluſ. 762. lit. P.*

11 In qua materia docet perbellè *Couar. pract. quæſt. cap. 20.* quòd vbi agitur de priuilegio exhibendo Iudici oportet totum præſente parte legi coram Iudice, & iudici petenti exhiberi; At quando agitur de eo parti exhibendo, tunc illud tantùm Capitulum ad eum ſpectans & ſubiectam tangens materiam exhibere ſufficit iuxta *textum in cap contingit de fide inſtrumentorum*, & longam diſtinctionem *Gloſ. in l. 1. §. editiones in verbo de die*, & *Conſule*, *ff. de edend.*

Quorum quidem priuilegiorum exhibitione facta ſolet Sacrum Conſilium benè inſpicere, & ruminare illorum tenorem & deinde determinare iuxta *cap. recepimus de priuileg. cap. fin. de Tranſlat. cap. conſiderauimus de elect.*

12 quibus probatur priuilegij tenorem eſſe actendendum, nec de illo Iudicandum niſi ipſius tenore inſpecto notant *Tiraquel. in l. ſi vnquam in verbo libertis num. 8. C. de Reuoc donat. Surd. conſ. 1. num. 31.*

13 Et in hoc velim aduertas, vt nèdum quoad verba priuilegij Baronalis tenor ſic inſpiciendus, ſed etiam multò magis quoad mentem, vt ſi de ea appareat à verbis ſit recedendum, vt quid ſenſerit concedens potius ſequamur *cap. quanto* vbi *Gloſ. in verbo ſola de priuileg.* Sanchez *de Matrim. lib. 8. diſp. 1. num. 11.*

14 verba enim ſunt intelligenda non ſecundũ quòd ſonant, ſed ſecundum mentem, & intentionem proferentium *l. num omnis in princip. ff. ſi cert. petatur l. 3. §. ſiquis hoc interdicto ff. de Itiner. Actuque priuat. l. ſcire oportet §. aliud ff. de exuſ. Tutor. cap. intelligentia*, & *cap. 15. propterea de verb. ſignific.* & verba

15 debent ſeruire intentioni, non intentio verbis *l. non aliter ff. de leg. 3. l. 3. §. conditio ff. de adim. leg. cap. ſedulò 38. diſtinct. cap. ſecundo requiris de Appellat.*

16 cùm verba dependeant à mente, non autem mens ã verbis, vt inquit *Menoch. conſil. 97. num. 44.* Et verba ſe habent vt corpus, & ſuperficies; & mens vt ſpiritus & anima, *Gonzalez in Regul. 8. Cancellar. gloſ. 48. num. 56.* quod & conſiderabam pro intelligentia teſtamenti Magnif. Fabij Arcadij in anno 1632. nec lex includit id ad quod mens, & ratio Authoris non ſe extendit, *l. cum Prætor, §. dolo, ff. de leg. 2. Panorm. in cap. Suggeſtum*, & *in cap. meminimus de Appellat.*

17 Nec non inuigilent iudicare debentes priuilegia, recipere interpretationem à ſupplicatis, quia cum mente ſupplicantis præſumitur ſe conformare concedens, *cap. inter dilectos §. cæterùm*, &

18 ibi *gloſ. de fide inſtrument.* vt commiſſio debeat intelligi facta per ſuperiorẽ iuxta petitionem nouiſſimè iuribus, & authoritatibus probans *Regens Valenzuel. conſ. 151. num. 1. tom. 2.*

19 Et priuilegiorum verba interpretent ſecundùm propriam ſignificationem, & quatenus eorum propria ſignificatio patitur, *l. cum lege ff. de teſtam. Rota deciſ. 352. num. 1. part. 1. in Recent. Card.*

20 *Tuſc. concluſ. 91. lit. R.* Et debent intelligi iuxta communem vſum loquendi, *l. libertorum §. quod tam ff. de leg. 3. Sur-*

21 *dus conſil. 454. num. 18.* Veniuntque interpretanda verè, propriè, & naturaliter, non autem ciuiliter, accidentaliter, & fictè, *l. final C. de his, qui ven. ætat. impetr. Menoch. conſil. 97. num. 86.*

22 *Cardin. Tuſc. concluſ. 102. lit. V.* ita vt verbis ſubtiliter non ſit dialecticandum *Cardinal Mantic. de coniectur. vltim. vo-*

23 *luntat. lib. 1. tit. 1. num 4.* Et ſecundùm ſubiectam materiam, *l. ſi vno*, & ibi *Bar. ff. locati. l. cum pater. §. donatum, ff. de leg. 2. Gonzalez ad Regulam 8. Cancellar. gloſ. 48. num. 53. 54. & 58. Cardin. Tuſc. d. concluſ. 95. lit. V.*

24 Cæterùm interpratatio talis non debet fieri, vt priuilegia inutilia reddantur, quia ſicuti lex taliter interpretatur, quod inutilis non remaneat, *l. non dubium C. de legibus*, & eius verba debent aliquid operari, ne reddatur ſuperflua, *cap. ſi Papa de Priuileg. in 6. l. 3. ff. de iur. iur. Cardinal. Tuſc. concluſ. 85. litera V. Gonzalez in Regula 8.*

Can-

Digitized by Google

25 *Cancellar. § 7. Præmial. num. 127.* qui concordantes adducunt, & priuilegium dici nequit illud, quod nihil specialiter concedit, sed illud, solum, quod iure communi concessum est, *cap. final 25. quæst. 1. cap. Abbate de verbor. significat. Glos. in Rubric. de rescript. libr. 6.*

26 Quando tamen priuilegia essent obscura, & contraria essent strictè interpretanda, vt minus quàm possit derogent iuri communi ad *textum in cap. cũ dilectus de consuet.* & in illis omissum habetur pro omisso ad latè tradita per *Regent. Valenzuel. consil. 159. tom. 2.* vbi plura quæ hic adaptari possent cumulantur apud eum videnda.

27 Et in illis habendi sunt oculi, si expressa reperiatur causa concessionis, & si adsit clausula (Ex certa scientia, vel Motu proprio, quia aliàs non præsumuntur de voluntate Principis, *l. 1. C. de petit. bonorum*, imò per importunitatem obtenta *l. 1. C. de fund. lim.*

28 Nec est curandum de priuilegijs Baronum enormiter lædentibus Vassallos, nisi in illis fiat mentio de tali enormi lęsione, quia in dubio non præsumitur Principem cum alterius graui dispendio concessiones facere, *l. quoties, C. de precibus Imper. offerend. Panorm. in cap. cum ad hæc de Cleric. non resident. Rota in vna Tudertina Iurisdictionis coram R. P. D. Brauo.*

Et ideo vbi in aliorum præiudicium tendunt strictè interpretantur, *cap. quia circa de Priuileg. in 6. Glos. & Innocent. in cap. olim de verbor. significe.* nisi haberent verba lata, vniuersalia, & præcisa *Butr. in d. cap. olim de verbor. significe.*

38 quia licet materia sit odiosa, non excluditur lata interpretatio ex verborum proprietate nascente, vt ibidem enunciat *Panorm.* Et passim Romanæ Rotæ Adiutorium obseruauit.

SVMMARIVM.

1 *Grauamina quę sunt regulariter, si ex causa necessaria fiant redduntur licita.*

2 *Grauamen non subintrat vbi dolus non est.*

3 *Necessitas & causa legitima faciunt cessare dolum.*

4 *Necessitas, & causa legitima excludunt fraudem.*

5 *Culpa caret faciens ex necessitate.*

6 *Faciens actum ex necessitate non dicitur nouare.*

7 *Causa necessaria & legitima facit permissum, quod alias esset prohibitum de iure.*

8 *Alienatio simpliciter prohibita, si fiat ex causa necessaria, redditur permissa.*

9 *Causa necessaria non comprehenditur sub regula prohibente actum fieri.*

10 *Multa prohibita de iure diuino, & humano fiunt permissa ex causa necessaria, & è contra, permissa fiunt prohibita, amplia vt num. 11.*

12 *Necessitas excusat, ne quis legibus, & legum præceptis subijciatur.*

13 *Necessitas est supra legem, cum illa necessitati subiaceat, non è contra.*

14 *Necessitas non habet legem neque Diuinam neque humanam.*

15 *Necessitas leges derogat, atque ei omnia obediunt.*

16 *Iuris rigor ob necessitatem mitigatur.*

17 *Multa permittuntur ex causa necessitatis, quæ aliàs non tolerarentur.*

18 *Lex prohibitiua non includit causam necessariam.*

19 *Necessitas excusat, si forma à statuto tradita non seruetur.*

20 *Necessitatis causa aliquando permittitur, vt in casu à iure ordinario omisso Princeps vtatur manu regia, & Imperio.*

21 *Receptatio bannitorum coacta non est punibilis.*

22 *Sacerdos potest deficientibus particulis*

Digitized by Google

culis partem Hostiæ præbere volentiſe communicare ex ratione deuotionis.

23 *Sacerdoti licet ex neceſſitate cum vno lumine olei vel adipis celebrare.*

24 *Sacerdos poteſt ex cauſa neceſſitatis fęminam in reſponſione Miſſæ ad miniſtram adhibere nec peccat.*

25 *Femina non præſumat accedere ad altare, & Presbytero miniſtrare.*

26 *Text. in cap. 1 de cohabit. Clerić. & mul. declaratur.*

27 *Verbum (non præſumat) importat dolum, & temeritatem.*

28 *Sacerdos in caſu neceſſitatis poteſt abſque miniſtro celebrare Miſſam*

29 *Sacerdos poteſt ex cauſa neceſſitatis grauis celebrare abſque indumentis, vel illis non benedictis.*

30 *Sacerdotes aliàs prohibiti officium aduocationis exercere, in foro ſeculari poſſunt aduocare abſque vlla diſpenſatione, ſi aliàs non habeant ſine quibus valeant ſe ſubſtentare.*

31 *Piſcari licet propter neceſſitatem in diebus feſtis, & fœnum in pratis ad locum tutum deferre, ſi immineat neceſſitas.*

ARGVMENTVM.

Grauamina, qualiter excludantur, ſi quæ fiant per Barones ſint ex cauſa neceſſaria, & legitima.

PRAELVDIVM VI.

1 PErplura, quæ de per ſe regulariter Vaſſallorum important grauamen ſi ex cauſa neceſſaria fiant, vel expetãtur à Baronibus licita taliter redduntur vt illos nè grauare dicantur excuſent, prout & ſic in varijs factorum contingentijs grauaminum porrectorum per Sacrum Regium Conſilium ad Baronum fauorem prouiſum repério. Confert *Mendoca libr. 1. Reg. cap 8. annotat. 36. ſect. 2 num. 11.* dum annuit poſſe cogi ſubditos iuxta cõditionem perſonarum, quando habiles non reperiuntur, & ſic in caſu neceſſitatis, & *Reg. de Ponte in tractat. de poteſt. Proregis titulo de Regalibus impoſitionibus num. 48.* affirmat tẽpore neceſſitatis Vniuerſitates poſſe cogi ad exhibendos pro ſeruitio Regio Remigantes voluntarios in Regijs triremibus, vulgò *Buona voglia*, Fodiatores, vulgo *Guaſtatori*, & Milites nouæ Militiæ, vulgò *del Battaglione*, vt in facto practicatum vidimus; addo *Montan. de Regalibus §. Angaria, & Perangaria fol. 112.*

2 Grauamen inquam non ſubintrat vbi
3 dolus non ineſt, certiq; iuris eſt neceſſi-
4 tatem & cauſam legitimã facere ceſſare dolum, cum & illæ excludant fraudem, *Angel. in l. ſi quis poſt hac, col. 2. ff. de bon. proſcript. Rim. Iun. conſ. 640. num. 68. Odd. de fideicommiſſ. quæſt. 31. num. 129. Monach deciſ. Florent. 24. num. 25.*

5 Culpaque careat faciens ex neceſſitate, *Cephal. conſ. 451. num. 282. & ſeq.* & fa-
6 ciens actum ex neceſſitate non dicitur nouare, *Monach. deciſ. Bonon. 54. num. 25. Giurb. conſ. crim. 81. num. 11.*

7 Suffragatur regula, vt neceſſaria & legitima cauſa faciat permiſſum, quod alias de iure eſſet prohibitum, *cap. quod non eſt licitum de Regul. Iur. cap. quanto de conſuetudin.* fuse *Cardinal. Tuſc. concluſ. 18 lit. N. tom. 5.* vbi per totum in-
8 multis caſibus hanc verificat concluſionem; Inde alienatio ſimpliciter prohibita, ſi fiat ex cauſa neceſſaria redditur permiſſa, *Aretin. conſ. 28. num. 8. Bellamer. conſil. 35. num. 7. Roman. conſ.*
9 *219 num. 8.* dicens *num. 9.* cauſam neceſſariam non comprehendi ſub regula prohibente actum fieri, quod patet, quia multa prohibita de iure Diuino, & humano fiunt permiſſa ex cauſa neceſ-
10 ſaria. Et è contra permiſſa fiunt prohibita, *Anchar. conſ 243. num. 4.* vbi ponit exempla furti, homicidij, & ſimilium, *Signorol. de Homodeis conſil. 42.*
11 *num. 3.* Vbi firmat habere locum etiam in neceſſitate iuris, cum neceſſitas ex-
12 cuſet, ne legibus, & legum præceptis quis ſubijciatur, *Caſtrenſ. conſil. 400. libr. 1. Plac. de delict. cap. 28. num. 3. libr. 1. Benedict. Aegid. in Repetit. l. ex hoc iure part.*

Digitized by Google

part.1.cap.8.num.26.in fine, ff.de Iuſtit. & Iur. Mathienſ. in l.1.gloſ.21.tit.10. libr.5. nouæ Recopilat. Cauale. deciſ.6. num.25. part.3. Valaſc. deciſ.117. num. 2. Ceual.commun.contra commun. quæſt. final. tom.4. Ricc. in Prax. fori Eccleſ. reſolut.602.num.19.part.1. Mexia in pragmat.taxæ pan.concluſ.5.num.65.

13 Eſt enim neceſſitas ſupra legem, cum & illa neceſſitati ſubiaceat, & non è contra, *l.aliquando ff.de Offic. Proconſ. l.1.C.de oper.libert.l.pro Tyronibus C.de priuileg. Dom. Auguſtal. lib.11. cap.exijt de verb.ſignificat.in 6. Calder. conſil.95. aliàs vnic.num.5.de Tregua, & Pace, Iaſ.in l. ſi ex toto in fin.princip. ff.de leg. 1.* vbi de bello, fame, & peſte, & ſimilibus plura reponit exempla, *Anchar-an.conſ.191.num.4. & 5. & conſ.243.*

14 *num.4.* aſſerens neceſſitatem non habere legem humanam, neque Diuinam *Scrader de feudis part.8. cap.1. num.21. & par.4.cap.2.num.15.* vbi quòd ex neceſſitate licet iura tranſgredi.

15 Illaque legibus omnibus derogat, atque ei omnia obediunt teſte *Sapient. Eccleſ.cap.42.in fin. Decian.conſ.20.nu.* 36. *vol.1.* eiuſque ratione deuiatur à iure, *l.1.in fin.ff.de offic. Conſul.* & ibi *Alber. Luc.de Penn.in l.1.C. de Decur. Panor.in cap fin.de Relig.Dom.* illiuſque regulas violat, *Felin.in cap querelam de iur.iur. Rim.Iun.conſ.364 nu* 30. *vol.4.* fusè alia cumulans *Viuius deciſ.323.*

16 vbi ad ſaturitatem loquitur, dicendo pariter iuris rigorem ob neceſſitatem mitigari, *& deciſ.28. num.10.* firmans

17 multa permitti ex cauſa neceſſitatis, quę aliàs non tolerarentur *cap.ſi quis propter de furt.l.1.& ibi Gloſ. in verſic. non aliter ff.de offic.eius cui mand.eſt Iuriſd.*

18 Quare merito lex prohibitiua non includit cauſam neceſſariam *l.alienationes ff.famil.Herciſcund.l.1.ff. de fund.dotal.l. pater filium ff. de leg.* 3. cum alijs apud *Trentacinq.conſ.5.num.2.vol.1.* vbi tutatur pragmaticam prohibitiuam non includere caſus neceſſarios, & neceſſita-

16 tem excuſare ſi forma à ſtatuto tradita non ſeruetur ex *l.fin.vbi Bal. & Salic. C.de Teſtam. Pariſ. conſ.46.num.23.vol.* 3. *Gerard.ſing.10.num.28.*

20 Hinc videmus neceſſitatis cauſa aliquando permitti, vt in aliquo caſu omiſſo iure ordinario, manu Regia, & imperio princeps vtatur *l.3. & l.qui reſtitue-re ff.de Rei vendicat. l.is cui §. miſſus ff. vt in poſſeſſ. legat. Bal.in l.obſeruare §. proficiſci ff.de offic. Proconſ.* refert, & ſequitur *Caſtill. Ramirez in tract. de abſolut. poteſtate ſiuè de lege Regia §. 23. num. 36. & ſeq.*

Vndè merito annis elapſis in Regia Audientia Capitinatæ merelatore, & commiſſario quidam inquiſitus de Receptatione bannitorum abſolutus fuit ex probatione, quia apparebat receptationem fuiſſe factam ex neceſſitate, vt per *Decian.in tract. crim. cap. 51. num. 69.lib. 5. Menoch. de Arbitr. Iudic. caſ. 348.in ſchol.num.2.Viſc.in concluſ. Iur. verbo Receptare, Giurba conſ.crimin.28. num. 28.* cum coacta videatur tunc re-

21 ceptatio, quæ non eſt punibilis *Bal. in l.in delict is ff.de Noxal. Marſil.conſ.* 25. *num.34. Arnon.dialog. 45. Cala de modo articulandi, & probandi §. 2.gloſ.1. num.872. Card. Tuſc. concluſ.17. num. 15.lit.R. Cabal.reſol.crim.caſ.287. num. 12. & 79. Reg. De Ponte de poteſt.proreg. tit.1.§.3.num.25.* pro vt ex hoc capite quidam Reuerendus fuit abſolutus per Curiam Illuſtriſſimi Nuncij Apoſtolici, qui inquirebatur de tali receptatione quòd notabis ad ornatum pragmaticarum Regni, & Bullarum Apoſtolicarum de quibus apud *Quarant. in ſumm. Bullar.in verb. Bannitorum Fautores Nald. in ſumma in verbo* Bannitus, *& apud* nos in *nouo Iure Pontific. tit. de Bannitis.*

22 Et ex his poſſunt concludere Caſuum Conſcientiæ Sectatores deficientibus particulis licere Sacerdoti partem Hoſtiæ præbere volenti ſe communicare ratione deuotionis, *Silueſtr.in ſumm.in verbo Euchariſtia il 3.num. 15. Angel. in ſumma in verbo miſſa num.27. Emanuel Sà in Aphoriſm. in verbo Euchariſtia num. 15. Zanard. in director. Theolog. part.1. de Sacram. Euchariſt.cap. 9. num. 15. Graff.deciſ part.1.lib.2.cap. 38.num. 31. Scorz. de Sacrific. Miſſæ lib. 4. cap. 29.num.12. Homobon.in examin Eccleſ. part.1. tract.4.cap 11. quæſt. 10.* quos ſequitur nouiſſimè *P. Diana reſolut. Moral. part.2. tract. de celebrat. Miſſarum reſolut.* 37. referens *reſolut.* 45. ex

23 neceſſitate licere Sacerdoti cum vno lumine olei, vel adipis celebrare quem vide etiam *reſol. 67.* ſicque putarunt *Azor. Inſtit.moral.part.1.lib.10.cap.* 18.

Digitized by Google

quæst. 15. Zanard. in director. Theolog. part. 1. de Sacrific. Missæ cap. 14. in fin. Graff decis. par. 1. lib. 2. cap. 43. Pitig. in 4. tom. 1. disput. 13. quæst. 2. artic. 3. Homobon. in exam. Eccles. part. 1. tract. 4. cap. 15. quæst. 143. Nugnus in 3. part. quæst 83. artic. 3. dub. 5. qui in *articul. 6. dub. 1.*

24 fuit in opinione ex causa necessitatis Sacerdotem posse Feminam in responsione missæ administram adhibere sequitur *Siluius in 3. part. quæst. 83. Artic. 5. Respons. ad duodecimum* vbi dicit Sacerdotem id agendo non peccare mortaliter quòd satis aduersatur *cap. 1. de cohabitat. Cleric. & mulier.* vbi cauе-

25 tur vt nulla Femina ad altare præsumat accedere, aut presbytero ministrare, & ideo contrarium tutantur *Villalobos in summa part. 1. tract. 8. different. 34. num. 1. Fernandez in examin. Theolog. mor. cap. 5. §. 4. num. 7. par. 3. Molfes. in summa tract. 3. cap. 10. num. 40. tom. 1. Bellett. disq. Cleric. par. 1. tit. de discipt. Clerical. §. 8. num. 6. Laiman in summa lib. 4. tract. 5. cap. 6. num. 13. Io. de la Cruz. in di rect. conscient. part. 2. de Sacrific. Missæ quæst. 3. dub. 5. concluf. 2. Bonacin. de Sacrament. disput. 4. quæst. final. punct. 9. num. 32.* licèt ipse in facti contingentia pro excusatione cuiusdam Reuerendi, qui à suo Episcopo inquirebatur, inue-

26 stigabam allegatum textum, in quo robur opinionis contrariæ sectatores accipiunt non posse adaptari ad casum necessitatis, sed illa verba esse intelligenda extra tempus grauis necessitatis cùm id apertè patere faciat verbum illud (non præsumat) quod importat dolum ac temeritatem, *Marsil. in l. de minore num. 37. ff de quæstion. Sanchez de Matrimon. libr. 9. disput. 32. num. 38. Barbos. de diction. cap. 314.* Et in casu necessario femina minimè præsumit, sed

27 id agit de ordine Sacerdotis ex vi necessitatis, vnde cùm in casu isto fuerat probata extrema necessitas, me Aduocato, fuit liberatus Reuerendus ille.

Et pro confideratione pariter adducebam, nam in casu grauis necessita-

28 tis potest Sacerdos absque scrupulo peccati mortalis sine ministro celebrare Missam, *Pitigianus in 4. tom. 1. distinct. 13. quæst. 2. artic. 5. in fine, Siluius in 3. part. quæst. 83. artic. 5. Villalobos in summa part. 1. tract. 5. different. 34. num. 2.* quos cum alijs refert, & sequitur *Diana resolution. moral. dict. tractat. de celebratione Missarum resolution. 43.* vbi dixit, non peccare Sacerdotem, si in magna necessitate (qualis est diei festi, aut dandi moribundo viaticum, vel quid simile) celebrationem Missæ sine ministro faciat, firmans *resolution. 57.* ex causa necessitatis grauis licere pariter Sacerdoti celebrare sine Stola, Manipulo, aut cingulo, vel cùm Cingulo, Stola, & Manipulo non benedictis, ex *Llamas part. 3. cap. 5. §. 16. Ledesma in summa tom. 1. de Sacrament. Eucharist. cap. 21. concluf. 5. dub. 3. Suarez in 3 part. tom. 1. disputat. 83. section. 3. dub. 1. in fine, Ioannes de la Cruz in director. Conscient. part. 2. de Sacrificio Missæ quæst. 3. dub. 4. conclusion. 2. Filliuce. tom. prim. tractat. 5. cap. 5. num. 149. Coninch. de Sacrament quæst. 83. artic. 3. dub. 3. num. 250.* qui putarunt in casu necessitatis posse Sacerdotem celebrare absque aliquo indumento.

Et ex supradictis insurgit corollarium

30 Sacerdotes aliàs prohibitos Aduocationis officium exercere in foro seculari, quando non habent beneficia Ecclesiastica, aut bona patrimonialia, quibus substentari se valeant, posse aduocare absque vlla dispensatione, quia cum illis necessitas videatur dispensare, vt ad limitationem Textus in *cap. Clerici de postulando*, ibidem notant *Hostiens. num. 3. Abbas num. 4. Batrius num. 15. & Redoan in tractat. de spolijs Ecclesiasticis quæst. 8. § deuenien-do à num. 48. Leon in Tesaur. fori Eccles. part. 3. cap. 4. num. 20. Gratianus disceptation. forens. tom. prim. cap. 57. à num. 22. Gonzalez in Regula 8. Cancellariæ glos. 2. à num. 28.*

31 Et piscari licet propter necessitatem in diebus festis, *Vezin. tom. 1. commun. opinion. libr. 3. tit. 10. num 14. Azor. institut. Moral. part. 2. libr. 1. cap. 7. quæst. 7.* Et segetes iacentes in agris, & fœnum in pratis ad locum securum licet in festis deferre si immineat necessitas, *Zerol. in prax. Episcopal. in verbo Festa §. 3. Quarant. in Summa Bullarum, in verbo dies festus Sayr. in Clau. Regia libr. 7. cap. 2. num. 10. Palas in repe-*

tition.

Digitized by Google

tition. cap. per vestras num. 10. de Donat. inter vir. & vxor. Et sic de singulis dicendum est, ne ad infinita pergamus.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio legitima quæ aliàs Baronibus prohibita sunt & vetita, reddit licita.*
2 *Barones præscriptione legitima iura quærere possunt contra Vassallos, ac Vniuersitates.*
3 *Barones contra Vassallos & Vniuersitates quanto tempore præscribant.*
4 *Præscriptio nec legitima est, nec admittitur cum mala fide, & quare, num. 7.*
5 *Nullus delinquens per eius peccatum & eius continuationẽ acquirit premium vel commodum.*
6 *Absurdum est & iniustum premia, quæ virtutis tantum propria sunt, deferantur iniquis supplicia demerentibus.*
8 *Præscriptio immemorabilis & centenaria grauiùs peccatum habet.*
9 *Præscriptio immemorabilis non prodest cum deficit bona fides.*
10 *Mala fides impedit præscriptionem etiam longissimi temporis, & millenariam.*
11 *Bonam fidem non esse necessariam in præscriptione longissimi temporis qui tutantur, & num. 12. vbi opiniones concordantur distinctione.*
13 *Bona fides in præscriptione etiam immemorabili adeo de iure præsumitur vt illa non veniat probanda ab eo qui præscriptione nititur.*
14 *Præscriptio legitima non reputatur vbi constat de initio inualido & imperfecto.*
15 *Præscriptio legitima non est cum deficit possessio.*
16 *Præscriptum tantum censetur quantum possessum.*
17 *Possessionem qui habere non possunt, nec præscriptionem allegare possunt.*
18 *Depositarius contra rem depositam præscriptionem allegare non potest, quia rem possidet.*
19 *Possidere non dicuntur verè qui in possessionem mittuntur Iudicis decreto causa custodiæ.*
20 *Vsufructuarius non præscribit rem, in quam habet vsumfructum.*
21 *Vsufructuarius possidet proprietatis domino, & æquiparatur Colono.*
22 *Comodatarius non præscribit, quia non possidet.*
23 *Conductor non præscribit, quia locatio dominium non transfert.*
24 *Creditores quibus ad securitatem debiti res pignori traditur non præscribunt, quia debitores possident non ipsi.*
26 *Præscriptio in Regno attenditur, & ita decisum.*
26 *Præscriptio attenditur vbi præceditur sola facti veritate inspecta.*
27 *Iudex non potest reijcere exceptionẽ præscriptionis virtute clausulæ (sola facti veritate inspecta.)*

ARGVMENTVM.

Vassallorum Grauamina qualiter ex longeua & legitima præscriptione Baronum euitentur, & cessent.

PRAELVDIVM VII.

INter cæteros legitimæ præscriptionis effectus, illum pariter in nostra materia parit, vt aliàs Baronibus prohibita & vetita reddat licita tali modo, quòd illa agendo grauare Vassallos minimè dicantur.

Digitized by Google

2 Præscriptione enim legitima Barones iura quærere posse contra Vassallos, ac Vniuersitates, elicitur ex *Pragmat.8.* ibi (& legitima præscriptione liceat) *de Baronibus*, & *ex Pragmat. 14.in fin. sub eodem tit.* ibi (Aut legitima præscriptione) quam velle conseruare intendit ibi Imperator Carolus V. probat hanc opinionem *Capiblanc.in pragmat. 1.à num.186.cum seq.part.1.de Baron.tom.1.* vbi tamen sentit *num. 215*

3 quod sine præscriptione iura,& seruitutes præsumant quærere Barones minori tempore centum annorum tueri minimè possunt, quia habent assistentiam iuris contra se, & idem immemorabile tempus requiritur, *Flores Diez de Menavar.quæst.libr.3.cap.13.num.21.* licet minori tempore possint præscribere, quando ius non resistit præsumendo in contrarium, vt si sint secundùm ius, vel præter ius, quia in talibus factis Barones possent querere spatio quadraginta annorum,vt in causa Illustr. Princip. Venusij tutatur *Præses de Franchis decis.56.*

Ita quòd legitima non erit præscriptio, nisi fuerit centenaria in primo dictis subiectionibus habentibus resistentiam iuris, nec in alijs secundùm ius, vel præter ius, nisi fuerit quadragenaria.

4 Quinimò nec legitima erit, si deficiat bona fides, cùm nulla præscriptio admittatur cum mala fide, *cap.possessor de Regul.Iur.in 6.cap.1.* & ibi *Glos. cap. visitanti, & cap. final. de præscript. Couarr. in Regul.possessor § 11.num.3. cum sequent. part. 2. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 225. Gabriel concluf. 3. de præscript. Mascard. de probat. concluf. 999. Rota in Recentior. decis. 197. & 221. part. 1. Mexia in Pragmatica taxæ pan.concluf.1. à num.134. Guttierez Canonic.quæst.libr.1.cap.34.à num. 68. cum sequ.Ludouisius decis.489.num. 20.*

5 Nullus enim delinquens per suum peccatum, eiusque continuationem ex legis authoritate acquirit premium, vel commodum, argum. *cap. intelleximus de Iudic.& cap.ex tenore de Rescrip.*

6 Et absurdum, & omninò iniustum est, premia, quæ virtutis tantùm propria sunt, & secundùm omnem iustitiam constitui debent, vt boni, vel meliores euadant *l. 1. ff. de Iustit. & Iur.* Ex Iuris authoritate deferãtur iniquis supplicia promerentibus, & ita vt lex sit nutritiua peccatorum, quibus fauet. & ad quę imitatur subditos,quibus pro supplicijs premia, pro incommodis quę promerebantur contra iustitiam commoda defert aduersus Regulam *cap. erit autem lex 4.distinct.cap.ex parte de consuet. capit. quæ contra mores 8. distinct.* congruit *l.insciando §.1.ff.de furt. & l. bona fides vers.nam malè, ff.depositi.*

7 Constat autem, quòd si malę fidei possessor vllo tempore præscribat, iam delinquens ipse mediante sua nequitia, & malitia peccatum etiam continuatũ contra omnem iustitiam aliena retinens commodum, & premium adipiscitur, scilicet dominium eiusdem rei, vel ius alienum, quod præscribit ad textum *in l.3. ff.de vsucapion.* Ergo,&c. vide *Setum de iustit. & iur. lib. 4.quæst. 5. artic.4.*

8 Cumque adducta ratio, ob quam præscriptio cum mala fide non conceditur eo maximè vigeat in præscriptione immemorabili & centenaria, in qua peccatum malę fidei possessoris eò grauius est, quo ille diutius alienum retinens commoratur, *cap. fin. de consuet.*

9 Ideo nec immemorabilis præscriptio proderit, si deficiat bona fides ad *text. in d.cap. vigilanti* (ibi nulla antiqua) *de præscript.& d cap. possessor*, ibi (vllo tempore) *de Regul.Iur.Couarru. in cit. Reg possessor §.8. num.4. part.2. Afflict. decis.368. num.6. Pinel. in Auth Nisi à num.14. C.de Bon. Matern. Crauett.de antiquit.tempor.4.part. num. 169. Mascard. de probat. concluf.1213 num. 45. cum sequ.Menoch. de recuperand. possess. Remed.15.num.417.Valasc.decis 8.num. 25. Molin.de primogen.lib.2.cap.6.num. 67. Menchac.Illustr.quæst.cap.81. num. 10.* latè *Tiraquell.de præscript.§.1.glos.*

10 2.vbi quòd mala fides impedit præscriptionem etiam longissimi temporis sequuntur, *Misinger. obseruat. 6. cent. 4.* & nouiter *Amat.cons.38.num.21.* & *Castillus decis. 12.* vbi quòd mala fides impedit præscriptionem etiam millenariã, ex *Camill.de Curt. in Diuers.feudal. fol. 75.num.108.* vbi testatur de veriori, & receptiori sententia.

11 Non nego tamen hanc opinionem suos habere contradictores, affirman-

tes

Digitized by Google

tes in præscriptione tãti temporis bonam fidem minimè esse necessariam, sic inquam tutati sunt *Bald. consil. 352. volum. 1. Salicet. in leg. 2. col. final C. de seruitut. Cassan. in consu. 34. num. 7. Boer. decis. 39. nu. 6.* & alij apud *Gabrielem conclus. 1. num. 57. de præscript.* Vbi etiam & pro altera prima opinione permultos cumulauit vltra à nobis citatos.

12 Sed ex mente *Dec. in l. traditionibus, C. de pactis, & Alciat. de præsumpt. part. 2. num. 14* sic dissidentes opiniones cõcordari possent ita iuxta communem requiratur bona fides, ad effectum vt si de mala constiterit præscriptio etiam immemorabilis locum non habeat, vt supra fundauimus.

13 At secundùm sententiam *Bal. Salic. & Reliquorum*, talis bona fides in præscriptione etiã immemorabili adeò de iure præsumitur, vt illa non veniat probanda ab eo qui præscriptione nititur, cùm habeat intentionem fundatam ex præsumptione Iuris, & de iure *Bursat. cons 41. num. 9. libr. 1. Gozadin. cons. 8. num. 37. Socin. Iun. cons. 115. nu. 38. vol. 2. Cassan. in consuet. Burgund. fol. 370. col. 2.* vnde sequitur in præscriptione immemoriali malam fidem probari non posse, nisi illis modis, quibus aliquid probatur contra præsumptionem iuris, & de iure ad *Glos. in l. in contractibus in verbo nullo modo, C. de non numer. pecun. & in cap. is qui fidem de sponsal. Tiraquel. de Retract. lign. §. 4. glos. 1. à num. 37. Couarr. de sponsal. cap. 4. §. 1. num. 3. part. 1.*

Verùm si ab aduersario legitimè fuerit probata talis mala fides præscriptionem, & si immemorabilem impediet, & inficiabit iuxta communem & magis receptam sententiam.

14 Similiter nec legitima reputabitur præscriptio, vbi constaret de initio inualido, & imperfecto, vt pluries determinauit Rota Romana, & tradit *Ludouis. dec. 867.* nosque firmauimus *Grauamin. 3. tom. 1.* vbi lubeat videre.

15 Rursus neque legitima nuncupabitur præscriptio, si deficiat possessio cum absque illa præscriptio non procedat ad textum *in cap. fine possessione de regul. iur. in 6. l. fine possessione ff. de vsucap.* exornant *Balb. de præscript. 2. part. 4. part. princip. num. 8. Honded. con sil. 82, libr. 1. Monach. decis. Lucens. 14. num. 59.* Vnde vulgatum exijt axioma,

16 præscriptum tantum censeri, quantum possessum, *l. 1. §. si quis hoc interdicto, ff. de itiner. Actuq. priuat. Aufrer ad Cappell. Tholos. decis. 323. Mascard. de probat. conclus. 946. num. 8. Capyc decis. 209. num. 32. Aldrete in Allegat. pro omnimoda Regularium exempt. cap. 4. num. 12. part. 2. Mar. Antonin. var. resolut. libr. 1. resolut. 6. num. 20. Gloritius cons. 1. num. 147. cum seq. part. 3.* & pluries censuit Rota Romana.

17 Hinc descendit vt qui possessionem habere non possunt præscriptionem allegare non valent, & ideo illa vti non possunt furiosi, infantes, & similes intellectu carentes, nam & illi possessionem acquirere: seu incipere possidere minimè possunt per textum *in l. 1. §. adipiscimur, & l. quamuis §. Infans ff. de acquiren. poss. ff. Donel coment. lib. 5. cap. 11. Conan. coment. libr. 3. cap. 8. Menoch. de adipiscend. possess. Remed. 4. num. 296. cum seq.*

18 Prout & depositarius contra rem depositam, nec allegare præscriptionem poterit, cum non transferatur possessio in eum penes quem res deponitur, *l. qui vniuersas, §. fin. ff. de Acquir. poss. ff. l. licet §. res deposita ff. depositi Petr. Gregor. Sintag Iur. libr. 2. cap. 3 num. 4. Gomez tom. 2 var. cap 7 num. 2. Azor. Institut. Moral. part. 3. lib 7. tit. de deposito cap. 1. Rebell. de obligat. Iustit. libr. 16. quæst. vnic part. 2. Carocc. in tract. de deposito quæst. 60. part. 2.* vt nec possidere verè dicantur, qui in possessionẽ mittũtur causa custodiæ ex iudicis decreto *l. cum legati ff. quib. ex caus. eat. Gomez in l 45. Thaur. num. 9. Scac. de Appellat. quæst. 17. lim 6. membr 4. num. 15.*

20 Sicque respectu vsufructuarij annuendum est, quoniam vsufructuarius rem in quam habet vsufructum non possidere, probatur in *l. 1. §. quod ait Prætor, ff. quorum legat. l. 1. §. per eum ff. de acquirend. possess. l. sciendum §. Item qui ff. qui satis dar. cogantur,* & notárunt *Duaren. in l. 1. col. 3. ff. de acquirend. possess. Donel. commentar. lib. 5. cap. 6. col. 2. Cuiacius in obseruat. 33. libr. 9. Couar. in Regul. possessor. part. 2. num. 5. Concennat. libr. 4. quæst. cap. 21. num. 5. Vason. declarat. 38. num. 4. Facchineus controuers. iur. libr. 8.*

21 *cap. 18.* Et proinde ipsum vsufructuariũ

Digitized by Google

Domino proprietatis possidere, tantumque habere possessionem, ac si esset Colonus, qui in eodem proposito vsufructuario æquiperatur in *l.certè §.is qui rogauit ff. præcar.* & aduertunt *Molin.de Iustit & Iur.tract.2.disputat.12. versic. & dubium, Ghilchen de prescript. Membr.3.cap 2.num.3 & seq. Valasc.de iur. emphiteutic. quæst.13. num.3.* licèt contrarium tenentes referat & sequatur *Castill.controuers.libr.1.de vsufruct. cap.6.num.28.*

22 Idemque dicendum est respectu Comodatarij, quoniam rei comodatæ possessionem in Comodatarium non transit, *l.rei comodatæ.ff.comodati l.qui vniuersas, §.final. ff.de acquirend.possess. Petrus Gregor. sintagmat.Iur.libr.23. cap. 1.num.6.Connan.libr.7.cap.3.sub num. 1.Gomez tom.2.var. cap.7. Azor. Institut.Moral.part.3.libr 7.cap.6.*

23 Et ita similiter concludi potest in Conductore, qui nec præscriptione vti valebit, nam locatio dominium non transfert, *l. non solet ff. locati*, & per eam in conductorem non transit possessio, sed à Domino locante retinetur, *d.l vniuersas, §. final ff. de acquirenda poss.ff.* & tutantur *Donel. coment. Iur. Ciuil.libr.5 cap.13.Carocc.in tract. de locat.part.2.tit.Vnde vi Menoch.de Retinend.possession.num.46. cum seq.Valasc. in tractat. de iur. emphiteutic. quæst.20. num.10.* qui tamen *quæst.18.num. 2.* ex *Glos.in l.si vt certo, §.si duobus ff.comodati*, intelligit procedere in locatione ad modicum tempus, non verò ea, quę fit ad vitam, vel ad longum tempus decennij.

24 Tandemq;(ne longior euadam) sic cõcludendum est in creditoribus, quibus ad securitatem debiti Res pignori traduntur, nam præscriptionem allegare nec valebunt, quia ipsi minimè possident, sed potius debitores qui tradiderunt ad textum *in l.qui pignoris ff.de acquirend.possess.l. secundum §. creditor, ff.qui satis dar.c ogantur, Faber in Rational.ad cit.§.creditor*, fusè *Balduin. in tract.de pignor.cap.15.* licèt distinguant *Gilchen.de præscript. cap.12.num. 8. & Menoch.in sapiùs citat.tract.de retinend. possess.Remed.3.num.160.* quos videre poteris, quando casus occurrerit.

Vnde ad nostrum institutum post circulum factum regrediendo, si omnia supradicta in præscriptione concurrant legitima conscientia, & absque Vassallorum grauamine vtiles Terrarum Domi ex capite præscriptionis quæsita iura exercere poterint, *capit. quoniam de præscript.*

Nec illos faciat titubare, quod inore empiricorum magis quàm iura callentium vulgò circumfertur, hodie in Regno præscriptionem minimè attendi, eo sub prætextu, quòd in illo sola facti veritate inspecta procedatur, ad quod Regnicolæ solent allegare *Vrsill. decis.1. Afflict.12. num.9 & decis. 329. in fin.* & hanc sententiã tutantur *Guid. Pap.decis. 483. & Petra de fideicommiss. quæst.14 num.230.*

Siquidem communi calculo idem improbatur, nam apud crebriorem DD. scholam est receptum, etiam vbi secundum æquitatem, vel sola facti veritate inspecta iudicatur adhuc præscriptionẽ bona fide subnixam esse attendendam, ita docuit *Bar.in tract.ad Reprimend. in versic.videbitur num.13.* quem cum alijs reportat *Couarr.in Regul.possessor part. 3.§.2.num. 4. Menoch. de Arbitr. Iudic. libr.1.cas.49. Stracc.de Mercat. tit. de except.num.10.Surd.decis.3.num.18. & & 19.* Et ex nostris confirmat *Amat. cons. 96. sub num. 20.* dicens *num. 26.* pluries vidisse in Sacr.Consilio dari terminum circa terminum circa concernentia exceptionem præscriptionis, & signanter in causa D.Claudij Salsilli: & in causa Venerabilis Monasterij D.Reginæ cum Illustriss.Principe Venusij pęnès Modellum Actuarium asserens vlteriùs *Vrsill.* non firmare id ad quod adducitur, sed scribere, quod rarò hodiè causas per præscriptiones determinantur eo quia numquam requisita interueniunt, & sic ex defectu requisitorum dicit id euenire, igitur non aduersatur huic nostræ opinioni, sed potius illi inhærere videtur.

27 Inde virtute clausulæ sola facti veritate inspecta nõ posse Iudicem præscriptionis exceptionem reijcere post *Menoch de Arbit.Iud.lib.1.quæs. 29.* probat *Marta in suo clausulario clauſ.368.nu. 9.* & addo *Carocc.decis.55.*

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Barones ex consuetudine legitimè præscripta possunt agere absq; grauamine aliàs prohibita, intellige vt num. 31.
2 Consuetudo tollit prohibitionem legis.
3 Consuetudo venit appellatione Iuris.
4 Consuetudo habet vim pacti imò dicitur fortior pacto.
5 Consuetudo facit licitum, quod aliàs est illicitum.
6 Consuetudo dicitur omnium Iurisdictionum fons.
7 Consuetudo non est in potestate Principis, sed est exempta.
8 Consuetudo, quæ disponit in Principem, maior est ipso Principe.
9 Consuetudo optima legum interpres
10 Consuetudo interpretatur scripturas & priuilegia.
11 Consuetudo interpretatiua contractuum.
12 Consuetudo facit partes contrahere secundum eam.
13 Consuetudo & rei natura dant interpretationem dispositioni simplici & genericæ.
14 Quando sunt diuersæ Doctorum opiniones, illa est amplectenda, quę habet consuetudinem pro se.
15 Mandatum ambiguum accipit intellectum à consuetudine.
16 Consuetudo dicitur forma & quasi alterum ius naturale ac proinde omnia potest.
17 Consuetudo potest introducere quidquid potest priuilegio concedi.
18 Pedagium potest ex consuetudine competere, sicut ex priuilegio.
19 Consuetudine induci licet, quicquid ex statuto caueri potest.
20 Argumentum regulariter valet à statuto ad consuetudinem, & è contra.
21 Consuetudo publicè faciendi actum excusat à delicto.
22 Consuetudo, & præscriptio inter se multùm differunt.
23 Præscriptio in quibus consistat, & in quibus consuetudo.
24 Præscriptione acquiritur ius priuatę personę, consuetudine acquiritur in communi omnibus, & contra omnes de populo.
25 Præscriptio requirit titulum & bonam fidem, consuetudo non, sed sufficit determinatus temporis lapsus.
26 Præscriptio quam causam requirat, & quam consuetudo.
27 Præscriptio quod ius dat, & quod consuetudo.
28 Præscriptionis qualis finis, & qualis consuetudinis.
29 Præscritio quibus faueat, & quibus consuetudo.
30 Consuetudo potest quicquid potest præscriptio, & quę per præscriptionem induci possunt, possunt etiam per consuetudinem.
32 Consuetudo præscripta quę sit, præsertim ad finem, vt Barones possint agere absque grauamine, & num. 34. 35. & 36.
33 Consuetudo in nihilo differt à præscriptione quò ad tempus, quò ad inducendum ius quæsitum.
37 Canonico absenti pro seruitio Episcopi debentur distributiones quotidianę, si ita sit consuetudo licitè præscripta.
38 Distributiones quotidianæ per quindecim dies, quibus semel vacant à seruitio Canonici Neapolitani debentur illis, & de ratione, num. 39. & 40.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassallorum Grauamina qualiter ex consuetudine legitimè ad fauorem Baronum præscripta cessent, & euitentur.

PRAELVDIVM VIII.

COngruit antecedẽti præludio, & istud, illique necessarius socius est, vt sicuti præscriptio ad fauorem Baronum opitulatur, quin grauamina exludat, sic & consuetudo legitimè introducta, & præscripta eundem parit effectum, nam si consuetudinem legitimè præscriptam
1 pro se habeant vtiles Terrarum Domini possunt quidem absque grauamine agere alias prohibita, vt elicitur ex *prag. 14. in fine, sub Rubric. de Baronibus*, ibi (vel Consuetudine legitimè præscripta.)

2 Roboratur, & hæc conclusio, quia consuetudo tollit prohibitionem legis, *Dec. conf. 208. num. 7. Ferrett. conf. 178. num. 15. Corbul. de Iur. emphiteutic. tit. de caus. priuat. ob alien. limit. 32. num. 2.*

3 *Ludouis. decis. 529. num. 11.* & venit appellatione iuris *Mencac. quæst. frequent.*

4 *cap. 3. num. 2.* & habet vim pacti, imò dicitur fortior pacto, *Afflict. decis. 91. num. 9. & decis. 258. num. 2. Farinac. in pract. crim. quæst. 175 part. 6. Gonzalez in Reg. 8 Cancellar. glos. 33. num. 4.* &

5 facit licitum quòd alias erat illicitum, vt per *Roland. conf. 58. num. 19. libr. 4. Guetier pract quæst. lib 3. quæst. 29. num. 22. Seraphin. de priuileg Iuram. priuileg. 83. num. 56. Ludouicus decis. Perus. 62. num. 14. Mexia in pragmat. Taxæ pan. Conclus. 3. num. 25.* vimque concessionis habet *cap. super quibusdam §. præterea de verb signifie. Megal. tom. 2. var. resolut. cap 148. sub. num. 3.* quo loco firmat licitam esse consuetudinẽ vendendi vasa terrea, & calceos in diebus festis.

6 Dicitur que consuetudo Iurisdictionũ omnium fons *Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 27. lib. 6. Bal. conf 439. vol. 3. Paris conf. 25. num. 56. vol. 1. Cravetta conf. 238 num. 7. Surd. conf 465 num. 4. Ramirez in tract. de absolut. Princip. potest. siue de lege Regia §. 28. num. 2.* vbi ampliat etiam ad iurisdictionem imperiolam altam, & bassam ex *Cephal. conf. 39. num. 12. Monald. conf. 112. num. 20. & sequ.* quæ Iurisdictionem regij bracchij importat *Cauale. de braech. Regio part. 1. num. 132. Burg. de modo procedend. ex abrupt. num. 10. & 11.*

7 Eiusque talis tantaque est potentia, vt nec in principis potestate sit, sed exempta dicatur, *Bal. in §. fin. num. 2. tit. qui feud. dar. poss. & in Auth. omnes peregrini num. 7. C. commun. de succes. Afflict. in prælud. Constit. Regni quæst. 6. num. 3. Ias. conf. 233.* quos refert, & sequitur *Ramirez in d. tract. de absolut. potestat. siue de lege Regia §. 19. num. 7.*

8 vbi etiam quòd consuetudo, quæ disponit in principem maior est ipso Principe ex *Andr. in Rubric. de consuet. Rect. feud. num. 1. & 3. Soccin. conf. 58. lib. 3. Tiraquel. de utroque Retract part. 1. num. 1. glos. 13. num. 39. Scrader in tract. de feud. tom. 1. 2. part. quæst. 1. princip. sect. 1. num 150. Lopez in l. 16. tit. 1. par. 1. glos. guardar debe il Rei*, Consuetudoque in multis iuris articulis actenditur vt probat *Reg. Valenzuel. conf. 145. num. 7. tom. 2.*

9 Vndè consuetudinem esse optimam legum interpretem communis DD. schola clamat, testibus *Siluan. conf. 880. num. 27. Menoch. conf. 31. num. 44. Mascard. de probat. conclus. 1415 num. 11. Cened.* qui alios adducit *quæst pract. lib. 1. cap. 3. num. 11. Mendez à Castro in*

10 *prax. Lusitan. lib 2. cap. 1. num. 12.* & interpretare scripturas, & priuilegia notarunt *Molin. de primogen. lib. 2 cap. 6. num. 57. Girond. de priuileg. explicat.*

11 *num. 1307.* esseque interpretatiuam contractuum patet *ex l quod si nolit §. qui assiduas. de edilit. edict. Menoch. de Arbitr. Iudic. cas. 83. num. 10 Magon.*

12 *decis. luconf. 56. num. 3.* & facere partes contrahere secundum eam fatetur *Surd. decis 223. num. 11. cum seq.* qui in *tract. de Aliment. tit. 1. quæst. 66. num. 4.* ab ea quamlibet dispositionem accipere interpretationem affirmauit, vndè

13 vulgò circunferri solet Consuetudinem & rei naturam dare interpretationem dispositioni simplici, & genericæ teste *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 3. num. 3.*

14 & proinde quando sunt diuersæ Doctorum opiniones illa est amplectenda quæ habet consuetudinem pro se *Cravetta. conf.*

conſ. 201. *num.*11. latè *Cened. quæſt.*
15 *Canon. cap.* 8. & mandatum ambiguum ideò recipit intellectum à Conſuetudine *Card. Mantic. de tract. & anbig. Coment. lib.*3. *tit.*9. *num.*54.
16 Confert quia conſuetudo dicitur forma, & quaſi alterum ius naturale, ac proindè oĩa poteſt *Bal. conſ.*433. *Card. Tuſc. concluſ.*806. *num.*16. *lit. C. Franc. Nunez Velaſco en los dialogos de conten-*
17 *tion. de la militia inſcientia dialog.* 3. & poteſt illa introducere, quidquid poteſt priuilegio concedi, *Oldrad conſ.*172. *& conſil.*146. *Anchar. conſ.*50. *Bal. conſ.*49.
18 *lib.*1. *& conſil.*289. *lib.*4. vbi quod pedagium poteſt de conſuetudine compe-
19 tere, ſicut ex priuilegio & conſuetudine induci licet, quidquid & ſtatuto caueri poteſt, *Franc. in cap. vnic. §. ſtatuimus de Cleric. non reſident. in* 6. *Lap. alleg.*43. *in fin. Federic. de Sen. conſ.*147.
20 *num.*3. annuens regulariter valere argumentum de vno ad aliud, *Crauett. conſ.*137. *num.*3. fusè *Card. Tuſc. concl.* 810. *lit. C.*

21 Et conſuetudo publica faiendi actum excuſat à delicto, *Menoch. conſil.* 324. *num.* 11. & à culpa *Guttierez practic. quæſt. libr.*3. *quæſt.*29. *num.*24. *Farinac. in præct. crimin. quæſt.*110. *num.*83. & à pœna, *Marſil. conſ.*90. *num.* 8. *Mex. in in pragm. taxæ pan. concluſ.*3. *num.*73.

Et conſuetum facit actũ voluntarium neceſſarium ad *tex. in l. quod ſi nolit §. quia aſſidua, ff. de ædilit. edict. l. ſæcularij, ff. de extraordinar. crimin.* Quæ iura nouiſſimè adducit *Merlin. controuerſ. forenſ. cap.*7. *num.*15, Vbi ex *Capyc. deciſ.* 159. *num.* 8. annuit agentem id quod conſuetum eſt, lædi minimè dici.

Cæterùm cùm allegata pragmatica loquatur de conſuetudine legitimè præſcripta, quam habere vim legis fundat *Reg. Valenzuel. conſ.*114. *num.*18. *tom.*2.
22 inconſonum non erit aduertere, differentias perplures eſſe inter conſuetudinem & præſcriptionem, vt patet apud *Mill. in ſuo repertor. in verbo conſuetudo*, *Gare. de expenſ. & meliorat. cap.* 9. *num.* 43. *Mathienſ. in l.*1. *tit.* 7. *libr.* 5. *Recopilat. gloſ.* 6. *Crauet. de Antquitat. tempor. part.*4. *ſect.*1. *Molin de primogen. libr.*2. *cap.*6. *nu.*10. *&* 11. *Cardin. Tuſc. concluſ.*801. *lit. C. Azor. inſtitut. Moral. part.*1. *libr.*5. *cap.*18. *quæſt.*16. *Couar. variar. reſolut. libr.* 1. *cap.*17. *num.*8. *Alphonſ. de Vaſconcellos in harmonia Rubricarum Iuris Canonici ſub Rubric. de conſuetud. à num.*9. *cum ſeq. Molfſ. in Coment. ad conſuet. Neap. part.*1. *cap.*5. videndus *Regens Valenzuel. conſ.* 33. *à num.*200. *cum ſequent. vol.*1.

23 Prima eſt, quia præſcriptio conſiſtit in rebus immobilibus tam corporalibus, quàm incorporalibus, & conſuetudo tantùm habet locum in incorporalibus, ſcilicet electionibus, iuriſdictionibus, ſeruitutibus, & alijs ſimilibus.

24 Secunda eſt, quia præſcriptione acquiritur ius priuatæ perſonæ, & in conſuetudine acquiritur ius in communi omnibus, & contra omnes de populo.

25 Tertia eſt, quia præſcriptio requirit titulum, & bonam fidem, & conſuetudo non, ſed ſufficit determinatus temporis lapſus, & ideò non propriè præſcripta, ſed quaſi præſcripta vocatur.

26 Quarta eſt, quia præſcriptio nullam publicæ vtilitati, nullamque boni publici cauſam exigit, conſuetudo tamen abſque vtilitate iſta, & ſine huius boni publici ratione conſiſtere nequit.

27 Quinta eſt, quia præſcriptio dat ius vni contra ius, quod alter habet, Conſuetudo autem dat ius contra, vel præter, aut ſecundùm legem.

28 Sexta eſt, quia præſcriptionis finis eſt, vt præſcribentem locupletiorem reddat, cùm reperta fuerit ad diſtinguenda ſingulorum dominia, dominijq; acquiſitio nuncupetur, & conſuetudinis finis eſt legem conſtituendi, cùm inducta ſit, vt legis ſubiret vicem.

29 Septima eſt, quia præſcriptio & ſi in bonum commune dirigatur, nulli tamen fauet, niſi qui per ſe, vel per alium legitimo tẽpore vſus fuit; Conſuetudo autem neminem excipit, & non minus vtẽtibus, quàm qui numquam ſunt vſi opitulatur.

30 Nec ero auarus in dicendo, conſuetudinem poſſe, quicquid poteſt præſcriptio, & quæ per præſcriptionem induci poſſunt, etiam per conſuetudinem acquiruntur, *Federic. de Sen. conſ.* 151. *num.*1. *Bellamer. conſ.*27. *num.* 4. *Card. Tuſc. concluſ.*809. *lit. C.*

31 Quibus ſic iam recitatis, coronidis loco obſeruabis ex text. dictæ pragmaticæ, quod ad hoc vt Barones iuridicè poſſint

Digitized by Google

possint fouere consuetudo debet esse legitimè præscripta, aliàs non iuuaret, & subintraret grauamen ex assueueratis per *Viuium decis.* 311. *num.* 2. & 3.

32 Et consuetudo præscripta illa est, ne dum quæ legitimo temporis cursu introducta est *cap. final. de consuet.* sed etiã quæ habet titulum, & concordat cum præscriptione *Molfes. in summa Theolog. moral. tractat.* 9. *de legibus cap.* 11. *n.* 29. *tom.* 1. vbi quòd quando consuetudo habet aliquem titulum, & continuatis temporibus sufficientibus ad consuetudinem inducendam sic seruatum fuerit, tunc est introducta consuetudo præscripta *Salas de legibus disputat.* 9. *sect.* 1. *num.* 6. *Suarez de legibus lib.* 7. *ea. cap.* 1. *à num.* 10. *cum seq.*

Sed quando dicatur præscripta ad finem nostrum distinctionis fœdere est vtendum, quòd vel sumus in materia seruitiorum, & seruitutum, & similium pro quibus Barones habent iuris resistentiam contra eos, & Vassalli iuris assistentiam pro eis, & in huiusmodi casu consuetudo debet esse centenaria, vt suffragetur, & isto tempore debet esse præscripta sic ex *Petra in tract. de potest. Princip. cap.* 6. *num.* 5. *Capiblanc.* fundat *in Pragmat.* 1. *part.* 1. *num.* 215. *in fin. de Baron. tom.* 1. vbi *num.* 216. annuit non esse differentiam inter consuetudinem; & præscriptionem, quò ad tempus circa istam materiam ex *Bellug. in specul. princip. Rubric.* 22. §. *& quia num.* 14. *Gram. cons. ciuil.* 147.

Vndè in huiusmodi casu cessat conclusio illa, requiri quadraginta annos in consuetudine contra ius, vt ex pluribus fundat nouissimè *Borrell. in summa decis. tit. de consuetudine, num.* 27. *tom.* 1.

35 Vel sumus in casibus in quibus ius non assistit Vassallis, nec resistit Baronibus, & tunc solitus decem annorum cursus erit sufficiens iuxta theoricam *Bart. in l. de quibus num.* 14. *ff. de legibus Afflict. decis.* 321. *num.* 18. *Festas. in tractat. de æstim. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 25. *Duen. reg.* 140. *Rot. diuers. decis.* 1697. *part.* 3. *Vasq.* 12. *quæst.* 2. *artic.* 3. *disput.* 177. *cap.* 5. *Surd. cons.* 58. *num.* 11. *volum.* 1. *Gail. obseruat.* 31. *libr.* 3. *Rebell. de obligat. iustit. part.* 1. *libr.* 5. *quæst.* 5. *num.* 2. *Coler. in decis. German.* 21. *n.* 4. *Azor. institut. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 17. *quæst.* 6. *Giron. de priuileg. seu exempt. explicat. num.* 1307. *Cardinal Tusc. conclus.* 796. *lit. C. Bernard. Grau. ad* 1. *pract. Camer. Imperial. libr.* 2, *conclus.* 31. *à num.* 27. fusè nouiter *Megal. in promtuar. Theolog. in verbo consuetudo.*

36 Quod tempus decennale sufficiet, etiam si simus in materia illorum, quæ sunt præter ius, cùm etiam de iure Canonico, ne dum de ciuili, vbi consuetudo est præter ius decem annorum spatium requiritur *Sayrin clau. Regia libr.* 3. *cap.* 11. *num.* 8. *Suarez in Thesaur. Recept. sentent. lit. C. num.* 275. *Ceual. cõmun. contra commun. quæst.* 375. *num.* 10 *Moneta in tract. de distribut. quotid. part.* 2. *quæst.* 12. *num.* 9.

37 Et hac nactus occasione non pertranseam dicere inter cæteros effectus antiquæ consuetudinis legitimè præscriptæ illum insurgere, vt vigore illius Canonici absentes pro seruitio Episcopi possint obtinere distributiones quotidinas. *Decius cap. cùm omnes num.* 6. *de Constitut. Garcia de Benefic. part.* 3. *cap.* 2. *nu.* 348 vbi concordantes adducit, addo nouissimè *Megal. variar. resolut. tom.* 2. *resolut.* 175. *num.* 7. contra *Nauar. cons.* 2. *num.* 2. *de Cleric. non resident.* quod notandum erit ad ornatum *cap. de cætero, & cap. ad audientiam de Cleric. non resident.* & ad declarationem *Concilij Trident. sess.* 24. *cap.* 12. Quod neque videtur receptum à Reuerendiss. Capitulo Neapolitano, quatenus ibi seruetur, vt Canonico absenti semel in anno per quindecim dies à seruitio debeantur distributiones quotidianæ, vt late fundat *Santarel. var. resolut. quæst.* 10. & vide. *Cened. quæst. Canonic. cap.* 1. vbi fusè in materia; & hoc ex immemorabili consuetudine, quæ non vide-

39 tur subsista à Concilio loco citato, dum expressa mentio facta de ea non fuit. *Rodriquez quæst. Regular. tom.* 1. *quæst.* 9. *Diez de Mena quæst.* 1. *libr.* 2. *Gonzalez in Reg.* 8. *Cancellar. glos.* 33.

40 Vbi enim Concilium voluit eripere consuetudines immemorabiles, expressè dixit, vt patet *in sess.* 21. *cap.* 3. *de Reformat.* vbi postquam decreuit vt ob tenuitatem distributionum tertia pars quarumcumque obuentionum in ipsis conuertatur, in fine his vtitur verbis: *Non obstantibus exemptionibus, ac aliis consuetudinibus, etiam immemorabilibus quibuscumque.*

Et

Digitized by Google

Et iuxta supradicta nouissimè dicebã ad fauorem Reuerendi D.Eusebij Saluzzoli Canonici Regalis Ecclesiæ Sancti Nicolai Barensis contra Reuerendum Capitulum eiusdem Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli in dubio censentur exempti à Iurisdictione, & oneribus, sed limita vt num.2.*
3 *Seruitutes vt debeantur, requiruntur vrgentes probationes.*
4 *In dubijs questionibus iudicandum est pro Vassallis contra Barones.*
5 *Conditio melior est tractantis de damno vitando.*
6 *Duobus priuilegijs concurrentibus, illius priuilegium attenditur, qui tractat de damno vitando nulla habita ratione de alio.*
7 *Oneris, & seruitutis exclusio in dubio est facienda, & sic pronunciandum est.*
Onera sunt legi repugnantia, ibid
8 *Interpretatio benignior est facienda.*
9 *Seruitus in dubio non præsumitur.*
10 *Quilibet, & quælibet res à seruitute libera censeri debet.*
11 *Rei partes sunt fauorabiliores.*
12 *Iudex absoluere potest potius quàm condemnare, & in hoc pronior esse debet.*

ARGVMENTVM.

Vassallorum in fauorem aduersus Barones, qualiter in dubijs quæstionibus, & probationibus Seruitutum & Onerum iudicandum sit?

PRAELVDIVM IX.

1 Habent Vassalli assistentiam Iuris pro se, vt censeantur in dubio exempti à seruitutibus, & oneribus nec ad illa præstanda astringi possunt, nisi proparte Baronum clara probatio
2 vel respectu inuestituræ, & concessionis aut priuilegiorum, vel præscriptionis legitimæ, aut consuetudinis in fit, eum seruitutes, & onera, vt debeantur
3 requirantur vrgentes probationes *Roland. à Vall. cons.* 32. *num.* 22. *lib.* 4. *Honded. cons.* 79. *num.* 23. *Cosia Sicul. cons.* 33. *num.* 9. quòd in Regno ex pragmaticis sub titulo de Baronibus satis apertè elicitur.
4 Itaut in dubijs quæstionibus, & probationibus ad fauorem Vassallorum contra Barones est iudicandum.

Tractant namque illi de damno euitando, isti autem de lucro captando quorum debet esse inferior conditio,
5 nam tractantis de danno euitando melior est *l. verum § fin. versic. proindè ff. de minor. l. fin. ff. ex quib. caus. maior. Bar. in Auth. quas Actiones versic. si vero C. de Sacros. Eccles. Alciat in l. 2. num.* 35. *ff. de verb. oblig. Sfort. Oddus in tract. de restitut. in integr. quæst.* 4. *Artic.* 4. *Antonin. Maceratens. var. resolut. lib.* 2.
6 *cap.* 6. *num.* 59. quod adeò procedit vt in huiusmodi casu concurrentibus duobus priuilegijs, illius qui tractat de dãno euitando attendatur nulla habita ratione de altero *Paul. de Castr. in cons.* 37. *in fin. vol.* 2. *Aretin. in §. Rursus Instit. de Act. Anchar cons.* 37. *num.* 2. nouissimè *Castagna in tract. de beneficio deducto ne egeat quæst.* 16. *ampliat* 2. *num.* 8.

Conducit nam in dubijs pro exclusione oneris, & seruitutis est pronunciandum, vti odiosa, & legi repugnantia, vt dixit *Rota in causa Pharen. pensionis* 1588 *coram Aldobrandino*.

Reddit pariter roboratam hãc con-
8 clusionem Regula illa, vt in dubio benignior interpretatio sit facienda ad texum in *l. semper ff. de Reg. Iur. cap. fin. de transact.* & in dubio tutior pars sit eligenda *l. si fuerit § fin. ff. de Reb. dubijs cap. tuuenis de sponsal. cap. ad audientiam de homicid. Emanuel Rodriq in summa tom.* 2. *cap.* 51. *num.* 6. *conclus* 4. *Vasquez* 1. 2. *quæst.* 19. *artic.* 6. *disput.* 65. *cap.* 3. certumque est benignius, & tutius esse pro Vassallis iudicare in casu dubio, quia habent re-
9 gulam pro se, vt in dubio seruitus non præsumatur ad textum in *l. libertas ff.*

de

de stat. homin. l. alicuius de seruitut. l. altius, & l. si in ædibus C. de seruitut. & Aqu fluminum §. final. & l. proculus ff. de damn. infect. quibus iuribus patet liberum quemlibet, siue quamlibet rem à seruitute liberam censeri, exornant *Alciat. de præsumpt. Reg. 2. Præsump. 3. Valasc. de iur. emphit. quæst. 51. Mascard. de probat. conclus. 79. conclus. 209 & 305. Menoch. de præscript. libr. 3. quæst. 56. 89. & 91. & libr. 6. quæst. 29. Thesaur. decis. 216. Misinger. obseru. 25. cent 5.*

11 Stringit pariter insuper quòd in huiusmodi casu Vassalli sunt Rei, & ideò illorum partes debent esse fauorabiliores, *l fauorabiliores, ff. de Regul. Iur. l. matrem, C. de probat. cap. ex part. de Rescript.*

12 Et tandem iuuat considerare, quòd absoluere debet potius Iudex, quàm condemnare, & in hoc pronior esse debet, argum. text. *in l. Arrianis ff. de Act. & oblig. l. in obscuris ff. de reg. Iur. cap. 3. de probat. Couar.* qui secum socios trahit, *var. resolut. libr. 1. cap. 1. num. 2. Cardinal. Tusc. practicar. conclus. lit. A. tom. 1. conclus. 41 Mexia in pragmatica taxa panis conclus. 1. num. 171. Monach. decis. Florentin. 36. num. 2.* absolui debet Reus ab imposito crimine, *Scarlat. consil. 120. num. 8. Surd. consil. 132. num. 99.*

SVMMARIVM.

1 *Veritatem qui sequitur, Deum sequi videtur.*

2 *Veritas super omnia amanda, & amplexanda.*

3 *Veritas basis, & fundamentum iustitiæ.*

4 *Veritas res solidissima, murusque inexpugnabilis, immutabilis, & perpetua.*

5 *Subditis plerumque nihil est magis familiare, quàm ad suprema Tribunalia vocare suos Barones.*

6 *Subditi Barones vt plurimum odio habent.*

7 *Superiores non debent esse faciles ad audiendos Vassallos contra Barones, & quare; sed vide opinionem Authoris, num. 9.*

8 *Præsumptio viget pro Superioribus, & Magistratibus.*

10 *Superiores iustitiam administrantes debent esse proni ad audiendum Subditos, nec recusare onus pronunciandi.*

11 *Traianus Imperator equo descendit bellum profecturus, vt viduam iustitiam fieri audiret petientem de filio iniustè occiso.*

12 *Traianus Beati Gregorij precibus vita æterna donatus, & quare.*

ARGVMENTVM.

Vassallis contra eorum Barones, & Officiales grauamina proponentibus, qualiter tunc Superiores se gerere debeant.

PRAELVDIVM X.

QVamquam huius Operis Titulus Baronum, & Officialium stimulus & Malleus videatur, cum & contra eos directum habeat sermonem.

Tamen quia Veritatis Amatorem me pronum reddidit Natura, eamque semper inuestigare, sectareque conatus

1 fui: Nam veritatem prosequens Deum sequi videtur *cap. quisquis 11. quæst. 3.* Et veritatis sectatorem Deo placere vt dicit *Glos. in l. puniri C. si contra Ius vel vtilit. publis.*

2 Veritasque super omnia amanda, & amplexanda *l. si ita legatum ff. de condit. & demonstrat.* vti basis & funda-

3 mẽtum iustitiæ qua virtute nulla præclarior *Bal. cons. 343. col. pen. libr. 1. cum concordantibus,* quos cumulat Illustrissimus Episcopus *Ricc. in praxi fori Eccles. resol. 234. pa. 1. in magn.* & vti Res

4 solidissima murusque inexpugnabilis, *Afflict. decis. 235. num. 7.* omnia vincens *cap. vt veritate, & seq. 8. distinct.*

&

Digitized by Google

& vti immutabilis, & perpetua, *Aristotel. lib. 4. Metaphisic. cap. 5.* Et veritatis ea est virtus, vt eam vel inuiti fateri cogamur; recenter *Thomat. decis. Macerat. 50. num. 478.* vbi & alia circa illam colligit.

Ideo cum, & quandoque Grauamina contra Barones, & Officiales simulentur, & proponi seriò calumniosè affectentur, & excogitentur; Ne sub colore boni malum oriatur, volui in gratiam vtilium Dominorum, & Officialiũ pariter iustitiam administrantium, qualiter Superiores ad quos spectat de huiusmodi Grauaminibus videre, se gerere debeant, hic enodare.

5 Sciendum est igitur, quòd cum plerumque Subditis nihil sit magis familiare, quàm ad suprema Tribunalia vocare suos Barones, & Officiales, vt indignanter obseruat *Claud. Bertazzol. in cons. crimin. sui genitoris 152. sub litera*
6 *D.* cum vt plurimùm illos odio habeãt *Nevizant. inter consilia feudalia Bruni 12. num. 60. volum. 1.*

7 Ideirco animaduersionem habere debere Superiores, coram quibus Grauamina proponuntur, ne sint faciles ad subditos audiendos, & admittendos ad huiusmodi querelas, vel decernendi processus contra ipsos vtiles Dominos ne ad maiorem inobedientiam inuitentur, & fiant audaciores contra Dominos, & Officiales ipsos affirmant *Ioan. Goedde inter Consilia Achademiæ Marpurg. cons. 28. num. 12. volum. 2. Gaill. obseruat. 13. sub num. 4. versic. Iudex tamen lib. 1.* quos refert, & sequitur *Niger Cyriacus controuers. Forens. tom. 1. cap. 26. num. 48.*

8 Vrget enim præsumptio pro Superioribus, & Magistratibus, *cap. præsentia de Renunciat. cap. sicut nobis in fin. de sentent. & re iudic. cap. bona memoria il. 1. § contra verò de elect. & elect. potest. l. 2. C. de Offic. Ciuil. Iudic.*

9 Sed quia horum opinio satis est dura contra Vassallos, Ego temperando dicerem, esse libenter præstandas aures eorũ quærelis, sed prouisiones irretractabiles minimè relaxari, nisi causa benè cognita, & veritate inuestigata aduersus Barones ipsos, & alios, contra quos Grauamina fuerunt porrecta.

10 Proni enim debent esse Superiores iustitiam administrantes Subditos audire, nec recusare onus pronunciandi, *Cassiodor. libr. 2. variarum Epistol. 1.*

Quo in proposito conducit narratio illa *Ioan. Salisber libr. 5. in Policratic. de Curial. Nug. cap. 8.* vbi quòd cùm Traianus Imperator equo ascendisset ad bellum profecturus, Vidua apprehenso pede eius miserabiliter lugens, sibi iustitiam fieri petijt de his, qui filium suum optimum, & innocentissimum iuuenem iniustè occiderant. Tu (inquiens) Auguste imperas, & ego tam atrocem iniuriam patior. Et cùm Imperator dixisset, Satisfaciam cùm rediero. Quid (illa inquit) si non redieris? Successor meus (ait Traianus) satisfaciet tibi; (Et illa) Quid tibi proderit si alius benefecerit, Tu mihi debitor es, & secundùm opera mercedem recepturus, fraus vtique est nolle reddere quod debetur, Successor tuus iniuriam patientibus pro se tenebitur, Te non liberabit iustitia aliena, benè agetur cum successore tuo si liberauerit se ipsum. Itaut his verbis motus Imperator de equo descenderit, & ipsam libenter audiuerit, causamque præsentialiter examinauerit, Viduam consolatus. Qua
12 de re precibus Beati Gregorij, licèt talis Imperator esset infidelis, vita æterna fuisse donatum ex *Archiep. Florent. part. 1. Historiarum tit. 7. cap. 3. §. fin. Luc. de Penna in l. 2. col. 3. C. de exactor. Trib. libr. 10. Rebuff. in prolegm. ad Concord. Regn. Franc.* reportat *Regens Valenzuel. cons. 70. num. 70. vol. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Superiores debent punire Vassallos proponentes grauamina, & non probantes.*

2 *Dolus præsumitur propter non probata grauamina, & propter mendacium.*

3 *Dolus vbi est adest delictum, & è contra.*

4 *Mendacium est delictum, & turpitudo.*

5 *Vassalli admissi ad proponenda grauamina contra Dominos, si non probent, qua pœna tenentur.*

Digitized by Google

6 *Famam alienam infectatus libello pœna iniuriarum tenetur.*

7 *Officiali allegato suspecto, si mentiatur allegans, tenetur iniuriarũ actione.*

8 *Iniuriarum pœna est arbitraria, & quomodo augetur, vel minuitur. num. 9.*

10 *Atrocior fit iniuria domino, si per subditos verba fuerint narrata supremo Principi.*

ARGVMENTVM.

Vassalli proponentes Grauamina, & querelas contra Barones, & eorum Officiales, non probando, qualiter puniri debeant.

PRAELVDIVM XI.

INuigilare summopere debent Superiores, ad quos spectat vt quando querelæ, & grauamina contra vtiles Dominos, & Officiales proposita à Subditis non fuerunt probata, illos vti dolosos, & criminosos puniant.

1

2 Negari enim suapte nequit in huiusmodi casu præsumi dolum propter mẽdacium, & non probata grauamina, vt in terminis aduertit *Claud. Bertazzol. in addit. ad consil. crimin. sui patris 152. lit. D.* & nouissimè *Niger Cyriac. controuers. forens. tom. 1. cap. 26. num. 50.*

2 Et vbi est dolus est & delictum, vt è contra, Dolus vbi non adest, ibi non est delictum pœna dignum, *Menoch. cons. 28. num. 13. Barbos. in Axiomat. vtriusq; Iur. in verbo, Dolus*, inest enimin illo calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum, fallendum, & decipiendum, adhibita *l. 1. §. dolum ff. de Dol. mal. Paul. libr. 1. Receptar. sentent. titul. 8. de Dol. Zanger de except. cap. 13.*

4 Et mendacium est delictum, & turpitudo, *Farinacc. cons 60. num. 130. post 4 par. practi. crim.* Et mẽtiri plus est quã lenocinio cõmittere, *c. postul. de Rescr.*

Asserunt autem *Claud. Bertazzol. & Cyriacus locis indicat.* quod vbi Vassalli fuerunt admissi ad proponenda grauamina & querelas contra Dominos, si non probent tenentur Actione iniuriarum, quamuis adhibuissent protestationem, quod faciebant non animo iniuriandi,

5

6 Iuuatur hæc opinio ex textu in *l. Labeonem §. si quis libello ff. de Iniur.* vbi si quis libello (inquit *Vlpianus*) dato vel Principi, vel alicui famam alienam infectatus fuerit iniuriarum erit agendum, tradunt pro regula *Socein. consil. 118. num. 5. vol. 1. Anchar. cons. 325. Angel. cons. 250 nu. 2 Bertrand. cons. 133. nu. 7. volum. 3. Guid. Pap. cons. 74. num. 8. Bardellon. cons. 52. & 53. volum. 1.*

Confert, nam si verè officialis non fuerit suspectus, & allegetur, & mentiatur allegans ei tenetur iniuriarum actione, cum dicatur ipsi conuitium conferre, ita *Angel. in l. quæ omnia per text. ibi in vers. magis conuitiũ ff. de procur. Præsi. de Franch. dec. 431.* & cõtra tales de iure Regni habes pragmticas particulares *sub Rubric. de suspic Offic. ial.*

8 Quæ pœna iniuriarum est arbitraria, vt post alios *Farinacc. in practic. crimin. quæst. 105. num. 56.* & augetur, vel minuitur iuxta qualitatem iniuriæ atrocis,

9 vel leuis *Cyriac. d. controuers. 26. num. 51* vbi atrocem reputat iniuriam hanc factam à subdito suo Domino ex *Anchar. cons. 325. num. 2. Paris. cons. 78. num. 13. volum. 4. Manuch. de arbitr. Iudic. cas. 273. num. 5. Farinacc. d. quæst 105. num. 198. & 393. Claud. Bertazzol. d. cons. 152.* ibi; *Et cum verba fuerint narrata supremo Principi, & de domino suo per subditos atrociora videtur facta iniuria*, per textum *in l. Prætor, §. Atrocem ff. de iniur. & §. Atrox Instit. eod. tit.*

10

EX quibus omnibus vndecim præludijs finis iam tandem huic præludiali Materiæ imponatur, Ipsaque ad possibile quam breuiter vtiliter tamen iam absoluatur quamuis enim breuissimis Cancellis me in illis gerere coactus sim, vtilitatis autem nunquam oblitus vtiliora forensique iudicio magis necessaria, & memoranda minime omisi.

His

Digitized by Google

His igitur fruere, ipſaque pariter libenter perlege, Nam ſi libenti, & hilari quidem calamo pro vniuerſali comodo conſcripta fuere, eademque cum hilaritate tales ſubciſiuis horis factæ lucubrationes offerantur; conuenit & pariter, vt è contra hilari, beneuolaque fronte recipiantur.

At quia Caput, & facies deſignat principium, Finem autem pedes, vt *libr. 1. in Iſai* dum de præludijs vti capite verba fecimus, vt pedibus pariter, per hanc grauaminum viam incedam, ad illorum ſingularem dinumerationem, & diſcuſſionem deuenio.

FINIS PRÆLVDIORVM

Ad Laudem SS. Trinitatis, & omnium Sanctorum,

AMEN.

Digitized by Google

Digitized by Google

IO. MARIAE NOVARII I. C. LVCANI DE VASSALLORVM GRAVAMINIBVS TOMVS SECVNDVS.

PRorrò præsentiens rectum scribendi modum postulare generalia (quæ ad aliorum cognitionem viam aditumque parant) fore per prius differenda, supra nonnulla præludia generalia in hac grauaminum Vasallorum materia conglomerare comodum esse duxi; Cumque iam id esse asecutum sub Diuini Numinis tutamine perspiciam, ad particularia deuenire intendens gradatim perplura enumerare specialia in eorumdem Vasallorum grauaminibus tendentia; ecce iam accingor; & dum accinctum, & præparatum me aspicis, Te Beneuolum Auscultatorem, insimulq; oculatum Lectorem peroptare nè facias: de quo quia tua confisus humanitate minimè anceps reddor, libenter hoc subintro Theatrum. Siste igitur astenè, & incipio.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Decima frugum tempore Escuneæ vulgò* Alla Scogna, *debetur, vbi adducitur Canon id probans, & num.* 2.

3 *Vassalli tenentur consignare Decimam debitam Baronibus tempore Escuneæ, & numer.* 4. *Et quid si aliud sit de consuetudine, numer.* 5.

6 *Consuetudo, ne Decima soluatur statim valet.*

7 *Consuetudo circa Decimarum exactionem seruanda est, quæ pro loco tempore, & rei qualitate recepta fuerit.*

8 *Decima an soluenda sit antequam petatur.*

9 *Decimas non soluētes Ecclesijs, quia non fuerunt requisiti, an sint in statu damnationis.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Barones recusent recipere Decimam tempore Escuneæ, vulgò *Alla Scogna*, & in alio ad eorum arbitrium illam percipere velint.

GRAVAMEN I.

1 PRiscorum, Neothericorumque Doctorum Cohors communi calculo illam probauit sententiam tēpore quidem recollectionis, & statim fructibus collectis ex acerno frugū Decimam victualium præstari debere, vt apud *Angel. in summa in verbo Decima, §. 4. Guid. Pap. cons. 70. Sot. de Iustit. & iur. libr. 9 quæst. 4 artic. 2. Zanch. de Priuileg. Eccles priuil. 120. n. 11. Azor. instit. Moral. par 1 libr. 7 cap 24. quæst. 16. Campanil. in Diuers. Iur. Canonic. Rubric. 12. cap. 13. num. 160. Illustrissim. Præsul. Ricc in Praxi fori Eccles resolut. 252. tom. 2. Christin. decis. Cur. Belgic. 106. tom. 1.* & quam recenter præ cæteris *Barbosa in tractat de Iure Ecclesiastico vniuersal. tit. de Decim. cap. 26. §. 2. num. 21. libr. 3.*

2 Quorum Ianè opinio habet suum optimum fundamentum ex tex. Rotundo, qui cauillari non potest in *cap. cum homines*, ibi, *Statim frugibus collectis, &c. de Decim.* vbi apertis verbis id à Summo Pontifice dispositum reperitur.

Inde per hanc incedendo viam pro nostri Instituti Coronide iuridicè conclusionem firmare liceat, Vassallos tempore frugum recollectionis, vulgò *Alla* 3 *Scogna*, Decimam Baronibus consignare, & è contra vtiles Dominos eodem in tempore illam recipere adstringi, quod si contrarium actentent vtique grauamen orietur, prout ita reperio prouisum ad instantiam Vniuersitatis Terræ Auigliani conquerentis de suo Barone tempore victualium recollectionis Decimam ei debitam recipere non curante, sed in mense Martij illam deinde exquirente.

Fuit inquam in huiusmodi casu determinatum die 17. Mensis Aprilis de Anno 1528. existente Commissario Regio Consiliario Cęsare Vitello, Baronem recipere debere Decimam victualium tempore Escuneæ, vt constat in processu Grauaminum dictæ Terræ in Banca Figliolæ S. Reg. Consil. Actorum Magistri.

4 Cumque casus similis in facti contingentia annis elapsis accidisset in Regia Audientia Apuleæ, & per Vassallos fuisset habitus recursus ad Regium Tribunal pro expeditione prouisionum contra Baronem, ego vti vnus ex Auditoribus anceps minimè fui illas relaxare, existente tunc tempore Actuario Iosepho Villano sub Præsidatu Illustrissimi Marchionis Orioli D. Lelij Pignoni Equitis Neapolitani.

5 Cessaret tamen Grauamen, si in Regione, & loco existeret consuetudo non exigendi Decimam tempore escuneæ, quia sicuti decimarum debitores non possent cogi ad illam præstandam, & coactio induceret Grauamen in Vassallos, ita è contra Barones siue alij quibus debetur, nec ad recipiendam illam possent

Digitized by Google

possent adstringi, vt æqualis inter illos sit dispositio, & ne ad imparia iudicentur.

6 Valet inquam Consuetudo, vt Decima minimè soluatur statim, sed certo tempore, ita probant *Monet. in tract. de Decim. cap. 6. quæst. 2. num. 15. & Barbosa in tract. de Offic. & Potestate Parochi cap 28 §. 2. num. 21. in fin.*

7 Seruanda est enim circa id Consuetudo, quæ pro loco, tempore, & rei qualitate recepta fuerit, vt in terminis materiæ Decimarum post *Less. de Iustit. & Iur libr. 2. cap. 39. dub. 3. num. 16. Reginald in praxi fori pœnitent libr. 19. num. 98 Suarez de Relig. tractat. 2. libr. 1. cap. 37 Molfes. in summa Theolog. Moral. tract. 6. cap. 4. num. 52.* modernè firmat *Bonacin. de præceptis Ecclesiæ disput. final quæst. 5. part. 4. propos. 1.* vbi ideo

8 *num 2.* quærens si Decima soluenda sit antequam petatur transit cum opinione esse consuetudini standum, quoniam alicubi soluitur antequam exigatur, Alibi non soluitur nisi exigatur, licèt de iure communi videatur soluenda antequam petatur, quia huiusmodi soluendi Decimas debitum minimè dependet ab illius, cui soluenda est petitione, cùm ab ipso non fuerit imposita, & si ipsius vtilitatem respiciat, eò maxime, nam terminus interpellat pro creditore, igitur non est necesse illam explicitè peti à creditore, *Suarez de Relig. libr 1. tract. 2. cap. 38. Azor. institut. Moral. part 1 libr. 7. cap. 25. quæst. 17. Monet. in tractat. de Decim. indic. cap. 6. conclus. 3.* post cæteros *Borrell. in summa decis. tit. 19. de Decimis num. 28. tom. 1.*

9 qui ex hac ratione dubitat de opinione asserentium, animas decimas non non soluentium non esse in via damnationis, nisi fuerint peritæ vt dixerunt *Guid. Pap. decis. 283 num. 2. Natta cons. 136 num 11. volum. 1. Niger in cap. Regni Volumus num. 14 Balb. de præscript. 1. part. 5 part. principal. quæst. 7 n. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Decima de vino debetur, sed tempore Vindemiæ, & sic in musto, & non quando est purum, num. 4.*

2 *Decima debetur de oleo, quando tamen conficitur, & non quando est refinatum, num. 5. at quid existente in contrarium consuetudine, num. 6. & vide num. 7.*

3 *Decima debetur fructibus collectis.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si cogantur soluere Decimam in Vino, & non in Musto, & decimam Olei, quando est purum, & refinatum, & non quando conficitur.

GRAVAMEN II.

1 DEcimam vini posse exquiri cantat Tex. *in c. Non est dubiũ de Decim.* & probat *Borrell. cons. 20.* & iterum *in summa decis. tit. de Decim. num. 4. tom. 1.* Nosque firmauimus *forens. quæst. 21. nu. 1. part. 1.*

2 Et olei Decimam deberi *Rebuff.* scripsit *in particulari tract. de Decim quæst. 8. num. 8.* & confirmarunt *Monet. in eiusdem nominis tractatione, cap 4. num. 10. Cardin. Mantic. decis. 341. num. 1.* quos refert, & sequitur modernissimè *Barbos. in tractat. de Potestat. & Officio Parochi cap. 28. §. 1. num. 4.* addo *Molfes. in Summa Theolog. Moral. tract. 6. cap. 4 part. 1.*

3 At quia ex *cap. cum homines de Decimis*, habemus fundatam conclusionem Decimam deberi fructibus statim collectis, vt latius in antecedenti *Grauamine*.

4 Ideò ad nostrum propositum constituenda est Regula quòd quando Barones habent facultatem exigendi decimam de vino, illam debent habere, & recipere in Musto tempore vindemiæ pro vt sic praxis iã diù recepit, & reminiscor vna vice determinasse Regiam Audientiam Capitinatæ per quam fuit habitum pro vero Barones grauare Vassallos, si tempore quo vinum est purum Decimam recipere vellet.

Vnde

Digitized by Google

5 Vndè cum eadem Ratio vigeat in Oleo, dicendum est illius decimam esse tradendam tempore quo conficitur, nec posse exquiri sine Vassallorum grauamine, quando erit refinatum & purificatum.

6 Sed non reticeam dicere excludi grauamen tale, quoties ad fauorem Baronum legitima præscriptio vel consuetudo legitimè præscripta, vel priuilegium vigerèt ex dictis supra in præludijs, & in *antesignano grauamin. in versic. Cetera*.

7 Quæ quidem consuetudo si in Regione recepta reperiretur non fraudarentur decimatores, quando in Musto domini quibus deberetur decima illam recipere recusarent.

Et proindè iuxta de causa quidam parochus dum in promptu docuisset de præscripta consuetudine recipiendi Decimam Vini tempore permutationis vulgo *Alla Tramuta*, seù *Alla Trasica*me patrocinante fuit conseruatus in sua possessione in Anno *1633*. nec amplius à Filianis fuit circa id turbatus, & impugnatus.

SVMMARIVM.

1 *Decima debetur de Fabis, & alijs Leguminibus.*

2 *Decimæ fabarum Nouellarum, vulgò* Faue in Gongole, *& cicerum viridorum, vulgò*, Pisielli, *quo in tempore sit soluenda.*

3 *Decima Ordei, & Venæ, quæ secantur viresccntia pro pastu animalium, quo in tempore sit soluenda.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones de Satis, quę metiuntur viresccntia ad finem vendendi pro quotidiano cibo Hominum, vel Animalium, Decimam eiusdem speciei aridæ & maturæ exigere velint.

GRAVAMEN III.

1 QVia solent seminari fabæ, & alia legumina, de quibus decima debetur *c. 3. de decim.* & illa postea colliguntur tempore quo viresccunt ad finem vendendi pro quotidiamo Cibo vt sunt fabæ nouellæ, vulgo faue in Gongole, & ciceres, *vulgo pisielli*, & similia,

2 Decima huiusmodi Bladorum erit soluenda in eodem tempore, quo colliguntur, & Vassalli domini dictorum leguminum vtuntur, nec Barones possent prætendere illorum decimam habere tempore quo sunt matura, & arida argumento eorum quæ adduxit *Gratian. Decis. Rot. Marchia 57. à num. 5. cum seq.* quòd si secus agatur grauamen euitari nequibit.

Non debent esse enim melioris conditionis Barones quàm illi qui seminarunt legumina, & ideò in decimatione debet attendi tempus præsens, cum receptio fructuum respectu domini, qui seminaut adhuc sit præsens, inde quando ipsi vtuntur fructibus decimam soluere tenentur.

3 Et quòd dicimus de leguminibus idè firmamus respectu ordei & Venæ, quæ solent seminari, vt dentur Animalibus pro pastu in herba, & vocatur vulgò *Ferraina*, quæ Animalibus datur in mense Maij, tempore quo ipsa metitur debet dari decima Baronibus, nec possent illam prætendere ad messem vulgo, alla scogna, tempore quo talia blada essent matura, quod notabis, nam alibi non inuenies.

Eiusdem etiam speciei, & tenoris vt colliguntur Blada, & fruges danda sunt in decimam.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM

1 *Decima vno eodemque tempore de fructibus qui paulatim colliguntur solui non debet, & si contrarium attentent Barones grauant, num.* 2

3 *Decima de fructibus adhuc non perceptis non debetur.*

4 *Iura abhorrent, vt quis onus Decimę sentiat, antequam fructus percipiat.*

5 *Debitum non debet agnosci ante tẽpus.*

6 *Soluens ante tempus dicitur plus soluere.*

7 *Onus grauamen inducit.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando coguntur soluere Baronibus Decimam vno eodemque tempore, simul & semel de Bladis & fructibus, qui non coniunctim, sed paulatim colliguntur.

GRAVAMEN IV.

1 NEqueunt quidem Vassalli debentes Decimam Baronibus cogi illam soluere vno eodemque tempore simul, & semel de fructibus, quos non coniunctim, sed paulatim colligunt: quia ad instar illos percipiunt, ita pro illa tata decimare tenentur.

2 Vnde caueant vtiles Domini contrarium attentare, quia vtique grauant.

3 Esset enim (si aliud diceretur) iustificare conclusionem, quod de fructibus adhuc non perceptis Decima soluenda esset, cùm & illa fructibus perceptis debeatur, vt firmauimus supra Grauam. 1.

Quare cùm anno elapso id contigisset in facto, & Docti viri consulerentur, inter quos & ipse quoque, & si minimus, honoratus fuerim in Collegio habito de communi consensu in hanc deuenimus sententiam, & Magnificus Baro deinde à sua prætentione destitit.

4 Daretur inquam ansa, vt decimator antequàm comodum receptionis fructuum haberet, incommodum perciperet, quòd iura abhorreant.

5 Et sequeretur quòd quis ante tempus, debitum agnosceret, & consequenter subintraret locupletatio cum aliena iactura.

6 Necnon effugi nequiret decimatorem in illo grauari, quia dum ante tempus Decimam soluere astringeretur, plus soluere videtur, ex regula quòd plus soluitur tempore, *l. minus, ff. de solutionibus.*

Ex quibus hexitari non potest Vassallos Decimatores esse oneratos, quod quidem onus grauamen inducere nullus est qui nesciat, & ita fuit pronunciatum ad fauorem Vniuersitatis Terrę Sibaris annis iamdiù elapsis, vt reperi in quibusdam manuscriptis per hæc verba.

Nota, quòd attento tenore cap. cum homines extra de Decim. descendit bona & iuridica illatio, vt taliter debeãtur Decimæ de fructibus, qualiter colliguntur, & in posse Domini veniunt, itaut cota collectionis, faciat cotam decimationis, & vltra non posset astringi Decimæ Debitor, vnde contra vtilem Dominum Terrę Sibaris apud Regium Consiliarium Ioan. Felicium Scalaleonem, ego obtinui, Ciues non debere adstringi ad solutionem Decimę debitę in nonnullis Territorijs decimatorijs, nisi quatenus in dies ab illis fructus colligerentur, & sic habito respectu ad cotam præsentaneam recollectionis.

SVMMARIVM.

1 *Decima personalis quę nam dicatur.*

2 *Decima personalis quomodo debeat solui, & vide num. 3. & 4. & 5. vbi distinctio Authoris.*

Decima

Digitized by Google

6 *Decima personalis, si intra annum soluatur minimè potest recusari.*

7 *Obligatus celebrare Missas determinatas in aliquo loco, quomodo illas anticipatè celebrare valeat.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si cogantur soluere Decimam personalem ante lucrum acquisitum.

GRAVAMEN V.

SI essemus in Decima personali, quam forsitan ex priuilegio, vel immemorabili præscriptione, aut consuetudine legitimè præscripta Vtiles Terrarum Domini à Subditis exigerent.

1 Et quia illa dicitur Decima pars fructuum ex industria & opera personæ, ac artificio prouenientium, *Angel. in Summa in verbo Decima num. 5. Sil. eadem verbo quæst. 6. Vasq. in opuscul. de Benefic. cap. 7. dub. 7. Azor. Instit. Moral. libr. 7. cap. 34. & 35. quæsit. 9 part. 1. Card. Tusc. pract. conclus. lit. D. conclus. 63.*

2 Ideo venit soluenda post lucrum acquisitum, & ante sine Grauamine non possent Vassalli cogi ad illam soluendam, quia cùm talis Decima soluatur ex lucro, post illius acquisitionem peti poterit, & solui debet. *Bonacin. de præcept. Eccles. d. disput. final. quæst. 5. punctо 4. propos. 1.*

3 Sed circa id consuetudo pariter poterit includere, & excludere Grauamen, cùm in tali exactione consuetudinem esse seruandam idem *Bonacin.* fateatur *loco nuper adducto.*

Quare etsi dissentientes videantur DD. circa hoc, nam aliquorum fuit

4 sententia huiusmodi personalem Decimam statim esse soluendam, vt putarunt, *Zabarell. in cap. pastoralis quæst. 16 de Decim. Rebuff. in tract. de Decim. quæst. 12. sub num. 4.* vbi tutiorem hanc appellat opinionem, quam sectatur *Viuius decis. 4. num. 35.* Et cæterorum fuit opinio, illam in fine Anni esse soluendam, vt docuit *Glos. in cap. reuertimini 16 quæst. 1. Abb. in d. cap. cum homines num. 3. de Decim. S. Antonin. in Summa part. 3. titul. 4. cap. 3. de Decim. sub §. 3. Azor. institut. Moral. part. 1. libr. 7. cap. 24. quæst. 16. Molfes. in Summa Theolog. moral. tract. 6. cap. 4. num. 52. tom. 1. Leiua in examin. Episcoporum tit. de Decima num. 20.*

6 Tamen prima erit vera Rebus simpliciter stantibus, & sic in contrarium non existente consuetudine; Altera autem procedet si consuetudo in Regione assisteret, nam tunc illa in fine Anni soluenda esset.

Sed circa id non reticeam obseruare, quod *Monet in tract. de Decim. cit. cap. 6. quæst. 2 num. 13.* pro certo suppo-

6 nit, quòd si intra Annum personalis Decima soluatur, non posset illa recusari allegat *Batr. in cap. Ad Apostolica, in fin. de Decim. & Rebuff. in simil. tract. de Decim. indicat. quæst. 5. num. 4.*

Condudit ad corroborationem hu-

7 ius dicti, nam obligatus celebrare in aliqua Cappella determinatas Missas singulis hebdomadis, potest in antecedenti hebdomada anticipatè illas, ad quas in sequentibus teneretur celebrare, *Ledesma in Summa part. 1. de Sacram. Eucharist. cap. 18. conclus. 17. Rodriquez in summa cap. 253. num. 8. tom. 1.* D. Episcopus *Ricc. in prax. fori Eccles. resolut. 338. tom. 1.*

Quis enim non laudaret debitorem, debentem ad terminum, soluentem verò multò ante?

Magis, inquam, & citius proderunt suffragia illa Defunctis, quàm si terminum expectaret, ita quidem post cæteros eandem sequendo sententiam probat *Cened. Canon. quæst. cap. 28.* vbi tamen sub *num. 2.* id intelligit verum, nisi specialiter haberetur contrarium in fundatione, vt scilicet in nulla hebdomada Capellanus prætermitteret Sacra, quod ad honorem & decorem fundationis imponi posset, vt notatur in *cap. significatum de prabend.* & cum ista opinione pariter nouissimè transit *Dian. resolut. Moral part. 2. tit. de celebration. Missarum Resol. 16.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Decima de Animalibus non debetur statim ac nascuntur, sed postquàm nutrita sunt, nec lacte indigent materno, etiam si in contrarium sit consuetudo, num. 4. & de ratione, num. 5.

2 Decima de fructibus Animalium debetur quando fœtus deueniunt ad statum vtensilem.
Decima de caseo quando debeatur, ibidem.

3 Animalia supra Annum debentur pro Decima.

6 Consuetudo debet esse rationabilis.

7 Consuetudo irrationabilis, si sit irrationabilis nihil prodest.

8 Consuetudo, quòd Decima Animalium, postquàm nata sunt dentur, qualiter sit abolenda.

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Barones recusent recipere Decimam Animaliũ, postquàm nutrita sunt, nec lacte indigent materno, & vt grandiora eorum expensis crescant, remanere pænès ipsos faciant.

GRAVAMEN VI.

1 DE Animalibus (vtputa Agnis, & Vitulis) debetur Decima non statim ac nascuntur, sed postquam nutrita sunt, nec lacte indigent materno, *Glos. in l stipulatio ista, §. inter certam ff de verbor. obligat. Emanuel. de claris Aquis sing. 238. Suarez de Relig. tract. 2. lib. 1. d. cap. 37. num. 6. Paz in pract. num. 30. fol. 25. tom. 1. Præses de Franch. decis. 114. Anna cons. 64. num. 1. & cons. 65. num. 5. vol. 1. Fagundez. de septem Præcept. Ecclesiæ Præcept. 5. lib. 1. cap. 5. num. 2. & 14.*

2 Itaquòd Decimam de fructibus Animalium deberi, quando fœtus deueniunt ad statum vtensibilem, *Bonacin.* scripsit in eodem *tract. de Præcept. Eccles. pluries cit fin. disput. quæst. 5. punct. 4. propos. 1.* vbi firmauit de caseo deberi illam quando est perfectum.

3 Hinc supremum Auditorium nostri Sacri Regij Consilij in causa Vniuersitatis Aietę cum Barone Cusentino, Animalia supra Annum (quasi tunc non egeant lacte materno) pro Decima tradenda esse Baroni iudicauit sub die 1. Iulij 1578. vt in processu in Banca de Felice fol. 51. meminit, & refert *Amendol. in addit. ad Præsid. de Franch.* mox alleg. *decis. 114 num. 1.*

Quare grauarentur Vassalli, si Barones recusarent accipere Decimam Animalium, quando non egent lacte materno, & illa per plus temporis in posse Subditorum, vt grandiora eorum expẽsis euadant remanere cogerent.

4 Non tamen in gratiam Baronum, & aliorum, quibus talis Decima debetur, dicere prætermittam bonam me non agnoscere consuetudinem in hac materia Decimæ Animalium, si vigore illius statim, vel paulò post aliquos dies ac nata sunt, ita vt materno lacte indigeant, illa consignarentur.

5 Siquidem redderetur inutilis talis Decimatio ex certa futura ipsorum Animalium morte, meliusque esset illam nõ præstare, vt ex *l. final.* vbi *Glos. C. Ad l. Flau. de plagiar.* tutatur *Vivius* nuper adducta *decis. 4.* & sequuntur *D. Riccius in praxi fori Eccles. d. Resolut. 252. tom. 2. & Barbos. in tract. de Offic. & Potest. Parochi cap 28 §. 1. num. 12. in fine.* Et ideo irrationabilis esset talis consuetudo.

6 Certique Iuris est in omni consuetudine inspici debere, & animaduerti, quòd sit rationabilis ad textum in *cap. final.* ibi (Nisi fuerit ratio notabilis) *de consuet. l. quòd non ratione ff. de legib. Glos. in cap. cũ causam de Re iudic. Cardinal. Tusc. conclus. 795. num. 14. lit. C.*

7 Ita vt quamuis illa sit immemorabilis, nec nocet *Paris de Resignat. Benefic libr. 5. quæst. 6. à num. 120.* nouissimè *Regens Valenzuel. cons. 166. num. 67. tom. 2.* asserens talem consuetudinem potius esse appellandam corruptelam ex *Petr. de Gregor. de Feud. quæstion. 3. numer. 7. part. 1.*

Vnde

Digitized by Google

8 Vnde cùm talis cosuetudo appareat grauis Baronibus, & alijs, quibus debétur Decimæ, Authoritate, & Officio Iudicis tolli debet argum. *tex. in cap. cõsuetudines de Consuetud.* vbi licèt conclusio fauorem Ecclesiarum apposita censeatur, vt illam etiam probant *Azor. Instit. Moral part. 1. libr. 5. cap. 19. & Borrel. in Summa decis. tit. 14. num. 43. tom. 1.* Tamen indistinctè, quando est irrationabilis fauore omnium attenta facti, & personarum qualitate illam extenderem.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium concessum laicis percipiendi Decimas, non comprehendunt noualia, etiam si in feudum sint datæ Decimæ.*
2 *Tex. in cap. 2. §. 1. de Decimis in 6. declaratur.*
3 *Decimarum concessio facta laico nõ comprehendit noualia etiam quòd verba essent habentia tractum in futurum, & dicerent super toto Territorio.*
4 *Barones grauant Vassallos, si de noualibus velint exigere Decimas.*
5 *Nouale quid sit?*
6 *Noualia quomodo probentur.*
7 *Quæ requirantur ad constituendum Territorium nouale?*
8 *Siluæ, prata, & nemora si rediganter ad Culturam, non mutatur eorum natura quò ad Decimas.*
9 *Domus si constituatur in agro quæ debet decimam, debetur decima quæ prius de agro soluebatur.*
10 *Mutatio qualitatis loci non alterat quantitatem Decimarum.*
11 *Exigens Decimas quò ad certos fructus, est in possessione quò ad omnes fructus.*
12 *Ius decimandi prouenit ex iure vniuersali.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Barones sub prætextu, quòd habent concessionem Decimarum in feudum, illas velint etiam exigere de Noualibus.

GRAVAMEN VII.

Aperta elicitur conclusio ex text. in *cap. Tua §. nec occasione de Decimis,*
1 Priuilegium concessum laicis, Decimas percipiendi minimè comprehendere noualia, etiam si in feudum sint datæ Decimæ, & ita pariter tutantur *Suarez de Religion. tom. 1. tract. 2. libr. 1. de Decim. cap. 22. num. 9. & cap. 23. numer. 4. Monet. in speciali tractat. de Decim. cap. 4. num. 66.* vbi ait ita intelligendum si-
2 milem Textum in *cap. 2. §. 1. de Decimis, in 6.* Addo *Aechill. de Grass. decis. 4. eod. tit. de Decim.* vbi refert iudicatum in Rota in vna Malacitan. Decimarum de Anno 1549. coram R. P. D. Puteo, deinde Eminentissimo Cardinali Decimarũ concessionem factam laico, etiam quòd
3 in ea essent verba habétia tantũ in futurum, & etiam quòd dicerent super toto Territorio minimè comprehendere Noualia.
4 Quæ opinio si attendatur subintrat Grauamen 41. vbi de Noualibus Barones vellent pariter exigere Decimas.
5 Est autem omninò obseruandum Nouale esse Agrum de nouo ad culturam reductum, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuerit, *cap. quid per nouale de verbor. significat. cap. fin. de priuileg. Abb. cons. 71. num. 20. libr. 2. Ruin. cons. 163. num. 16. libr. 5.*
6 Vnde *Innocent. in cap. veniens num. 1. de verbor. signific.* annuit ad effectum vt testes probent noualia requiri, vt deponant nullum, qui viuit vidisse, vel audiuisse, quando loca illa fuerunt culta, & numquam vidisse aliquos asserentes se vidisse illa loca coli, vel audiuisse à cæteris

Digitized by Google

ris suorum in infinitum, sequuntur *Ferret. cons. 195. num. 2. & Ruin. cit. consil. 163.*

7 Et in hac materia non sufficit ad cõstituendum nouale Territorium vsque tunc incultum fuisse, sed esse necessariũ pariter ex illo nihil fuisse solutum, nec similiter debitum nouum Redecimarũ,

8 & ideo si Siluæ, Prata, & Nemora redigantur ad culturam, non mutatur earum Terrarum natura, quoad Decimas, quæ semper illis persoluendæ sunt, cui ante culturam soluebantur, vt voluit *Rota in Conchen. Decimarum de Borella 21. Maij 1601. coram R.P.D. Ocłembergo, & in Mediolanen. Decimarum Lunæ 8. Februarij 1610. coram R.P. Lugdunen. vt in decis. posthum. Farinacc. 252. num. 3. tom. 1.* vbi etiam allegantur concordantes *Abb. in cap. quid per nouale num. 1. Rebuff. de Decim. quæst. 14. nu. 22. Paris cons. 73. num. 17. & 18. libr. 4. & Couarr. var. Resolut. lib. 1. cap. 17. num. 13.* Addo *Azor. Institut. moral. part. 1. libr. 7. cap. 24. quæst. 10. & Monet. de Decim.*

9 *cap. 4. num. 51.* vbi etiam, quòd si in agro constituatur domus, vel eius pensionis Decima soluenda est à domino, vel illa saltem, quæ à domino priùs de agro soluebatur.

Quare firmat *Anna Allegat. 94.* in causa Magnifici Francisci Antonij Maramonte Baronis Plahzani, obligatum ad Decimam pascuorum, atque Territorij nemorosi, si illa pascua reducantur ad culturam, teneri soluere de fructibus natis per culturam, ex *cap. commissum de Decim.* vbi *Abbas in 1. Notab.* ait,

10 mutationem qualitatis loci non alterare Decimarum præstationem; *Hostien. in summa de Decim. versic. Decimò quæro Solon de Pace in consil. 50. num. 8. cum sequ. volum. 1.* vbi etiam quòd si soluatur Decima Terræ aratoriæ, & demum plantantur arbores, & vineæ, debet solui Decima fructuum, & frumenti, vt per *Butr. in d. cap. commissum, Carocc. in tractat. de locat. & conduct. quæst. 28. num. 1. fol. mihi 235.* nouiter *Borrell. in summa decis. titul. de Decimis num. 102. tom. 1.*

Insuper est attendendum, Barones

11 exigentes Decimas quo ad certos fructus eò ipsò censeri esse in possessione

12 quoad omnes fructus, quia ius decimãdi prouenit ex iure vniuersali: ita Rota voluit in *Comen. Decimarum 11. Martij coram Eminentiss Cardinali Sacrato*, vt apud *Beltramin. in addit. ad Ludouis. decis. 557. num. 10.* Vbi pariter allegat *Ruin. cons. 142. num. 1. 2. & 7. libr. 5. & Serapbin. decis. 1047.* loquentes ad fauorem Parochorum, qui si præscripserint Decimas in aliena Parochia, si ibi insurgant Noualia ipsorum Decimas regulariter non habere statuitur in *cap. cum contingat de Decim. Vasq. in Opusc. de Benefic cap. 1. §. vnic.* cum alijs per *Bonacin. de præcept. Decalog. disput. vlt. quæst. 5. punct. 3. propos. 2. versic. obserua tamen.* Videndi sunt *Gare. de expens. cap. 9. à num. 38. Suarez de Relig. tom. 1. libr. 1. de Decim. cap. 21. num. 4. Balb. de præscript. 2. part. princip. à num. 9. Menoch. cons. 36. num. 34.* vbi firmat textum citatum loqui in præscribente Decimas iure communi sibi non debitas, quo casu stricta fit interpretatio *Gilchen. de præscript. cap. 6. à num. 180. part. 1.* latè *Guttierez Canonic. quæst. libr. 2. cap. 21. à num. 78. & à num. 112.* & vide nouissimè *Christin. decis. Cur. Belgic. 106. tom. 1.* & magis recenter *Reg. Rouit. in decis. 97.* Vbi Decima prædialis, an, & quando debeatur, etiam pro illis fructibus, pro quibus numquam fuit exacta, si pro alijs fuerit quotannis exacta.

SVMMARIVM.

1 *Barones non possunt exigere Decimam de vno eodemque Aceruo, & quid existente præscriptione, num. 10.*

2 *Decima de vno eodemque Aceruo solui non debet.*

3 *Vnica Decima ex præcepto Diuino solui debet.*

4 *Præceptum de soluenda Decima ex parte soluentis est affirmatiuum.*

5 *Solutio duplicis Decimæ est contra ius.*

6 *Locatio de prædio Decimatorio intelligitur facta salua Decima.*

7 *Glos. in cap. Tua nobis, versic. & Dominus*

Digitized by Google

minus de Decimis declaratur.

8 *Decima prædialis debet ſolui Eccleſiæ, vel prædiali, vel Sacramentali, prout viget conſuetudo, num. 9.*

11 *Redecima poteſt acquiri preſcriptione quadragenaria cum titulo, vel immemorabili.*

12 *Preſcriptio reſpicit priuatam vtilitatem, ſiue genus perſonarum.*

13 *Vniuerſitas in ſui preiudicium an poſſit inducere conſuetudinem etiã in fauorem perſonę particularis.*

14 *Solutio diuturna ab initio voluntaria arguit conſuetudinem, non preſcriptionem.*

15 *Ex diuturna preſtatione preſumitur voluntaria obligatio, quę tamen ceſſat, ſi in primis ſolutionibus adfuerit tumultus, vel Rebellio.*

16 *Immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo requiritur ad preſcribẽdum contra ius.*

17 *Si prætendatur pro Decima Vigeſima de aliquibus fructibus, & pro alijs trigeſimam deberi, interim non ſoluenda eſt Vigeſima.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando Barones exigunt Decimam duplicem de vna, eademque re, ſiue de eodem Aceruo.

GRAVAMEN VIII.

1 INſurgit Vaſſallorum Grauamen, quando vtiles Domini de vna & eadem re, ſiue de eodem Aceruo duplicẽ Decimã exigere intẽdunt cùm iura id nõ permittant, quia Redecima, ſeu duplex Decima eſt contra ius, *Abb. in cap. cum ſint, num 6. de Decimis. Innocent. in cap. cum non ſit, eodem tit. Sot. de iuſt. & iur. libr. 9. quæſt. 4. art. 2. Seraphin. deciſ. 148. nu. 9. Honcal. in Tractatu de Decimis, part. 2. propoſit. 6.*

2 Ita quòd de vna, eademque re, ſiue de eodem Aceruo duplicem Decimam ſolui non debere, docuit *Gloſ. in cap. paſtoralis, in verbo deducendas de Decimis*, & probarunt *Gigas in Tractatu de Penſionibus, quæſt. 58. num. 3. & ſeq. Azued. libr. 1. nouæ Recompilationis, tit. 5. l. 7* & voluit Rota pluries apud Illuſtriſſimum D. meum Coccinum, & præcisè in vna *Corduben. Redecimarum 19. Nouembris 1607.* quam ad vnguem imprimere libuit, & eſt vt ſequitur.

Poſt ſolutionem Decimarum factam ex communi aceruo Domini, & Coloni iuxta Tex. in cap. à nobis, verſ. ſicut Colonus de Decimis, prætendunt Eccleſiæ Parochiales Dominorum fundi, aliam Decimam ex portione dominica, redecimam nuncupatam; de qua dubitaui, an ſit præter, vel contra ius. Et Rota cenſuit eſſe con-

3 *tra ius. Ex præcepto enim vnica tãtum Decima eſt ſoluenda, Exod. cap. 22. in fin. & habetur in cap. 1. & in cap. cùm homines, ibi nouem partibus ſibi retentis, & in cap. paſtorales de Decimis cum alijs. Quod præcep-*

4 *tum licèt ſit affirmatiuum ex parte illius, qui ſoluere tenetur, continet tamen negatiuam ex parte, cui ſoluẽdum eſt, vt compellere non poſſit ad ſoluendum vltra Decimam, Bald. in l. final num. 73. in principio, & in fin. C. de hęred. inſtit. Rim. iun. conſil. 48 num. 25. volum. 1. Vnde ſequitur eſſe contra ius, quòd duplex Decima ſol-*

5 *uatur, prout etiam dixit Inn. in cap. cùm non ſit, num. 1. & ſeqq. de Decimis, Abb. in cap. cum ſint, num. 6. ant. fin. verſ. aliàs ſequeretur eodem tit. Et fuit reſolutum in cauſa Toletana redecimarum 19. Nouembris 1584. coram Sanctæ Mem. Clemente Octauo, & in eadem 21. Maij 1586. coram Illuſtriſſ. D. meo Cardinali Pamphilio, & in cauſa Valliſoletana Decimarum 21. Maij 1589. coram Orano, & in cauſa Corduben. Redecimarum 25. Octobris 1593. coram bon. mem. D. Gyptio. Et dicunt Doctores Hiſpa-*

Digitized by Google

Hispani Montalu. in l. 4. tit. 5. libr. 1. fori, super verbo todos, & alij, quos refert, & sequitur Alphons. Azeued. lib.
6 *1. tit. 5. l. 7. nou. recompilat. Et hęc conclusio procedit etiam, quòd prædium locetur, & Colonus soluat domino in pecunia, quia locatio censetur facta, salua decima. Inn. in d. cap. cum non sit, num. 2. vers. in domino autem fundi de decimis, Io. And. ibidem, num. 4. vers. vndè dicit ipse, Collect. num. 3. Anchar. num. 4. Host. num. 2. But. num. 6. Card. num. 2. vers. & ex hoc, & ijdem Doctor. in cap. tua nobis eodem tit. Card. num. 4. vers. 5. quęro, Host. num. 14. vers. hoc vltimum, Butr. num. 9 vers. credo, Anchar. nu. 10. vers. & pro tanto dico, Collect. num. 8. Abb. num. 14. vers. aut dominus locauit, Anan. num. 7. & Vital. in Clem. religiosi, num. 25. & seq. de decim.*

7 *Neque prædictis resistit glos. in d. c. tua nobis de decimis, in verbo sic, & dominus, quia non loquitur quando acceruus est communis, neque quando quota est soluenda, sed quando certa quantitas, non habito respectu ad fructus, quę licèt descendat ab aceruo decimato, tamen ipsa portio non est decimata. Et sic dictum glos. non officit, quando aceruus est communis; sed nec eius dictum est verum, quando aliquid soluitur Domino ratione locationis, non habito respectu ad fructus, vel quando certa pensio soluitur in pecunia, & glos. ipsa infra videtur agnoscere veritatem, dum dicit, quòd Colonus tanto minus potest soluere Ecclesiæ, sed æquiùs videtur, immò æquiùs & iustiùs dicit Hostiens. ibidem num. 12. & 13. Et ità hanc glos. intelligit ibidem Card in 2. qnæst. & dicunt ibid. Collect. num. 8. Anchar. an. num. 10. Anan. num. 7. Abb. num. 14. vers. aut dominus locauit, Host. in d. cap. cum sit, num. 2. Inn. & alij supra relati.*

Neque etiam resistit, quòd de iure non requiratur prohibitum, ne duplex Decima soluatur, quia cùm in genere duplex sit præceptum, affirmatiuum, & negatiuum, secundùm Sanctum Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 2. in corpore artic. certum est, non adesse præceptum negatiuum, adest tamen affirmatiuum de soluenda Decima, quod continet in se negatiuum, quòd vltra Decimam non potest exigi, quòd licèt non efficiat præceptum negatiuum, vt obliget semper, & ad semper, continet tamen negatiuum respectu Ecclesię, quę exigendo vltra Decimam, exigit contra ius, quod dat tantum Decimam.

8 *Neque facit, quòd hęc Redecima non soluitur eidem Ecclesię Prædiali, sed Ecclesię Sacramentali, & ideò nõ videtur posse dici contra ius, quia cũ huiusmodi Decima sit prædialis, Io. Andr. in d. cap. cum non sit num. 5. de Decimis, glos. in d. cap. tua nobis, in verbo sic, & Dominus, vers satis potest dici, eod. tit. Et cui Ecclesię sit soluendum, an Prædiali, vel Sacramentali, ius non determinat, sed in hoc differt consuetudini, vt in d. cap. cum sit, de Decimis, Achill. dec. 3. & 6. eodem tit. propterea, cum consuetudo introduxerit in illis partibus, quòd soluatur Ecclesię Prædiali, sequitur quòd sit contra ius, quòd Ecclesia Sacramentalis Decimam exigere velit.*

10. Cęterùm cessaret Grauamen, quando præscriptione immemorabili, vel quadragenaria, cum Titulo Barones hanc haberent facultatem.

11 Siquidem Redecima potest acquiri præscriptione immemorabili, vel quadragenaria cum Titulo, vt probauit *Rota in Conchen. Redecimarum 1. Februarij 1591. coram R. P. D. Giptio*; & tutatur nouissimè *Barbos. in tractat. de Offic. & Potestat. Parochi cap. 28. §. 1. circa finem.* & aliàs voluit *Rota in Corduben. Redecimarum Veneris 14. Martij 1608. corã Illustrissimo Coccino* per hæc verba.

Digitized by Google

Rota censuit in casu de quo agitur, nos versari in præscriptione, non in consuetudine, quia cùm post exactionem Decimarum, Episcopus, & Capitulum exigant aliam Decimam, Redecimam vocatam, hæc est præscriptio, non consuetudo, quia vtilitas etiam
12 *quòd ex publico trahatur, Episcopo, & Capitulo priuatim acquiritur, quæ est principalis repugnantia inter præscriptionem, & consuetudinem, quæ è conuerso, ex communi, & permissiuo vsu ius cõstituit, & acquirit omnibus ius regionis, aut populi ciuibus, quibus ius illud est proportionabile, vndecũq; ius ipsum extrahatur, siue ex publico, siuè ex priuato Doct. in cap. final. de consuet. vbi Abb. num. 20. Card. num. 16. quæst. 8. Butr. num. 39. Oldrad. Cons. 244. num. 7. Gem. Cons. 123. nu. 2. Couar. in regula possessor part. 2. §. 3. num. 2. Corn. Cons. 268. num. 16. lib. 4. latè Roland. Cons. 5. qui alios allegat num. 76. vol. 1. Et hanc distinctionem sequuta fuit Rota in causa Caietana præcedentis, 1. Martij 1563. coram Oriolen. & in causa Toletana redecimarum 21. Maij 1586. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & in causa Hispalen. voti 26. Nouembris 1594. coram bon. Mem. Giptio & in eadem 26. Aprilis 1599. & 6. Nouembris 1600. & 17. Decemb. 1604. corã R. P. D. meo Decano.*

Neque facit, quòd in casu isto Epi-
13 *scopus, & Capitulum exigant redecimam nomine totius C.., istud factum non probatur, & quatenus probetur, non reuelaret, quia non inde induceretur vniuersalis vsus, ità vt specialiter non prodessent vni, & semper ageretur de auferendo vni, & acquirendo alteri. Vnde ex prædictis remanet præscriptio, etiam quòd acquiratur ad fauorem certi generis personarum, Purpur. Cons. 115. num. 18. Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina, per illum text. num. 45. vers. ego fateor de caus. poss. & propr.*

Non obstat quòd cùm Communitas potuisset statuere, vt huiusmodi Redecima deberetur Ecclesiæ, hæc est consuetudo, etiam quòd acquireretur personæ particulari, Butr. in d. cap. fin. num. 49. ante med. vers. aduertendum quòd quandoque, & num. 39. vers. sed vbi hoc ius de consuet. Aret. cons. 23. num. 11. vers. restat igitur, quia dicebant Domini, quidquid sit de hac conclusione, quam pulchram, sed non benè probatam dicit Rocc. de Curt. de consuet. num. 426. secundùm magnã impressionem hoc procederet. Et ma-
14 *ximè in nostris terminis, quando solutio Redecimæ ab initio fuisset voluntaria, vt in simili habetur in cap. ad Apostolicam de simon. Abb. in cap. tuam, num. 4. eod. tit. Cassad. decis. vnica, de cõsuet. Castr. cons. 364. n. 2. & seqq. lib. 1. Osasc. decis. 99. num. 5.*

15 *Neque facit quòd cum non constet de initio ex diuturna præstatione præsumitur Populum voluntariè se obligasse, vt per Doct. in d. cap. ad Apostolicam de simon. vbi Host. num. 2. vers. & ex eo Ioan. Andreas num. 5. eodem vers. Cassad. d. decis. vnica, nu. 6. Nam hæc præsumptio cessat in casu isto, quia ex sententia Regis Ioannis constat, quòd occasione solutionis huius Redecimæ, populus Ciuitatis se subleuauerat, & tumultum, & rebellionem mouerat. Vnde cessat præsumptio voluntariæ obligationis, l. in rebus C. de iur. dot. cum vulg.*

16 *Et ita concluditur, cum versemur in præscriptione non sufficere quadragenariam absque titulo, sed cum huiusmodi Redecima sit contra ius, iuxta resolutiones factas, requiri vel quadragenariam cum titulo, vel immemorabilem, iuxta text. in cap. 1. de præscript. in 6.*

17 Obseruabis autem hac occasione, quòd dicens prò Decima Vigesimam deberi pro quibusdam fructibus. Et pro alijs Trigesimam, pendente lite condemnari nequit, vt omnium fructuum Vigesimam præstet, *Faber decis.*

Digitized by Google

decis. 24. in fin. C. de Sacrosanct. Eccles. Borrell. in summa decis. tit. de Decim. nu. 86. tom. 1.

SVMMARIVM.

1 *Decima si sit solita solui in pecunia, & non in sua specie, Vassalli illam in pecunia soluere tenentur, & si contrarium practicare vellent Domini grauarent.*

2 *Consuetudo quòd Decima olerum soluatur in pecunia est seruanda.*

3 *Consuetudo ne Domini gregũ soluãt Decimã de lana tonsa in sua specie, sed in pecunia, est obseruanda.*

4 *Decima non debet solui in pecunia, vbi consuetudo hoc non approbauit, & sic relaxauit prouisiones Author vti Regius Auditor, num. 5.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando existente consuetudine non soluendi Decimam in sua specie, sed in pecunia, Barones illam in specie exigere prætendant, & è contra, si non existente consuetudine soluendi in pecunia, illam in pecunia vellent, & non in sua specie.

GRAVAMEN IX.

1 SI legitima, & iuridica vigeat consuetudo, vt Vassalli eorum Baronibus soluere soliti sint Decimam in pecunia, & non in specie in tali possessione essent manutenendi, & vtique grauarentur, quando vtiles Domini in sua specie illam exigere vellent, prout ita determinasse Regiam Audientiam Apuleæ, me ibidem assidente Auditore in Anno 1632. reminiscor penès Villanum Actuarium.

2 Seruandam namque esse consuetudinem, quòd Decimæ olerum soluantur in pecunia, & non in speciebus, determinauit *Rota in Pampilonen. Vicaria 5. Iulij de Anno 1593. coram R. P. D. Gypsio*, & recenter probat *Barbosa in suo tractat. de Offic. & Potestat. Parochi cap. 28. §. 1. num. 5. in fin.*

Redditur vera, & satis probata hæc opinio ex fusissimè scriptis quàm nouissimè per *Regent. Valenzuel. consil. 114. tom. 2.* vbi tutatur esse validam consuetudinem nè pastores, & Domini gregum 3 soluant Decimam lanæ ab illis detonsæ in sua specie, sed in pecunia ex venditione illius peruenta, apud quem cum latiori calamo perplura sint conglomerata, quæ pro corroboratione huius Grauaminis summopere iuuarent illius remissione contentus circa hoc meum calamum requiescere facio, vide ibi in facti contingentia, quia non pigebit.

4 Et è contra, si talis consuetudo soluendi in pecunia non esset, nec possent Vassalli cogi ad dandam Decimam in pecunia, sed sufficeret illam in specie præstare, quòd si contrarium attentare vellent vtiles Domini, Grauamen vtique inducerent.

Hinc cum in Regionibus Comitatus 5 Molitij quidam Baro hoc vellet innouare, & pro parte Vassallorum fuisset habitus recursus ad Regium Tribunal Audientiæ: Ego vti vnus ex Auditoribus relaxaui prouisiones, vt obseruaretur solitum, & nihil innouaretur pænès Clarellam Actuarium, quibus iam per Baronem fuit obtemperatum.

Conducunt pro corroboratione, quæ pleniori manu adduximus in *Grauamine 305. tom. 1.* quo in loco inspici poterit.

SVMMARIVM.

1 *Potestas decimandi concessa Baronibus versatur in Territorijs feudalibus.*

2 *Baro non potest exigere Decimam de fatis in Territorijs priuatorum, & ita prouisum in facti contingentia reportatur, nu. 3. & 4. & quid si id habeat ex præscriptione, num. 5.*

Et quid agendum, vbi Barones in hac possessione reperiantur, vide num. 6.

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si cogantur soluere Decimam de Satis in Territorijs priuatorum.

GRAVAMEN X.

1 POtestas decimandi, quæ Baronibus inest versatur regula riter in Territorijs Feudalibus, itaquòd quando in illis Vassalli seminant possint ab illis decimam exigere, vt in praxi videmus obseruare,

2 Quòd si in priuatorum Territorijs semen mictatur non erit licitum Baronibus de illis decimam exigere, & aliter faciendo grauarent.

3 Patet enim, quod in lite vertente inter Illustrissimum Marchionem Sancti Erami, & Vniuersitatem dictę Terræ per Regium Consiliarium Cęsarem Vitellium die 26. Mensis Maij 1584. reperitur prouisum præfatum Marchionem debere abstinere a Territorijs priuatorum exigere Decimam, sed illam posse habere in Territorijs Baronalibus & Redditicijs feudo, aut concessis a Curia Baronali, vt cernitur in processu in Banca de Mondellis.

4 Indè cum tempore meo in Regia Audientia Apuleę similis accidisset casus, considerans Grauamen esse Vassallis talem exactionem prætensam fieri a quodam Barone, fuerunt per vnum ex Collegis relaxatę prouisiones, vt abstinere deberet dictus Baro, & quòd Vassalli non teneantur ad solutionem decimę, nisi de satis in Territorijs feudalibus pęnes Mancinum Actuarium; & ego iterum dum renitens esset Baro ille ad instantiam subditorum expediui literas obseruatoriales, quæ fuerunt deinde confirmatę per Sacrum Regium Consilium in Anno 1632. & alias vidi expeditas similes prouisiones per Regium Consiliarium D. Franciscum de Campo bonę memorię:

5 Cęterùm si ex legitima præscriptione, vel ex priuilegio inesse huiusmodi facultas Baronibus vtique Grauamen excluderetur ex dictis supra in prælud. 1.

6 At si vtiles domini in possessione exigẽdi talem Decimam reperirentur absque legitima præscriptione, & sine priuilegio, quid tunc sit agendum poterit regulare iuxta latius dicta supra in prælud. 1.

SVMMARIVM.

1 *Decima soluitur de Hortis.*

2 *Decima qualiter sit soluenda, si ex Hortis olitorijs Caules, & Indiuiæ, & similia olera crescant vescendi gratia, & illa in parua quãtitate colligantur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si ex Hortis olitorijs, in quibus Herbæ, vt Caules, Indiuiæ, & similia Olera, & Legumina crescunt, vescendi gratia, & illa in parua quantitate colligantur, integram Decimam soluere cogantur,

GRAVAMEN XI.

1 DE Hortis soluendam esse Decimam apertis verbis significauit Summus Pontifex in *cap. Non est ibi*, Hortis, *sub tit. de Decim.* Et tradunt *Rebuff. in tract. particulari de Decim. quæst. 8. num. 7. & 8.* & *Diaz in Regul. Decimarum versic. Decimo fui interrogatus num. 1.*

Verum *Monet. in tractat. suo de Decim. cap 4. num. 11.* annuit, quòd si Horti sunt olitorij, in quibus herbæ, vt Caules, Lactuchæ, Indiuiæ, & alia Olera crescunt vescendi gratia, tunc ex illis ad vsum Rectoris, siue Parochi, cui solet præstari Decima computatis diebus Decima dari potest, refert & sequitur nouiter *Barbos. in tractat. de Offic. &*

Po-

Digitized by Google

Potestat. Parochi cap. 28. §. 1. num. 5. Et ambo affirmantes etiam quòd si legumina colligantur in parua quantitate, ita vt solum sufficiant ad quotidianum vsum, tunc ad vsum Rectoris ex illis Decima ita dari posset, vt hodie ex meo horto Curatus sumat, quantum sibi opus est illo die, sin autem in magna quantitate, ita vt alijs vendantur tunc de his integrè Decima soluètur.

Quare pro Coronide nostri instituti dicendum est Barones iuxta supradicta se debere regulari, ne grauent, nam si habeant facultatem percipiendi Decimam ex huiusmodi Hortis colitorijs, in quibus herbæ, vt Caules, & Indiuiæ, & alia Olera, & Legumina crescunt vescendi gratia, & illa in parua quantitate colligantur, integram Decimam exigere non valerent, sed de illis ad propriũ vsum computatis diebus Decimam habere poterint; quòd si contrarium attentent, Vassallorum subintrabit Grauamen.

SVMMARIVM.

1 *D. Thomas laudatur.*
2 *Decimæ ante omnia solui debent, ac prius quàm soluantur tributa, & operariorum opera.*
3 *Barones in Decimis prædialibus habent Iuris assistentiam.*
4 *Decimas percipiunt Barones nullis deductis expensis erogatis in colligendis fructibus.*
5 *Barones percipiunt Decimas non deducto semine, sed integras, nulla habita ratione expensarum.*
6 *Decimæ prædiales debentur antequàm pensio Colono partiario debeatur.*
6 *Decimas soluit Colonus ante quàm domino fundi pensio soluatur.*
8 *Dceimę ex aceruo solui debent nihilo priùs deducto.*
9 *Decima venationum & piscationis habentur pro mixtis, & debentur nullis deductis expensis.*
10 *Decimę debentnr prius quàm soluãtur tributa census.*
11 *Decimę personales prouenientes ex artificio & negotiatione soluendę non sunt, nisi deductis expensis.*
12 *Expensę factæ ex voluptate quando deducantur ex Decima.*
13 *Expensę quare deducantur ex Decimis personalibus, & non realibus.*
14 *Baro grauat si exigat Decimas personales non deductis expensis, etiã si Episcopo Decima soluatur, sed vt Baroni, num. 15. vbi decisum.*
16 *Barones grauant si exigant Decimas non deductis expensis in rebus non germinantibus.*
17 *Decisio Card. Putei 100. libr. 1. refertur.*
18 *Decimę quando debeantur in fructibus pro vt colliguntur, & quando non.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si de industrialibus operibus, nullis deductis expensis Decimam soluere cogantur.

GRAVAMEN XII.

1 FIrmauit Angelicus Doctor Dominicanæ Religionis splendor, & huius Ciuitatis Neapolis ornamentum *Thomas Sanctus in 2. 2. quæst. 33. art 2.*
2 *ad 4.* ante omnia esse soluendas Decimas, priùs quàm soluantur tributa, & operariorum opera.
3 Hinc oritur in Decimis prædialibus habere Barones iuris assistentiam, & vt
4 illas percipere possint nullis deductis expensis erogatis in fructibus colligendis *cap. non est,* vbi *Abb. & Reliqui de Decimis Archidiac. in cap. Reuertimini 16. quæst. 1. cap. tua, & cap. cum homines de Decim. S. Antonin in 2. part. summæ tit. 4. cap. 3. de Decim. sub §. 3. Capic. decis. 20. Ranchin. conclus. 301. part. 3. Garcia de expens. cap. 1. num. 37. Barbos. in l. fructus num. 36. ff. solut. Matrimon. Campanil. in diuers. Iur. Canonic. Rubric. 12. ea. 13. sub num. 159.*
5 Illasque neque deducto semine, sed inte-

Digitized by Google

integras soluendas esse, nulla expesarũ ratione habita, elicitur ex *cap. pastoralis de Decim.* & post antiquos probarunt *Cassan. in consuet. Burgund. Rubric. 3. §. 1. in verbo faire les fueils siens, num. 3. Afflict. in constit. Regni Quanto cæteris sub num. 18. & 19.* vbi pariter *Foller. Bellencin. in tract. de Charitat. subsidio quæst. 69. Franc. Mare, decis. 198. volum. 1. Niger in cap. Regni Volumus sub nu. 3. Papon. libr. 1. Arrestor. Franc. tit. 12. Arresto 12. Suarez de Relig. lib. 1. cap. 33. & 35.* Videndus latè *Barbos. de Offic. & Potestat. Parochi cap. 28. §. 1. à num. 34. cum seq.* vbi plura.

6 Nec dum Decimæ huiusmodi prædiales in supradictis casibus absque expensarum detractione soluendæ veniũt, verùm etiam antequam pensio Colono partiario debeatur, *Glos. in c. quæst. 16. quæst. 1.* vel Domino quoque, *cap.*

7 *Tua il 2. de Decim.* Et sic Decima soluẽda est à Colono antequam Domino fundi pẽsio soluatur, Ita quòd siuè proprium, siue alienum prædium colat De-

8 cimas, tenetur ex Aceruo soluere nihil prius deducto, *Sot. in tractat. de Iust. & Iur. quæst. 4. art. 2. ad 4. Argum. lib. 9. Viuius decis. nuper adducta nu. 18.* vbi

9 *sub nu. 1.* respectu Decimæ piscationis, sic pariter concludit, illas nempè deberi expensis minimè deductis ex *Capyc. allegat. dec. 20. n. 5.* Addo concordantes *Foller. in d. Constit. Regni quantò cæteris nu. 34. Maxill. in consuetis Bari Rubric. de Immunit. Eccles. §. à Decimis num. 29. Gam. decis. Lusitan. 150. & 232. Marescott. var. resolut. libr. 2. cap. 108. num. 15. & seq. Monet. de Decim. cap. 6. quæst. 4. num. 29.* vbi sic pariter de Venationum Decimis concludit illas habendo pro Decimis mixtis.

10 Quare illas integrè, & absque diminutione soluendas esse prius quàm deducantur tributa census, vel similia, fundarunt *Couarruu. libr. 1. variar. resolut. cap. 17. num. 13. Lessius de Iustit. & Iur. cap. 39. dub. 3. num. 16. libr. 2. Caldas Pereira de emption. cap. 9. num. 7. Genuen. in practicabil. Eccles. quæst. 197. num. 2.*

11 DEcimæ autem personales prouenientes ex Artificio, & negotiatione soluendę non sunt; nisi deductis expensis *cap. pastoralis*, vbi *Glos. & DD. de Decim. Glos. in cap. cum homines in verbo decimatis de Decim. Bal. in sua Margarita in verbo Decimæ, Armilla in summa in verbo Decima, Afflict. decis. 252 Molfes. in summa Theolog. Moral. tract. 6. cap. 4. num. 51. tom. 1. Borrell. in summa decis. tit. de Decimis num. 12. tom. 1.* ad id adducit, & sequitur *Viuium in d. decis. 4. num. 21. cum sequent.* qui pariter voluit negotiatorem soluere de lucro decimam deductis expensis, quas ipse facit de pecunia decimata, & quòd nè dum deducendę sunt expensæ de Decimis personalibus vtiliter erogatis, verùm

12 etiam factę ex voluptate, dũmodo hoc in fraudem non appareat allegat *Glos. 1o: Andr. Innocent. Hostiens. & Cardin. in cap. pastoralis de Decim. & Rebuff. in tract. de Decim. quæst. 11. num. 4.* & ego addo *Monet. in tract. de Decim. cap. 6. quæst. 4. num. 33.* vbi post alios reddit

13 rationes differentię cur de personalibus deducantur expensæ, & non de prędialibus; nam in negotiationibus, & similibus, de quibus personalis Decima soluitur, præcipuè operatur manus hominum, in prædialibus præcipuè manus Dei; Item quia bis eadem res decimaretur.

14 Hinc ad nostrum propositum licet inferre Barones grauare, quando à Vassallis vellent exigere Decimas personales non deductis expensis, prout sic fuit pluries decisum in Sacro Regio Consilio, & in Regia Camera Summariæ, etiam quando Decima prædicta debe-

15 tur Episcopo tamquam Baroni, vt pluries iudicatum fuit in eisdem Tribunalibus inter Episcopum Motulæ cum vtili Domino eiusdem Ciuitatis, refert *Molfesius in Indic. suæ summæ Thilogiæ moralis in verbo expensæ tom. 1.* vbi reddit rationem, quia non adest ratio diuersitatis inter decimam debitam Ecclesię, & debitam Baroni, vt post *Paridem de Puteo in suo tract. de Rintegrat. feudorum fol. 22. col. 1.* aduertit *Anna alleg. 94. num. 11. in fin.*

16 Posset & pariter Grauamen subintrare, quando Barones exigere vellent Decimam non deductis expensis in Rebus non germinantibus, cum in tali casu esse expensas deducendas nouissimè declaret *Borrell. in summa decis. d. tit. de Decimis num. 11. tom. 1.* vbi ponit exẽplum

Digitized by Google

plum in expensis, quæ fiunt in confectione zaccari, & ego addo sic tenentē *Staibanum cons.4. num.15.* & tu vide *decis. Rota apud Puteum decis.100.lib.1.* à qua vt melius Lector percipiat veritatem, volui illam ad vnguem inserere, & est vt infra.

17 *Fuit dubitatum in vna Canarien. Decimarum coram Dòmino Verallo 24. Martij 1541. inter incolas ex vna & Capitulum Canarien. præsuppositò quòd in factione zaccari manus hominis præcipuè operetur, an ante solutionem Decimæ debeant detrahi expensæ pro parte incolarum dicebatur quod sic, quia aut volumus ius commune tantùm, & tunc verum est, quòd expensę, quę fiunt in separando fructus à fructu, postquàm sunt collecti de iure debent deduci. Hinc est quòd Decimę debent solui prout fructus colligitur in grano in spica, in vino in vua, in oleo in oliua, vt per Hostien. in capitulo Pastoralis colum.8. vers. prędialis. & per Bal. in cap. pernit de Decimis, & procedit in fructibus, qui non germinant, cùm expensę quę fiunt in colligendo fructus, non deducantur iuxta text. & Abbat. in cap. pastoralis, in 1. not. de Decimis; Aut nos volumus considerare consuetudinem, & tunc in terris in quibus fiebat zaccarum, vtputa in Regno Valentię solutio fiebat deductis expensis, vt est probatum; Aut volebamus considerare consuetudinem in alijs rebus in locis vicinis, & erat probatum, quòd Decimę non poterant solui in cannis, cùm talis solutio fuisset inutilis, cùm de facili reperirentur nec liquore, sed tantùm in zaccarò omnes illę expensę quę fiebant vsque ad zaccarum, dicebantur expensę factę in colligendo fructus, ergo de iure non debent deduci.*

SVMMARIVM.

1 *Paupertas an excuset à solutione Decimarum, an verò sit remittenda in partem, num.4. & 5.*
2 *Decima Papalis an debeatur à paupere.*
3 *Decima tutori non debetur à paupere.*
5 *Charitatiuum subsidium nullum aut paruum debetur à Clericis pauperibus.*
6 *Barones à Vassallis pauperibus Decimas si exigant grauat.*
7 *Baro pauper an exigat Decimas à Vassallis pauperibus.*
8 *Adiutorium an debeatur Baroni à Vassallis pauperibus, sed vide nu. 11. 12. & 13.*
9 *Paupertas excusat à solutione tributorum, taleatum, & collectarum Regibus debitarum.*
10 *Paupertas quæ requiratur, vt excusetur quis à solutione tributorum, & alijs oneribus.*
12 *Thorus in verbo Adiutorium tomo 2 declaratur.*
13 *Paupertas non sufficit allegari, sed debet probari, vt excuset.*
14 *Paupertas probata in vniuersali nō excusat singulos à solutione adiutorij.*
15 *Functiones fiscales in Regno non exiguntur à pauperibus.*
16 *Functiones fiscales soluuntur pro numero focolariorum in Regno.*
17 *Adiutoria in Regno exiguntur pro numero focolariorum.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones exigunt Decimas, & Adiutoria à Pauperibus.

GRAVAMEN XIII.

POrrigunt iustum Grauamen Vassalli, quando Barones volunt exigere ab eis

eis Decimas non obstante, quòd ipsi essent valdè inopes, & vltra sibi, familiæque necessaria non percipiant.

1 Paupertas enim excusat in hoc casu à solutione Decimarum, vt post Antiquorum scholam tradiderunt *Franc. Marc. decis. 198. num. 6. tom. 2. Palat. in Repetit. Rubric. de donation. inter vir. & vxor. §. 65. num. 46. Bellencin. in tract. de charitatiu. subsid. quæst. 77. num. 2. Perez in l. 2. tit. 5. lib. 1. ordinam. glos. vnic. versic. præterea dubitatur*, vbi id æquitati, & veritati consonum, *Ceual. commun. contra comm. quæst. 729. nu. 22 Rutilius Benzon de fuga quæst. 2. libr. 2.* Latè vt alios omittam D. Præsul *Riccius in Prax. fori Eccles. resol. 115. tom. 2.* vbi variis fundamentis hanc probat sententiam.

2 Et à Decima Papali persoluenda paupertatem excusare eum, qui præter cõgruum decentemque sui ipsius, & familiæ victum non habent, affirmarunt. *Boer. decis. 135. num. 5. Batz. de Decim. Tutor. cap. 10. nu. 10 Bellencin.* qui alios secum vehit *in tract. de charitatiuo subsidio 4. quæst. 77. nu. 1. Guttierez de Tutel. cap. 12. num. 6. part. 3.* nouissimè *Aluarez in tractat. de priuileg. paupertat. quæst. 28. num. 69. part. 1.* vbi *num. 72.*

3 nec pauperum Tutoribus Decimam alias proi labore debitam esse soluendam concludit.

4 Quamuis *Cornel. Beninceas. in tract. de paupert. special. 6. in Iudic. num. 29.* in huiusmodi casu existimet, misericorditer esse agendum cum paupere, tantùmque ei relinquere, quo viuere possit, & per hoc Decimarum solutionem in partem vel in totum remittere ex *D. Thom. 2. 2. quæst. 87. artic. 4. in fin.* & Ego addo textum *in cap. final. 16. quæst. 1.* & eandem probant opinionem *Genuen. in practicabil. Eccles. quæst. 200.* & modernè *Bucaron. in different. inter Iudic. Ciuil. & Criminal. different. 100. num. 12.* cui videtur assentire *Carocc. decis. 52. n. 6.*

5 Redditur vera prima opinio; Nam charitatiuum subsidium à Clericis pauperibus, nullum, aut paruum pro sua, suorumque substentatione beneficium habentibus exigi debet, ad textum in *cap. licèt, & cap. Apostolus in fin. de censibus, cap. 1. de Magistr. ca. placuit, 1. quæst. 2. Mandos. de Monitor. quæst. 37. num. 6. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 216. n. 13. libr. 2. Bellencin. in d. tract. de charitatiuo subsid. quæst. 30. Boer. decis. 135. num. 3. Cardinal. Tusc. conclus. 85. à nu. 2. lit. D. Gaonnis de charitatiuo subsid. quæst. 37.* vbi tamen quòd si vltra suum suorumque victum Clericus ex beneficio percipiat, licèt ad integrum subsidij onus non ascendat pro excessu illo tenebitur, refert & sequitur *Aluarez in d. tract. de priuileg. pauper. quæst. 38. num. 33. & 34. part. 1.* vbi *num. 35.* idem in subsidio, quod hodie in Hispaniarum Regnis præstant Clerici concludit fitmans ad illud pauperes Clericos, quorum beneficiorum redditus necessarij sunt pro sua suorumque substentatione minimè teneantur.

6 Quare nè longior euadam omittendo multa similia, quæ hic adaptari possent firmanda est ex supradictis conclusio, Barones non posse à Vassallis pauperibus exigere Decimas, quando vltra sibi, familiæque necessaria non percipiunt.

7 Vel saltem dimidiam partem remittere, & alteram exigere debent. quando Barones non essent diuites, quia tunc est habenda pariter ratio eorum egestatibus, idque erit æquum pro ambobus, cùm in rigore in tali casu, possent prætendere contrarium Barones, ex Reg. *Text. in l. non quemadmodum in fin. ff. deliber. Agnoscend.* & ex adductis per *Surd. in tract. de aliment. tit. 7. quæst. 8.* & nouiter per *Gratian. forens. discept. tom. 3. cap. 592.*

8 Et respectu Adiutorij in casibus in *Constit. Regni, Quàm plurimum*, contentis idem ex relatis successiuè venit firmandum, nè illud debeat exigi à Vassallis pauperibus, cum à Tributis, talijs & collectis Regibus, alijsue Dominis

9 temporalibus debitis excusare paupertatem pateat ex *l. 4. §. Inopes ff. de Muner. & honor. cap. licèt extrà de Censibus*, & tradunt *Glos. in l. omnes la 1. in verbo compelletur C. de Annon. & Tribut. libr. 10. Bal. in l. etiam num. 17. C. de exequut. Rei iudic. Franc. Marc. decis. 490. libr. 1. Marsil. singul. 619. Gerard. de Petra Sancta singul. 73. Auendan. de exequend. Mãdat. Reg. cap. 14. num. 33. part. Auiles in in cap. prætor. 34. in verbo pobres num. 4. Card. Tusc. conclus. 447. num. 16. liter. C. Raudens. de Analog. libr. 1. cap. 40. num. 1023. & sequent.* vbi eum, qui intolerabili

pauper-

paupertate premitur, ideſt, qui operibus tantùm ſuis viuit ab omni onere, & contributione excuſari ex caterua Doctorum tutatur.

11 Et quàmuis recentiſſimè *Thor. in Compend. deciſ. Regni in verbo Adiutoriũ tom. 2.* referat, quòd in cauſa Ioannis Cicalæ cum Vniuerſitate Sternetæ ſuper petitione Adiutoriorũ, non obſtante oppoſitione paupertatis Vaſſallorũ, ac Baronis opulentia, fuerint illi condemnati ad ſoluẽdum, data autem quadam dilatione, referente Conſiliario Fabio Riccardo apud Actuarium de Ferrarijs.

12 Ego tamen vellem videre proceſſum, quia forſitan fuit allegata paupertas,
13 nec probata, prout requiritur iuxta tradita per *Maſcard. de probat. concluſ. 526. Viſcont. in concluſ. Iur. in verbo pauper, Gaualer. deciſ. Rot. 514.* & apud nos in *prax. electi. fori queſt. 34. à num. 15. cũ ſequ. ſect. 2.* in vltima impreſſione Neapolitana.

14 Vel quia pro parte Vniuerſitatis paupertas fuerat allegata in vniuerſali, & ſub hoc prætextu fortè volebant ſe eximere omnes Ciues à tali ſolutione, quod durum fuit viſum Sacro Conſilio, nam in Vniuerſitate non poſſunt eſſe omnes Ciues ita pauperes, & mendici, vt quinque Carolenos ſoluere ſinguli non valeant pro tali effectu, & proinde non fuit habita ratio de tali oppoſitione, at ſecus ſi pro parte aliquorum particularium fuiſſet oppoſita paupertas.

Vel tandem, quia de paupertate Vaſſallorum per transẽtam fuit dictum, nec ſpecialiter, & formiter allegata.

15 Vnde pro corroboratione anteſignanæ opinionis in fauorem pauperum ſatis iuuat, nam à functionibus fiſcalibus illi in Regno ſunt exempti, cum non exigantur ab ipſis, & quamuis fiat numeratio focolariorum ipſorum, ſit deinde alleuiatio in damnum fiſci, vt teſtatur de hac praxi *Regens de Ponte in tract. de poteſtat. Proreg. tit. de Regalibus impoſitionibus tit. 4 § 1. num. 6.*

Igitur ſi Catholica Maieſtas illos
16 exemptos facit pro his functionibus fiſcalibus, quæ ſoluuntur pro numero focolariorum, vt idem *Regens loco indicato* facit fidem. Ita & ſimiliter, cùm
17 pro numero focolariorum exigatur huiuſmodi Adiutorium à Baronibus, debent & pauperum focolaria eſſe à tali ſolutione exempta, prout ſic videtur innuere *Frece. in tract. de ſubfeud. libr. 2. Author. 2. ſub num. 30.* ibi (*Vel ſi in Vniuerſitate eſſent aliqui pauperes, qui non poſſent ſoluere.*)

Et proinde non obeſt allegata Deciſio forſitan ex ſupra conſideratis facta, quando enim Relatores Deciſionum non interfuerunt votis non poſſunt eſſe integri teſtes, nam ſæpè ſepiùs Decreta proferuntur ex varijs figuris cauſarum, & ex motiuis à partibus, nec ab Aduocatis ſomniatis (loquor vti expertus) nam non vna vice mihi accidit in Regio Tribunali collegiato, in quo iudicaui.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ, nec de optimo, nec de peiori ſoluendæ ſunt.*

2 *Regula ſeruanda in ſolutione Decimę animalium.*

3 *Barones grauant Vaſſallos ſi exigãt Decimas de melioribus relictis peioribus rebus.*

4 *Ius tapetorum reſpectu Decimæ olei quomodo ſit exigendum?*

5 *Aequalis boni & mali debet eſſe partitio.*

6 *Comodum cum incomodo eſt compenſandum.*

7 *Lucrum vti diuiditur inter ſocios, ita damnum diuidi debet.*

8 *Vſusfructuarius tenetur ad tributa, onera realia, & alia quę ratione fructuum præſtantur.*

9 *Emphiteuta tenetur pro rata ad tributa, & onera realia.*

10 *Hęres grauatus per fideicommiſſũ tenetur pro rata ad onera realia donec poſſeſſio eſt penès eum.*

11 *Onus reale recognoſcitur pro rata patrimonij & comodi.*

12 *Hàbens poteſtatem eligendi, non debet eligere meliora, ſed mediocria*

Digitized by Google

cria debet accipere arbitrio boni viri.

13 *Mulier recuperans dotem in bonis ſtabilibus, non poteſt eligere de melioribus.*

14 *Filius pro ſua legitima non poteſt eligere bona meliora, ſed mediocria.*

15 *Baro non cogitur recipere Decimam de fructibus peioris conditionis.*

16 *Aequalitas quid ſit?*

17 *Aequalitas pacis, & tranquillitatis cultrix.*

18 *Inæqualitas ſeditionis ſeminarium.*

19 *Aequalitas in omnibus eſt ſeruanda, & inter omnes.*

20 *In dubio præſumitur æqualitatem fuiſſe ſeruatam inter filios, patres, fratres, & ſorores.*

21 *Aequalitas inter contrahẽtes eſt ſeruanda.*

22 *Interpretatio eſt capienda vt contrahentes non iudicentur ad imparia.*

23 *Aequalitas inter ſocios ſeruanda eſt, & in dubio præſumendum eſt fuiſſe ſeruatam.*

24 *Malus ciuis eſt cui ſatis non id quod alijs ſat eſt.*

25 *Aequalitas ſi ſeruetur, murmuris occaſio excluditur.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando Barones pro Decimis quas debent habere à Victualibus, Fructibus, & Animalibus, illa melioris conditionis pro ipſis ſeligant.

GRAVAMEN XIV.

1 FIdeliter ſunt accipiendæ, & pariter præſtandæ Decimæ, hoc eſt, vt nec optimum, nec peius accipiatur, reſpectu recipere debentis, & tradatur reſpectu conſignare debentis, ad textum in *cap. quicunque il* 1. *16. quæſt. 1.* cum adductis per *Monetam in ſuo tract. de Decim. cap. 6. quæſt. 4. num. 26.* vbi in ma-

2 teria ſolutionis Decimæ Animalium dicit poſſe ſeruari Regulam, vt de Vitulis, vel Agnis prout ſub virga paſtorali tranſeunt decima ſoluatur ex *Diaz in Reg. Decimarum quæſt. 14. num. 17. & Rebuff. in tract. de Decim. quæſt. 6, num. 29. & quæſt. 19.*

3 Vnde ſi occaſione Decimarum ſibi debitarum Barones vellent accipere meliora victualia, Animalia, & ſimilia, & peioris conditionis reliqua relaxare pro Vaſſallis, vtiq. grauare dicentur.

4 Ad inſtar grauant, quando pro iure Tapetorum, in quibus triturantur oliuæ pro conficiendo oleo vigore Decimæ ſibi debitæ accipiunt oleum melioris conditionis, quod ſtat ſuperius in tinello. & aſtans ſubtus Vaſſallis Dominis oliuarum conſignant, itaut quamuis decimam partem videantur recipere pro tali iure; Tamen in rei veritate habita ratione ad qualitatem olei, quod ipſi accipiunt, videntur quaſi habere medietatem, vt practici in hoc miniſterio mihi fidem fecerunt, & proinde inridicè grauata eſt Vniuerſitas Vitulani In Anno 1581. contra Baronem ſuum id agentem, & petijt licere ipſi Vniuerſitati, aut oliuarum Domino deputare Tertium, qui deberet diuidere impenſis dictæ Vniuerſitatis, vel Domini olei, ad finem, vt cuilibet diſtribuatur debitum abſque fraude.

5 Aequalis enim boni, & mali debet eſſe partitio, & incommodi debet ſapere diuiſio, aliàs Leonina illa nuncuparetur, contra omne ius, *l. ſi non fuerit, §. fin. ff. pro ſocio, Matienſ. in l. 2. tit. 9. libr. 5.*

6 *Recopilat. gloſ. 1. num. 1.* cùm comodum cum incommodo ſit compenſandum *l. cùm filio, ff. ad ſyllan.* vbi quòd omne comodum cum ſuo onere pertranſit. *Cardinal. Tuſc. concluſ. 374. lit. V. tom. 8.*

7 Vnde videmus meritò quòd ſicuti lucrum inter ſocios diuiditur, ita & damnum diuidi debet, *l. cùm duobus, §. damnum, ff. pro ſocio, Regens Valenzuel. conſ. 143. volum. 2. Sanz Morquecch. in ſuo tractat. de diuiſ. Bonor. libr. 2. cap. 5.* vbi declarationes ad hanc regulam reportat, & vſufructuarius tenetur ad tri-

8 buta, ad onera realia, & ad cætera omnia quæ ratione fructuum præſtantur, *Afflict. deciſ. 252. num. 2. Cauale. de vſu. fruct.*

Digitized by Google

fruct. num.162. Garcia de expens. & meliorat.cap.11. num.47. Peregrin.de fideicommiss.art.50. num.20. Idem dicēs in Emphiteuta, & in hærede grauato per
9 fideicommissum; donec pęnès eos possessionis comodum permanet confirmat alia adducens *Costa de portion.rata quæst. 157.* fundans *quæst.158.* onerum cuiusque generis præstationis metiri ratæ naturam, & proinde onus reale agnosci pro
11 rata patrimonij, & comodi, *Franc. Marc.decis.805.tom.1.*

12 Confert pro corroboratione, quia habens potestatem eligendi non potest eligere meliora, sed mediocria debet ac-
13 cipere arbitrio boni viri, vt respectu mulieris recuperantis dotem in bonis stabilibus hipotecatam, ne valeat eligere ad sui arbitrium meliorem, præter antiquiores sunt videndi *Card.Mantic.in tract. de tacit. & ambig. conuent. tit.30. num.15. cum sequ. Molfes.in coment.ad Consuet.Neap.quæst. 5. num.33. part.4.*
14 *tit. de Iur. Dot.* & respectu filij pro sua legitima notarunt post cæteros *Gabriel conci.4.de legitim. & Menoch. de Arbitr. Iudic.cas.163.num.21.libr.2.* quæ omnia probata fuerunt à nobis *in Praxi dationis in solutum quæst.5.part.1.* vbi lubeat videre.

Prętera considerandum est, quòd si
15 de Victualibus, Oleis, & Animalibus vilioris conditionis Vassalli vellent dare pro Decima debita Baronibus, vtique non reciperent; Igitur & è contra, Cùm alteri non debeat quis facere, quod sibi fieri nolit, cùm hoc institiæ summę consistat, Ne facias alteri quidquid ipse ab altero pati nolis, *c.1.c. Iniquum 23. quæst.2. Neuiz.in sylua Nuptial.libr.4. num.48. circa finem, Tiraquel. in l. 13. connub. num.38. & sequ.* refert, & sequitur nouissimè *Regens Valenzuel.cons.144 num.15.volum.2.*

16 Aequalitas namque, quæ est proportio habentium vnam quantitatem secūdùm *D.Thom.in 1.sentent.num.19. part.*
17 1. diciturque pacis, & tranquillitatis
18 cultrix; vt è contra, Inæqualitas seditionis Seminarium vocatur, vt ait *Erasm.in*
19 *Apoph.* semper est seruanda in omnibus & inter omnes, etiam inter filios; patres fratres, & sorores, *Dec. cons.26. Magon. decis.Lucens.48.num.18. Amadidec. Marchiæ 44. Gratian.libr.3.discept.forens.cap. 539.num.23. Rota in Recent. decis. 155.*

num.7part.2. Et in dubio ita est præsu-
20 mendum, quòd scilicèt inter istos æqualitas interfuerit, & ad illam reducti sint *Soccin.cons.108, libr.3 Magon. decis.62. num.61. Neuis.in silu. Nupt.num.47. lib. 6.*

21 Et respectu contrahentium æqualitatem esse seruandam fundauit *Dec. cons. 414.num.7.* vbi quod in contractibus ea semper est facienda interpretatio, vt nūquam inter contrahentes sit iudicādum ad imparia, quod sequuntur *Surd. decis. 64.num.23. Gratian. lib.3. discept. forens. cap.520. num.9.* & voluit *Rota decis. 11 part.2.in Recent.*

23 Prout & inter socios illam pariter esse seruandam, imò in dubio semper seruatam in societate præsumi notarunt *Afflict.decis.58.* & *Rot.decis.460. num.8. & 14.part.1.in Recent.*

24 Malus enim Ciuis est ille, cui non satis est id quod & cæteris satis est, vt
25 ait *Erasm. in poph.* vbi etiam quòd si æqualitas seruetur, murmuris occasio excluditur.

SVMMARIVM.

1 *Ciuibus licet colere Territoria, quāuis pro præterito non fuerint culta, num.4.*
2 *Rei suæ quisque moderator, & arbiter est.*
3 *In traditione rei suæ quis potest apponere legem, quam vult.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si prohibeantur colere Territoria propria, quæ nequaquam fuerunt culta.

GRAVAMEN XV.

SVb prætextu, quòd quædam Territoria propria nonnullorum Ciuium Terræ
1 Vici de Montanea non essent solita coli, dum & illa colere Domini vellent, Illustr. Marchio Vtilis Dominus eos impe-

Digitized by Google

pediebat, ob quod habito recursu ad Sacrum Regium Consilium per Consiliarium Io. Felicem Schalaleonem Commissarium deputatum, extitit prouisum licere dictis Ciuibus Territoria propria colere, quamuis pro præterito non fuerint culta, de quo non prohibeantur ab eorum Domino, vt patet in processu Grauaminum d. Terræ in Banca Actuarij Figliolæ: sicque alias ad fauorem particularium d. Terræ prouisum reperio per Consiliarium de Franchis Commissarium, vt fol. 387. processus.

2 Rei enim suę quilibet potest esse moderator, & Arbiter *vulg. l. in re mãdata C. Mandat. l. in traditionibus ff. de pactis Rot. decis. 105. num. 6. tom. 1. part. 1. Molin. de Iustit. & Iur. & disput. 1. tract. 3. conclus. 1. Card. Tusc.* tulè *conclus. 486. lit. D. & conclus. 112. lit. R.*

3 Vndè in traditione Rei suæ quis potest apponere legem quam velit *l. si quid possessorem §. sic autem. & l. sed & si lege §. consuluit ff. de petit. hæredit. l. legem C. de donat.* cum alijs de quibus per *Surd. de Aliment. tit. 9. quæst. 18 num. 13. & 14. Caldas Pèreira de potest. eligendi cap. 16 num. 6. Cabed. decis. 31. part. 2. & Cened. pract. quæst. canon. cap. 35.* liberaque suarum rerum dispositio cuique est concessa, *Ramon. cons. 34.*

Hic ad fauorem Terræ Sibaris conquerentis de suo Vtili Domino, qui pro comodicate Affictatorum tenimentorũ Territoriorum feudalium faciebat prohibere Ciuibus, ne colerent propria Territoria in conuicinijs mandrarum existentia, fuit prouisum, vt dictus Dominus abstineret, & licere Ciuibus illa colere, vt in Banca Sarni.

Asseuerat tamen infra citandus, cessare allegatam Regulam, vt rei suæ quilibet sit moderator, vbi lex in aliquo casu resisteret, vel quando quis deteriorem conditionem alterius faceret, *Thomas. set. regul. 247.*

SVMMARIVM.

1 *Conductores Territoriorum, & debentes Terratica non tenentur iteratò seminare.*

2 *Improbè Neptunum accusat, qui secundum Naufragium facit*

Culpa imputari nequit illi, qui non agit, quod facere non tenetur, ibid.

3 *Barones grauant exigendo Terragia ex Territorijs inundatis sub prætextu quod iteratò Vassalli non seminauerint prædia illa inundata, & quid si sciendo territoria esse solita inundari & hoc nõ obstante conduxisset nu. 9. & declara vt num. 10*

4 *Conductor, vbi deficit in cultura non petit pensionis Remissionem.*

5 *Leuissima Culpa non afficit Conductores.*

6 *Culpa leuissima dicitur, quæ in omittendo committitur.*

7 *Omissio diligentiæ, quæ si esset profutura dubitatur non obligat.*

8 *Culpa non est non fecisse, quod si fuisset factum, parum, aut nihil profuisset.*

10 *Puella, quæ sciebat tempore stupri stupratorem habere votum Religionis non potest cogere illum ad desponsandum.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si sub prætextu, quòd iteratò non seminauerint prędia aliàs inundata cogantur soluere de eis solita Terratica, nec Remissio pensionis eis fiat.

GRAVAMEN XVI.

1 CConductores, & debentes Terratica non tenentur iteratò seminare post inundationem, quæ pendentes fructus corrupit ita latè tutatur *Surd. decis. 87.* eo quia non legitur iure causum quod bis semina quis proicere teneatur *ex l. illum C. de Collat.* & quod iure cautum non reperitur. non est superstitiosis in ventionibus præsumendum *Cravett. cons. 90. num. 2. Bicc. cons. 35. num. 4.* & improbè Neptunnum accusat, qui secundum Naufragium facit, & culpa imputari nequit non facienti quod facere non tene-

Digitized by Google

teneatur *Aretin.consil. 111. col. fin. Cra-ueett. consil. 63. num. 9.* Et proinde testatur, quòd licèt ad impediendam remissionem pensionis conuentę Dom. Franciscus Angusola opponebat D. Ioanni Carolo de Rubeis conductori, quòd post fluminis inundationem, quæ pendentes fructus corruperat non iterum conductor seminari curasset, Senatus tenuit culpam obijci minime posse, & consequenter remissionem pensionis esse faciendam.

3 Hinc grauantur Vassalli, si Barones sub hoc prætestu, quòd iterato non seminauerint prædia aliàs sata, & inundata velint exigere Terragia, nec facere remissionem, pensionis prout sic in facti contingentia fuit determinatum in Collegio habito tempore inundationis, quę prouenit à Monte Vesuuio in Regionibus Nolæ, Octaiani, Auellæ: Cardinalis, Mariliani, & alibi in locis conuicinis.

Et quamuis in huiusmodi casu obijceretur, aliquos Dominos Terrarum post inundationem denuò seminasse, & fructus recepisse, & ideò ob hanc negligentiam deberent illi qui non seminauerant adstringi ad soluenda Terragia, ac si seminassent, nec potuisse prætendere
4 remissionem pensionis ex regula quòd quando conductor deficit in cultura, non petit remissionem pensionis ad textum in *l. si vno §. cùm quidam, l. ex conducto ff. locat.*

Tamen respondebatur, quòd sicuti exquisitæ esset diligentiæ segete semel aquarum inundatione corrupta, & vastata iterum seminare, ita leuissimæ culpæ esse tali extrema diligentia non fuisse
5 vsum, quæ leuissima culpa non afficit cõductores, cùm de illa minimè teneatur, *l. in iudicio, vbi Glos. & Bal. C. locat. l. si vt certo §. nunc videndum, ff. comodat.* cum adductis per *Menoch. in cons. 53. nu.*
6 *21.* vbi leuissimam nuncupat culpam, quæ in omittendo committitur, *Aretin. in §. præterea Instit quibus mod. resontrahabatur obligatio, Alexander cons. 50. num. 9. vol 1.*

Vltra quod dubitabatur si ex semine iterato essent fructus nascituri ex copiositate cineris super territoria illa, & dũ certum non erat quòd diligentia esset
7 profutura ex omissione culpa obijci nequiuerat, *l. 2. §. penult. & ibi Bald. ff. ad Tertull. Oldrad. cons. 136. num. 5.*

Idque eò maximè verificabatur, nam in rei veritate pauca quantitas ex reite-
8 rato semine fuerat recollecta, ideo culpa non erat omittere, quod si factum fuisset, parum, aut nihil profuisset, *l. fin. §. 1. ff. quis ordin. in bon. possess. seru. Bald. cons. 145. vol 3.* cum adductis per *Surd. allegat. decis. 87.* vbi cum ista transit opinione, & alias adducit rationes, & responsiones.

Cęterùm ego hodie essem in opinione, quòd dum talia Territoria sint su-
9 biecta huic inundationi, prout & pluribus annis vidimus in praxi, si illa conducantur vti talia non poterint conductores hanc remissionem petitionis intentare, *Thesaur. forens. quæst. 47. num. 11. libr. 2.* vbi sic per Senatum decisum affirmat, quamuis inundatio asportasset maiorem partem rei, cum ei imputandum sit, dum statum Territorij sciebat, & ad contractum se adstrinxit, *Bald. in l. si ea lege num. 3. C. de vsur. Aretin. consil. 139. num. 2. Rot. diuers. decis. 715. part. 1. Surd. cons. 197. num. 16. lib. 2. & cons. 400. num. 25. libr. 3.* Ad instar puellæ, quę
10 sciuit corruptorem habere impedimentum voti Religionis, vel castitatis, nequit sub prætextu stupri cogere illum ad contrahendum matrimonium promissũ *Fr. Bartholom. à S. Fausto in specul. Confessar. art. de restit. disput 8 quæst. 23. Less. de Iustit. & Iur. libr. 2. cap. 10.*

11 Licèt si inundatio esset satis diuersa ab ordinaria, & sic extra solitum, tunc mihi persuaderem esse faciendam remissionem pensionis ad tradita per *DD. in l. sed & si §. quæsitum ff. si quis Caution. Corn. cons. 23. lib. 2. Cels. Vg. cons. 18. Mastrill. decis. 299.* vbi latissimè in hac materia remissionis mercedis loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Multa possunt opponi in exactione Adiutoriorum.*

2 *Barones non possunt exigere adiutoria propria authoritate, & si exigunt grauant, num. 6. Et quid in praxi seruatur, num. 12.*

Digitized by Google

cria debet accipere arbitrio boni viri.

13 *Mulier recuperans dotem in bonis ſtabilibus, non poteſt eligere de melioribus.*

14 *Filius pro ſua legitima non poteſt eligere bona meliora, ſed mediocria.*

15 *Baro non cogitur recipere Decimam de fructibus peioris conditionis.*

16 *Aequalitas quid ſit?*

17 *Aequalitas pacis, & tranquillitatis cultrix.*

18 *Inæqualitas ſeditionis ſeminarium.*

19 *Aequalitas in omnibus eſt ſeruanda, & inter omnes.*

20 *In dubio præſumitur æqualitatem fuiſſe ſeruatam inter filios, patres, fratres, & ſorores.*

21 *Aequalitas inter contrahẽtes eſt ſeruanda.*

22 *Interpretatio eſt capienda vt contrahentes non iudicentur ad imparia.*

23 *Aequalitas inter ſocios ſeruanda eſt, & in dubio præſumendum eſt fuiſſe ſeruatam.*

24 *Malus ciuis eſt cui ſatis non id quod alijs ſat eſt.*

25 *Aequalitas ſi ſeruetur, murmuris occaſio excluditur.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando Barones pro Decimis quas debent habere à Victualibus, Fructibus, & Animalibus, illa melioris conditionis pro ipſis ſeligant.

GRAVAMEN XIV.

1 FIdeliter ſunt accipiendæ, & pariter præſtandæ Decimæ, hoc eſt, vt nec optimum, nec peius accipiatur, reſpectu recipere debentis, & tradatur reſpectu conſignare debentis, ad textum in *cap. quicunque il* 1. 16. *quæſt.* 1. cum adductis per *Monetam in ſuo tract. de Decim. cap.* 6. *quæſt.* 4. *num.* 26. vbi in ma-

2 teria ſolutionis Decimæ Animalium dicit poſſe ſeruari Regulam, vt de Vitulis, vel Agnis prout ſub virga paſtorali tranſeunt decima ſoluatur ex *Diaz in Reg. Decimarum quæſt.* 14. *num.* 17. & *Rebuff. in tract. de Decim. quæſt.* 6, *num.* 29. & *quæſt.* 19.

3 Vnde ſi occaſione Decimarum ſibi debitarum Barones vellent accipere meliora victualia, Animalia, & ſimilia, & peioris conditionis reliqua relaxare pro Vaſſallis, vtiq. grauare dicentur.

4 Ad inſtar grauant, quando pro iure Tapetorum, in quibus triturantur oliuæ pro conficiendo oleo vigore Decimæ ſibi debitæ accipiunt oleum melioris conditionis, quod ſtat ſuperius in tinello. & aſtans ſubtus Vaſſallis Dominis oliuarum conſignant, itaut quamuis decimam partem videantur recipere pro tali iure; Tamen in rei veritate habita ratione ad qualitatem olei, quod ipſi accipiunt, videntur quaſi habere mediocritatem, vt practici in hoc miniſterio mihi fidem fecerunt, & proinde in ridiſcè grauata eſt Vniuerſitas Vitulani In Anno 1581. contra Baronem ſuum id agentem, & petijt licere ipſi Vniuerſitati, aut oliuarum Domino deputare Tertium, qui deberet diuidere impenſis dictæ Vniuerſitatis, vel Domini olei, ad finem, vt cuilibet diſtribuatur debitum abſque fraude.

5 Aequalis enim boni, & mali debet eſſe partitio, & incommodi debet ſapere diuiſio, aliàs Leonina illa concuparetur, contra omne ius, *l. ſi non fuerit, §. fin. ff. pro ſocio, Matienſ. in l.* 2. *tit.* 9. *libr.* 5.

6 *Recopilat. gloſ.* 1. *num.* 1. cùm comodum cum incommodo ſit compenſandum *l. cùm filio, ff. ad ſyllan.* vbi quòd omne comodum cum ſuo onere pertranſit. *Cardinal. Tuſc. concluſ.* 374. *lit. V. tom.* 8.

7 Vnde videmus meritò quòd ſicuti lucrum inter ſocios diuiditur, ita & damnum diuidi debet, *l. cùm duobus, §. damnum, ff. pro ſocio, Regens Valenzuel. conſ.* 143. *volum.* 2. *Sanz Morquecch. in ſuo tractat. de diuiſ. Bonor. libr.* 2. *cap.* 5. vbi declarationes ad hanc regulam reportat, & vſufructuarius tenetur ad tri-

8 buta, ad onera realia, & ad cætera omnia quæ ratione fructuum præſtantur, *Afflict. deciſ.* 252. *num.* 2. *Cauale. de vſu. fruct.*

Digitized by Google

fruct. num.162. Garcia de expens. & meliorat.cap.11. num.47. Peregrin.de fideicommiss.art.50. num.20. Idem dicēs in Emphiteuta, & in hærede grauato per
9 fideicommissum; donec pęnès eos possessionis comodum permanet confirmat alia adducens *Costa de portion.rat.quæst. 157.* fundans *quæst.158.* onerum cuiusque generis præstationis metiri ratæ naturam, & proinde onus reale agnosci pro
11 rata patrimonij, & comodi, *Franc. Marc.decis.805.tom.1.*

12 Confert pro corroboratione, quia habens potestatem eligendi non potest eligere meliora, sed mediocria debet ae-
13 cipere arbitrio boni viri, vt respectu mulieris recuperantis dotem in bonis stabilibus hipotecatam, ne valeat eligere ad sui arbitrium meliorem, præter antiquiores sunt videndi *Card. Mantic. in tract. de tacit. & ambig. conuent. tit.30. num.15. cum sequ. Molfes.in coment.ad Consuet. Neap.quæst. 5. num.33. part.4.*
14 *tit. de Iur. Dot.* & respectu filij pro sua legitima notarunt post cæteros *Gabriel concl.4.de legitim. & Menoch. de Arbitr. Iudic.cas.163.num.21.libr.2.* quæ omnia probata fuerunt à nobis *in Praxi dationis in solutum quæst.5.part.1.* vbi lubeat videre.

Prętera considerandum est, quòd si
15 de Victualibus, Oleis, & Animalibus vilioris conditionis Vassalli vellent dare pro Decima debita Baronibus, vtique non reciperent; Igitur & è contra, Cùm alteri non debeat quis facere, quod sibi fieri nolit, cùm hoc institiæ summę consistat, Ne facias alteri quidquid ipse ab altero pati nolis, *c.1.c. Iniquum 11. 32. quæst.2. Neuiz.in sylua Nuptial.libr.4. num.48. circa finem, Tiraquel. in l. 13. connub. num.38. & sequ.* refert, & sequitur nouissimè *Regens Valenzuel.cons.144 num.15.volum.2.*

16 Aequalitas namque, quæ est proportio habentium vnam quantitatem secūdùm *D.Thom.in 1.sentent.num.19. part.*
17 1. diciturque pacis, & tranquillitatis
18 cultrix; vt è contra, Inæqualitas seditionis Seminarium vocatur, vt ait *Erasm.in*
19 *Apoph.* semper est seruanda in omnibus & inter omnes, etiam inter filios; patres fratres, & sorores, *Dec. cons.26. Magon. decis.Lucens.48.num.18. Amadec. Marchiæ 44. Gratian.libr.3.discept.forens.cap. 539.num.23. Rota in Recent. decis. 155. num.7 part.2.* Et in dubio ita est præsu-
20 mendum, quòd scilicèt inter istos æqualitas interfuerit, & ad illam reducti sint *Soccin.cons.108, libr.3 Magon. decis.62. num.61. Neuiz.in silu. Nupt.num.47. lib. 6.*

21 Et respectu contrahentium æqualitatem esse seruandam fundauit *Dec. cons. 414.num.7.* vbi quod in contractibus ea semper est facienda interpretatio, vt nūquam inter contrahentes sit iudicādum ad imparia, quod sequuntur *Surd. decis. 64.num.23. Gratian. lib.3. discept. forens. cap.520. num.9.* & voluit *Rota decis. 11 part.2.in Recent.*

23 Prout & inter socios illam pariter esse seruandam, imò in dubio semper seruatam in societate præsumi notarunt *Afflict.decis.58. & Rot.decis.460. num.8. & 14.part.1.in Recent.*

24 Malus enim Ciuis est ille, cui non satis est id quod & cæteris satis est, vt
25 ait *Erasm. in poph.* vbi etiam quòd si æqualitas seruetur, murmuris occasio excluditur.

SVMMARIVM.

1 *Ciuibus licet colere Territoria, quæ uis pro præterito non fuerint culta, num.4.*

2 *Rei suæ quisque moderator, & arbiter est.*

3 *In traditione rei suæ quis potest apponere legem, quam vult.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si prohibeantur colere Territoria propria, quæ nequaquam fuerunt culta.

GRAVAMEN XV.

SVb prætextu, quòd quædam Territoria propria nonnullorum Ciuium Terræ
1 Vici de Montanea non essent solita coli, dum & illa colere Domini vellent, Illustr. Marchio Vtilis Dominus eos impedie-

Digitized by Google

pediebat, ob quod habito recursu ad Sacrum Regium Consilium per Consiliarium Io. Felicem Schalaleonem Commissarium deputatum, extitit prouisum licere dictis Ciuibus Territoria propria colere, quamuis pro præterito non fuerint culta, de quo non prohibeantur ab eorum Domino, vt patet in processu Grauaminum d. Terræ in Banca Actuarij Figliolæ: sicque aliàs ad fauorem particularium d. Terræ prouisum reperio per Consiliarium de Franchis Commissarium, vt fol. 387. processus.

2 Rei enim suę quilibet potest esse moderator, & Arbiter *vulg. l. in re mãdata C. Mandat. l. in traditionibus ff. de pactis Rot. decis. 105. num. 6. tom. 1. part. 1. Molin. de Iustit. & Iur. & disput. 1. tract. 3. conclus. 1. Card. Tusc.* fusè *conclus. 486. lit. D. & conclus. 112. lit. R.*

3 Vndè in traditione Rei suæ quis potest apponere legem quam velit *l. si quid possessorem §. sic autem. & l. sed & si lege §. consuluit ff. de petit. hæredit. l. legem C. de donat.* cum alijs de quibus per *Surd. de Aliment. tit. 9. quæst. 18 num. 13. & 14. Caldas Pereira de potest. eligendi cap. 16. num. 6. Cabed. decis. 31. part. 2. & Cened. pract. quæst. canon. cap. 35.* liberaque suarum rerum dispositio cuique est concessa, *Ramon. cons. 34.*

Hic ad fauorem Terræ Sibaris conquerentis de suo Vtili Domino, qui pro comodicate Affictatorum tenimentorũ Territoriorum feudalium faciebat prohibere Ciuibus, ne colerent propria Territoria in conuicinijs mandrarum existentia, fuit prouisum, vt dictus Dominus abstineret, & licere Ciuibus illa colere, vt in Banca Sarni.

Asseuerat tamen infra citandus, cessare allegatam Regulam, vt rei suæ quilibet sit moderator, vbi lex in aliquo casu resisteret, vel quando quis deteriorem conditionem alterius faceret, *Thomasset. regul. 247.*

SVMMARIVM.

1 *Conductores Territoriorum, & debentes Terratica non tenentur iteratò seminare.*

2 *Improbè Neptunum accusat, qui secundum Naufragium facit*

Culpa imputari nequit illi, qui non agit, quod facere non tenetur, ibid.

3 *Barones grauant exigendo Terragia ex Territorijs inundatis sub prætextu quod iteratò Vassalli non seminauerint prædia illa inundata, & quid si sciendo territoria esse solita inundari & hoc nõ obstante conduxisset nu. 9. & declara vt num. 10*

4 *Conductor, vbi deficit in cultura non petit pensionis Remissionem,*

5 *Leuissima Culpa non afficit Conductores.*

6 *Culpa leuissima dicitur, quæ in omittendo committitur.*

7 *Omissio diligentiæ, quæ si esset profutura dubitatur non obligat.*

8 *Culpa non est non fecisse, quod si fuisset factum, parum, aut nihil profuisset.*

10 *Puella, quæ sciebat tempore stupri stupratorem habere votum Religionis non potest cogere illum ad desponsandum.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si sub prætextu, quòd iteratò non seminauerint prędia aliàs inundata cogantur soluere de eis solita Terratica, nec Remissio pensionis eis fiat.

GRAVAMEN XVI.

1 COonductores, & debentes Terratica non tenentur iteratò seminare post inundationem, quæ pendentes fructus corrupit ita latè turatur *Surd. decis. 87.* eo quia non legitur iure causum quod bis semina quis proicere teneatur *ex l. illum C. de Collat.* & quod iure cautum non repericur. non est superstitiosis in ventionibus præsumendum *Cravett. cons. 90. num. 2. Becc. cons. 35. num. 4.* & improbè Neptunnum accusat, qui secundum Naufragium facit, & culpa imputari nequit non facienti quod facere non tene-

Digitized by Google

teneatur *Aretin.consil.111. col. fin. Cra-ueta. consil. 63. num. 9.* Et proinde testatur, quòd licèt ad impediendam remissionem pensionis conuentę Dom. Franciscus Angusola opponebat D. Ioanni Carolo de Rubeis conductori, quòd post fluminis inundationem, quæ pendentes fructus corruperat non iterum conductor seminari curasset, Senatus tenuit culpam obijci minime posse, & consequenter remissionem pensionis esse faciendam.

3 Hinc grauantur Vassalli, si Barones sub hoc prætestu, quòd iterato non seminauerint prædia aliàs sata, & inundata velint exigere Terragia, nec facere remissionem, pensionis prout sic in facti contingentia fuit determinatum in Collegio habito tempore inundationis, quę prouenit à Monte Vesuuio in Regionibus Nolæ, Octaiani, Auellæ: Cardinalis, Mariliani, & alibi in locis conuicinis.

Et quamuis in huiusmodi casu obijceretur, aliquos Dominos Terrarum post inundationem denuò seminasse, & fructus recepisse, & ideò ob hanc negligentiam deberent illi qui non seminauerant adstringi ad soluenda Terragia, ac si seminassent, nec potuisse prætendere
4 remissionem pensionis ex regula quòd quando conductor deficit in cultura, non petit remissionem pensionis ad textum in *l. si vno §. cùm quidam, l. ex conducto ff. locat.*

Tamen respondebatur, quòd sicuti exquisitæ esset diligentiæ segete semel aquarum inundatione corrupta, & vastata iterum seminare, ita leuissimæ cul-
5 pæ esse tali extrema diligentia non fuisse vsum, quæ leuissima culpa non afficit cõductores, cùm de illa minimè teneatur, *l. in iudicio, vbi Glos. & Bal. C. locat. l. si vt certo §. nunc videndum, ff. comodat.* cum adductis per *Menoch. in consil. 53. nu.*
6 *21.* vbi leuissimam nuncupat culpam, quæ in omittendo committitur, *Aretin. in §. præterea Instit quibus mod. recontrahatur obligatio, Alexander consil. 50. num. 9. vol 1.*

Vltra quod dubitabatur si ex semine iterato essent fructus nascituri ex copiositate cineris super territoria illa, & dũ certum non erat quòd diligentia esset
7 profutura ex omissione culpa obijci nequiuerat, *l. 2. §. penult. & ibi Bald. ff. ad Tertull. Oldrad. consil. 136. num. 5.*

Idque cò maximè verificabatur, nam in rei veritate pauca quantitas ex reite-
8 rato semine fuerat recollecta, ideo culpa non erat omittere, quod si factum fuisset, parum, aut nihil profuisset, *l fin. §. 1. ff. quis ordin. in bon. possess. seru. Bald. consil. 145. vol 3.* cum adductis per *Surd. allegat decis. 87.* vbi cum ista transit opinione, & alias adducit rationes, & responsiones.

Cęterum ego hodie essem in opinione, quòd dum talia Territoria sint su-
9 biecta huic inundationi, prout & pluribus annis vidimus in praxi, si illa conducantur vti talia non poterint conductores hanc remissionem petitionis intentare, *Thesaur. forens. quæst. 47. num. 11. libr. 2.* vbi sic per Senatum decisum affirmat, quamuis inundatio asportasset maiorem partem rei, cum ei imputandum sit, dum statum Territorij sciebat, & ad contractum se adstrinxit, *Bald. in l. si ea lege num. 3. C. de vsur. Aretin. consil. 139. num. 2. Rot. diuers. decis. 715. part. 1. Surd. consil. 197. num. 16. lib. 2. & consil. 400. num. 25. libr. 3.* Ad instar puellæ, quę
10 sciuit corruptorem habere impedimentum voti Religionis, vel castitatis, nequit sub prætextu stupri cogere illum ad contrahendum matrimonium promissũ *Fr. Bartholom. à S. Fausto in specul. Confessar. art. de restit. disput 8 quæst. 23. Less. de Iustit. & Iur. libr. 2. cap. 10.*

11 Licèt si inundatio esset satis diuersa ab ordinaria, & sic extra solitum, tunc mihi persuaderem esse faciendam remissionem pensionis ad tradita per *DD. in l. sed & si §. quæsitum ff. si quis Caution. Corn. consil. 23. lib. 2. Cels. Vg. consil. 18. Mastrill. decis. 299.* vbi latissimè in hac materia remissionis mercedis loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Multa possunt opponi in exactione Adiutoriorum.*

2 *Barones non possunt exigere adiutoria propria authoritate, & si exigunt grauant, num. 6. Et quid in praxi seruatur, num. 12.*

Digitized by Google

3 *Creditor si pecuniam debitam propria authoritate capit, cadit à credito.*

4 *Legatarius si propria authoritate capit legatum, cadit à legato.*

5 *Authoritate propria rem suam occupare nemini licet.*

7 *Pragmatic. 1. §. item de salar. eorum recensetur, & illi datur intellectus, num. 8.*

9 *Correctio non fit nisi in expressis.*

10 *Correctio est euitanda regulariter.*

11 *Superfluitas potius quàm correctio est toleranda.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Barones Authoritate propria Adiutorium capere velint, nec pro illius consequutione superiores adire curent.

GRAVAMEN XVII.

1 QVia circa exactionem huiusmodi Adiutoriorum aliàs debitorum Baronibus virtute *Constitut. Regni. Quàm plurimum*, multa possunt opponi pro parte Vassallorum, vel circa quantitatem, vel circa tempus in consignando, vel circa negatiuam non obligationis illa dandi, puta quia non sit de casibus, in quibus tenentur adiutorium præstare.

2 Ideò tutò firmare possumus Regulam, non posse Barones propria authoritate Adiutoria capere, sed pro illorum obtentione debere adiri superiorem, vt suprapositam rationem non considerando simpliciter fatetur *Petra in addit. ad Capic. decis. 137. num. 2.* & ego addo *Afflict. in Constit. Regni, Quam plurimum, num. 25.* vbi quòd exigere nequeunt huiusmodi Adiutorium sine litteris, & licentia Regis, adducit *cap. Regni Regis Roberti non impressum.*

3 Iuuat, quia nec creditori pecuniam sibi debitam propria authoritate capere est licitum, quod si agat ius crediti amittere cautum est in *l. creditorem, ff. ad l. Iul. de vi priuat. l. extat ff. quòd metus causa*, cum concordantibus per *Bouuiac. in tract. de furt. §. possessionis nu. 36.* de quo & latiùs per *Gabriel. conclus. 1. à num. 38 cum seq. de acquirend. possess.* & fusius per *Menoch. de recuperand. possess. Remed. 5.* vbi declaratam materiam ad saturitatem habes.

4 Et Authoritate propria legatarius nequit legatum capere, quod si faciat amittit legatum *l. non dubium C. de legat.* de qua materia videndi sunt *Diaz. Regul. 407. Clar. in §. Testamentum. quæst. 68. Menoch. de adipiscend. possess. Remed. 2.* vbi luculenter *Card. Tusc. conclus. 151. lit. L.*

5 Et generaliter ne ad infinita pergamus Authoritate propria rem suam occupare, & ius sibi dicere minimè licere, iura sunt clara in *l. si quis in tantam, C. vnde vi l. nullus, C. de feudis l. Iulianus, ff. de Iudic.* vbi quàm fusissimè DD. tractant materiam, & perampliationes, ac limitationes, vt vnum pro omnibus adducam *Farinac. in tract. de furtis quæst. 175. à part. 1. cum seqq.* vsque ad *partem 11.* vbi copiosè generalia & particularia adducit, quæ hic adaptari possent, & illa vti nimis vulgaria referre prætermisso, sola relatione contentus.

1 Eò maximè, nam perplura huius farinæ coadunauimus *forens. quæst. tom. 2. cap. 75.* dū discussimus articulum si proprietarius finito vsufructu in possessionem ipsius propria authoritate se ponere possit.

6 Inde exactionem huiusmodi Adiutoriorū propria authoritate ne faciant vtiles Domini, quia cum sit eis id agere interdictum faciendo grauant.

7 Nec desturbat *Pragmatic. 1. §. Item cum Regni huius constitutionibus sub Rubric. de salar. eorum qui mittuntur pro seruit. Regio*, ex qua totum contrarium videtur colligi.

7 Siquidem inuestigando liceat dicere ibi non concedi specificè, vt propria authoritate exigant, & si in argumentum valeret deduci, dum statuatur exigi in casibus expressis in Constitutionibus, & Capitulis Regni, sicque limitatum, quòd si dubitari contigerit, vt sit immoderatum, tunc ad Prouinciæ Iustitiarium recurrendum sit.

Vnde

Digitized by Google

Vnde ego philosophando assero, quòd dum est adeundus Iudex in certo casu, Igitur secus est regulariter.

Vltra quod iudico non obesse, nam aliud est absque litteris Regijs exequi, & aliud est in casu immoderationis ad Superiorem recurri.

Primum fuit omissum in cit. Pragmat. imò ibi mandatur seruanda esse Capitula, & Regni Constitutiones, quod specificè reperitur prouisum in *cap. Regni Regis Roberti, incip. pro parte Vniuersitatis Vici*, ne exigatur absque Regijs litteris, correctio autem minimè fit, nisi in expressis, *§. Tribus Auth. quib. mod. effic. legitim. Rota in Romana illegitimitatis coram R. P. D. Lugdunen.* quia regulariter correctio est euitanda, *l. si quando, C. de inoffic. testam. l. 1. C. de inoffic. dot. Cardin. Tusc. concluf. 1036. lit. C.* Et potius superfluitas, quã correctio est toleranda, vt probat *Ramon. cons. 10.*

Et proinde per nos hic firmata satis vera remanent.

12 Itaquòd iuridicè in praxi videmus seruari Vtiles Terrarum Dominos solere supplicationes porrigere in Regijs Tribunalibus, & præcedente informatione condemnari Vassallos ad solutionem vt post hæc scripta eidem nostræ inhærendo sententiæ testatur, & tutatur modernus *Montan. in tract. de Regalibus, §. extraordinaria Collatio, Ad felicissimam, & c. num. 5. in fine, fol. 121.*

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si cogantur dare Baronibus baiulos & conseruatores absque mercede.*

2 *Salarium baiulorum quomodo taxetur per Sacrum Cons.*

3 *Salarium conseruatori dato Baroni ab Vniuersitate quomodo taxetur, & quomodo soluendum, num. 4.*

5 *Altari seruiens, de Altari viuere debet.*

6 *Gratis seruire nullus adstringitur, sed mercedem laboris reportare conueniens est.*

7 *Barones non soluentes mercedes pro conseruatoria, & baiulatione, peccant, & tenentur ad restitutionem.*

8 *Domini Terrarum non soluentes mercedem suis Officialibus, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem*

9 *Baro si renuat dare mercedem baiulis, & conseruatoribus, Vniuersitas non cogitur illos assignare.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si cogantur dare Baronibus Baiulos, & Conseruatores, qui debeant inseruire absque mercede.

GRAVAMEN XVIII.

1 AVthoritate rerum iudicatarum habemus fundatam conclusionem grauari Vassallos, si Vniuersitates cogantur dare Baronibus Baiulos, & Conseruatores, qui debeant inseruire absque mercede.

2 Patet enim, vt Magnifica Vniuersitate Terræ Pisticij conquesta in Sacro Regio Cõsilio de eius Vtile Domino quotannis volente duodecim Baiulos, videlicet sex pro quolibet semestri gratis, & absque aliquo salario, fuit per Regium Consiliarium Vitellium prouisum capiendam esse informationem, & interim pro quolibet baiulo solui salarium ducatorum sex singulis sex mensibus apud Magistrum Actorum de Caro, & hoc in Anno 1567. licèt pro Vniuersitate Sicinini fuerit aliàs prouisum, vt Dux vtilis Dominus dictæ Terræ deberet soluere ducatos quatuor tertiatim pro quolibet iurato, existente Commissario D. Vincentio de Franchis tunc Regio Cõsiliario in Anno 1572. vt in Banca de Mondellis.

Et cum pro parte eiusdem Magnificæ Vniuersitatis Pisticij esset porrectum Grauamen, contra dictum Baronem expetentem quotannis Conseruatorem, nec ei aliquid salarij tribuentem, per

Digitized by Google

dem Consiliarium Vitellium causæ Cõmissarium fuit prouisum, capiendam esse informationem, & interim conseruatori
3 soluendum esse salarium ducatorum duodecim singulis Annis pęnès eumdem Actuarium de Caro; sicque etiam fuit iudicatum pro Vniuersitate Sanctæ Catherinæ, contra vtilem Dominum die 14. Aprilis 1580. vt in processu f. 2. apud Roppulum tunc Actuariũ, & ita pariter reperio prouisũ pro Vniuersitate Terrę Valuæ contra Baronem, vt in Banca de Mondellis, & alias pro vnuersitate S. Gregorij contra Iacobum vtilem Dominum pęnès Iubenum Actuarium, ad cuius fauorem fuit pronunciatum salarium mensatim esse soluendum.

4 Satis enim rigiditatis saperet, quẽ suis proprijs impensis seruire debere, cum
5 Altari seruiens de Altari viuere debeat;
6 & gratis seruire nullus astringitur, sed mercedem laboris reportare conueniẽs est, *cap. ex his 12. quæst. 1. cap. fin. 7. quæst. 1.* vbi etiam *glos. 1. & glos. in cap. charitatem 12. quæst. 2.* probat nouissimè; & exornat *Aluarez de Velasc. in tract. de priuileg. paupertat. quæst. 28. part. 1.* & conferunt scripta per nos supra in *Grauam. 112. & 163. tom. 1.*

7 Vnde si Barones cogerent Vassallos ad sibi inseruiendum in conseruatoria & in *Baiulatione* gratis, nec salarium soluerent, vtique peccarent, & tenerentur ad restitutionem.

Confert *Graff. in libr. 3. decis. cap. 1. tit. de Domin. Temporalibus num. 8. verfic.*
8 *vigesimo secundo*, vbi fundat, quod vtiles Terrarum Domini non soluentes mercedem debitam suis Officialibus, peccant mortaliter, & ad restitutionem obligantur.

9 Et ideò tutò agnoscere possumus, vt Baronibus renuentibus dare mercedem supradictis personis, non posse cogi Vniuersitates locorum ad illos assignandos, prout sic reperio prouisum ad fauorem supradictæ Vniuersitatis Pistitij sub die 17. Iunij 1567. per eumdem Consiliariũ Vitellium apud eumdem Magistrum Actorum de Caro, & aliàs fuit prouisum per S. Consil. ad instantiam Vniuersitatis Terræ Postilioni contra eius Vtilem Dominum, existente Commissario Regio Consiliario Bermundez Actuario Figliola.

SVMMARIVM.

1 *Pro exactione introituum feudalium licet Baronibus habere Aerarium ab Vniuersitatibus.*

2 *Barones non possunt cogere alios Ciues, quàm Aerarium, ad exigendum alios redditus, vbi decisum, & num. 8.*

3 *Cogere ciues pro exactione introituum, est augere onus Vniuersitatibus.*

4 *Oneris augmentum prohibetur dari ad instar & oneris duplicatio.*

5 *In dubio iura seruitialia debita Baronibus sunt restringenda, nec de casu ad casum extenduntur, aut de persona ad personam.*

6 *Iura seruitialia debita Baronibus sunt odiosa, & ideo strictam recipiunt interpretationem.*

7 *Pluralitas personarum non præsumitur, nisi probetur ab allegante.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si vltra Aerarium, qui solet introitus feudales exigere cogantur dare alios Ciues ad faciendas Baronum exactiones.

GRAVAMEN XIX.

1 PRo exactione introituum feudalium, quamuis liceat Baronibus habere Aerarium ab Vniuersitatibus.

2 Tamen non possunt cogere cæteros aliquos Ciues particulares ad exigendos pariter alios redditus, prout sic reperio prouisum ad fauorem Vniuersitatis Sanctæ Catherinæ cõtra eius Vtilem Dominũ existente Commissario D. Vincentio de Franchis in Anno 1580. pęnès Roppulum Actuarium, cùm enim Baro dictæ Terræ vltra Aerarium, quem quotannis habebat à tali Vniuersitate, vellet per alios

Digitized by Google

alios particulares Ciues exigi debere census prouentus, & alios redditus habito recursu ad Sacrum Consilium per Magnificum Commissarium extitit prouisum interitus omnes per Aerarium exigi deberent, nec alios posse cogi.

3 Esset inquam augere onus Vniuersitatibus, si vltra Aerarium solitum dari, & alij Ciues quarerentur per Barones, quod quidem non licet, cùm oneris aug-
4 mentum prohibeatur dari, ad instar & oneris duplicatio, *l. nauis omusta, §. cum autem, ff. ad l. Rod. de Iact. l. Titia cum Testamento, §. qui in vita, ff. de leg. 2. l. vnam ex familia, §. si rem ff. eod. tit. Card. Tusc. concluſ. 136. liter. O. tom 5. Mar. Antonin. var. resolut. libr. 1. resolut. 97. num. 4.*

5 Et in dubio semper potiùs sunt restringenda iura seruitialia debita Baronibus, quàm laxanda, & de persona ad personam, nec de casu ad casum
6 sunt extendenda; sunt enim & illa odiosa, & ideo strictam recipiunt interpretationem, *Rota in Mediolanen. Seruitutis coram R. P. D. Pegna.* vbi etiam quòd pluralitas seruitutum nõ præsumitur ad instar nec pluralitas Actuum, *l. omnium, C. de Testament.* & ibi *Glos. l. fin. C. de Reb. cred. cap. in præsentia versic. verum de probat. Euzard. in Topic. legal. loco 86 Mascard. de probat. concluſ. 1174. Menochius de Arbitr. Iudic. libr. 2. cas. 93. num. 32.* qui *in tractat. de præsumpt. libr. 6. quæst. 15. num. 36. cum sequ.* nec etiam
7 præsumi pluralitatem personarum, nisi probetur ab allegante fundauit, quod etiam dixerunt *Surd. cons. 61. num. 74. volum. 1.* & *Rota in nouissim. decis. 5. num. 4. part. 1.*

8 Hinc cùm vna vice casus accidisset cruciandus in Regia Audientia Comitatus Molisij, me existente causæ Commissario, & relatore iuxta supradicta extitit determinatum in Anno 1632. pẽnès Villanum Actorum Magistrum.

SVMMARIVM.

2 *Pro gustibus Baronum Vniuersitates non tenentur dare personas, sed soluendæ sunt si Barones illas velit, & quid si pro venationibus, num. 1. & 3. vbi grauantur aliàs Vassalli.*

4 *Soliti venari, & aucupari mediante salario, cogi possunt seruire Baroni soluta solita mercede.*

5 *Qui venantur voluptatis causa, vel sunt habiles ad tale exercitium non possunt cogi à Baronibus, vt cum eo eant ad venandum, etiam soluta mercede.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones pro causa Venationis, vel Aucupij Homines ab Vniuersitatibus extorqueant.

GRAVAMEN XX.

1 ETiam venandi, & aucupandi gratia homines ab Vniuersitatibus per Barones peti videmus, imò ad dandos coguntur, nec verecundia afficiuntur, ipsos gustibus vacando pauperes defatigare velle, vhæ ipsorum conscientijs.

2 Sciant igitur, quòd quando ad hunc effectum homines habere intẽdunt, subditis Grauamen afferunt, quia pro gustibus Dominorum Vniuersitates personas dare non teuentur, sed si quos velint ipsi mediãte salario querere debent, vt dixit *Rota* ad alium finem *in Veronen. seruitutis coram R. P. D. Lugdunen.*

Hinc pro Grauamine fuit recognitum apud Cõsiliariũ Cæsarem Vitellium Cõ-
3 missarium specialiter destinatum, quãdo Magnifica Vniuersitas Pisticij cõquesta est, quia eius vtilis Dominus expetebat homines, qui debebant eidem inseruire pro venationes; & proinde fuit prouisum pẽnès Carum Actuarium, quòd Baro abstineret, nec pro tali causa Vniuersitatem molestaret ad dandos illi Ciues pro venatione, & abstinere debere ab hoc etiam fuit prouisum per Consiliarium Quatram contra Illustr. Ducem Sicinianì in Anno 1565. vt in Banca de Mondellis.

Con-

Digitized by Google

Concurrerem tamen in fauorem Ba-
4 ronum, vt si adessent Venatores soliti ire ad venandum, & aucupandum mediante salario, vel vendendi causa venationem, & aucupium, si Barones ipsi vellent ire pro tali effectu soluta curren ti mercede, possent illos cogere ad eundum secum pro tali exercitio, sicque in piscatione facienda, & in similibus causis mihi suaderem ex dictis supra in *Grauamin. 82. tom. 1.* & soluto salario posse illos vti prouisum reperio ad fauorem Vniuersitatis Vici de Montanea, vt in processu in Banca Figliolæ.

Nec silentio pertranseam cum grano salis dixisse solitos ire pro mercede. vel
5 vendendi causa ad venandum, posse cogi, qua volui excludere illos, qui voluptatis causa irent ad tale exercitium peragendum, nec fui opinionis includere habiles, cùm non simus in casibus necessarijs, sed voluptatis, & gustus, à quibus habiles debent esse exempti, & Domini cogere nequeunt illos, vt pluries prouidit S.C.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ quæ debentur patri, debentur & filio, non habet locum in præstatione seruitiorum.*
2 *Filius gaudet priuilegio electionis fori, quo gaudet pater.*
3 *Baro an cogat Vassallos ad seruitium massariæ, quæ est matris.*
4 *Fratres Baronum, filij, & consanguinei non possunt in subditos exercere iura dominicalia, & num. 10. vbi decisum.*
5 *Iura dominicalia non extenduntur ad alios, qui verè domini non sunt, licèt habeantur pro talibus.*
6 *Leges pœnales non extenduntur ad illos, qui verè tales non sunt, licèt habeantur pro talibus.*
7 *Aliud est esse Baronem, aliud haberi pro Barone.*
8 *Aliud est esse Ciuem, aliud haberi pro ciue.*
9 *Lex de dominis Officiorum loquens non intelligitur de Arrendatarijs.*
11 *Fratres Baronis non possunt depascere oues in territorijs Vniuersitatum solitis vendi, nisi soluant pretium herbagij.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si ad præstanda seruitia Filijs, Fratribus, & Coniunctis Baronum cogantur.

GRAVAMEN XXI.

1 REstringitur quidem in odiosa materia præstationis seruitiorum Regula illa, vt quæ debentur patri debentur & filio, vti eidem personæ, de quorum connexitate fuso sermone perplura nos cumulauimus *in Praxi elect. & variat. fori quæst. 9. sect. 3. in recentissima editione Neapolitana*, dum voluimus adiuuare conclusionem, & firmare Regulam, vt filius priuilegiatæ personę habētis priuilegium electionis fori, eodem beneficio gaudeat quo & pater.

Hinc quamuis Vassalli ad seruitia imposita à Baronibus adstringantur, iuxta eorum tamen decentiam, & statum, vt aliàs diximus in *prim. tom. huius tractatus*, & patet ex inueteratis nostrorum Tribunalium prouisionibus.

Tamen non per hoc eodem iure debent vti filij Baronum in imponendis seruitijs pro eorum priuato comodo, sicque reperio prouisum ad fauorem Vniuersitatis Terræ Controni contra eius Baronissam pęnès de Ferrarijs Actuarium.

3 Cùm enim filij Baronissæ dictæ Terrę pro seruitio Campi, seu Massariæ, quam seiunctim à matre faciebant, iuberent pęnalibus mandatis, & cum pęnarum exactione cogerent Ciues eiusdem Terræ ad inseruiendum ipsis ad illum effectum, habito recursu ad Sacrum Consilium fuit per Ioannem Andream de Curte Regium Consiliarium, & causæ Commissarium sub die 16. Nouembris 1568, decretum, quòd dicti Ciues non teneantur

Digitized by Google

tur seruire, nisi vtili Dominę, & respectu bonorum feudalium tantùm.

4 Et quod respectu filiorum Baronum dicitur, habet pariter & magis locum respectu fratrum, & aliorum consanguineorum eorumdem, cum non sit conueniens, vt omnes possint in subditos exercere iura dominicalia: sed solùm veri Domini hanc facultatem exercere debent.

Licet enim supradicti qnodammodo ex coniunctione, quam habent cum Baronibus fictè quasi videantur Barones, in effectu Barones non sunt, & iura dominicalia non extenduntur ad illos, qui 6 verè non sunt tales, licèt habeantur pro talibus, d instar pęnalium legum, quæ non extenduntur ad eos, vere tales non existentes sed habitos pro talibus *Seraphin. decis. 137. num. 3. Giurba cons. crim. 96. num. 15.* Aliud est enim esse Baronem, aliud autem haberi pro 8 Barone prout aliud est esse ciuem, aliud haberi pro ciue *Ludouis. dec. 279.* illud inquam veritatem, hoc fictionem denotat *Tiraquel. de Reuocand. donat. glos. retertatur num. 225. Azued. in l. 4. num. 14. & 15. tit. 20. libr. 6. Recompilat.* Et ideò lex de Dominis Officiorum loquens de Arrendatarijs intelligi non 9 potest *Seraphin in d. decis. 537.* Ex dictis per *Soccin. cons. 275. num. 5. vol. 2.*

10 Vndè alias cum conquesta esset Vniuersitas Terræ Rionigri in dicta Terra adesse plures Fratres Baronis, omnes volentes dominari, & quotidiem iniungentes seruitia particularibus eiusdem Terræ pro vsibus particularibus ipsorũ Fratrum, & proinde instaret decerni non esse obligatos inuitos ad prestanda seruitia prædictis Baronis Fratribus mediante decreto Iulij de Palermo Regij Consiliarij, & causæ commissarij extitit prouisum ciues dictæ Terræ non cogi inuiti à fratribus Magnifici Baronis ad præstanda seruitia, quæ exigere non debeant nisi à volentibus vt in processu grauaminum dictę Terræ *fol. 493.* in Banca de Felice.

11 Quæ quidem Vniuersitas rationabiliter quoquæ dicebat, quod Franciscus Carrafa frater Io: Antonij Carrafæ Baronis dictæ Terræ non poterat facere depascere suas Oues in Territorijs & herbagijs dictæ Vniuersitatis, solitis vendi pro necessitatibus absque eo quod solueret eidem Vniuersitati pretium, sicuti soluebant omnes alij Ciues habentes animalia, quod & fuit intentatum meo tempore in Regia Audientia Comitatus Molisij contra Nepotes cuiusdam Baronis, licet nulla subsecuta fuerit determinatio, quoniam pro parte Vniuersitatis non fuit prosequtum iudicium.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli non coguntur præstare animalia pro accessu testium examinandorum ad fauorem Baronis contra Vniuersitatem eorum, & num. 2.*

3 *Vassalli non fraudant iura Dominicalia, si denegant seruire Baroni contra eorum Vniuersitates, & quare, num. 4.*

5 *Nemo tenetur contra propria commoda laborare.*

6 *Contra proprium interesse nemo laborare præsumitur.*

7 *Dare commoditatem contra se nemo adstringitur, & quare.*

8 *Nemo cogi potest contra se ad producendum testes, & aduersarium iuuare.*

9 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*

10 *Aduocatus aduocando contra proprium dominum priuatur feudo, fallit si in causa propria aduocet contra dominum, quia excusatur, num. 11.*

12 *Nemo vtilitatem alienam propriè præferre cogitur, etiam si vnus sit Dominus, alter Vassallus.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si cogantur præstare seruitia cum eorum Animalibus pro accessu Testium ad fauorem Baronum contra eorum Vniuersitates examinandorum.

GRAVAMEN XXII.

1 CVm Illustrissimus Marchio Terræ Vici de Montanea S. Angeli de Apulea pro lite, quam habebat cum Vniuersitate dictæ Terræ vellet facere examinari Testes à longinquis partibus, qui debebant deponere testimonium veritatis in Sacro Regio Consilio, hac de causa fecisset iniungere mandata Ciuibus habentibus Animalia apta, & solitis locare illa, vt seruire deberent cum dictis animalibus ad vehendos dictos Testes Neapolim cum solutione salarij seruata forma Regiæ pragmaticę, pro parte dictorum Ciuium remitentium id agere fuit habitus recursus ad idem Sacrum Concilium petendo mandari dicto Marchioni, ne illos molestaret pro tali causa, vel saltem si secus videatur mandari esse soluendum salarium prout inter Ciues, & per D. Vincentium de Franchis tunc Regium Consiliarium causæ Commissarium, deinde Sacri Consilij Bræsidem meritissimum, & numquam satis laudatum, fuit prouisum, quod Vniuersitas prædicta Terræ Vici, & eius Ciues minimè teneantur præstare seruitia cũeorum Animalibus Illustris. Marchioni Terræ prædictæ Vici pro accessu Testium contra Vniuersitatem prædictam die 9. mensis Maij 1578. vt in processu grauaminum dictæ Terræ fol. 777. à tergo in Banca Figliolæ.

2 Quare vigore huius decreti (vt nostro instituto satisfaciamus) potest firmari Regula, quod si per Barones cogantur Ciues ad præstanda Animalia pro vehendis Testibus ad eorum fauorem examinandis contra Vniuersitates, vtiquè in hoc casu grauant, & è contra
3 licete in huiusmodi casu Ciuibus denegare seruitia, nec iura dominicalia fraudare videntur.

4 Iustificatur hæc opinio, nam ex asportatione testium deponere volentium ad fauorem Baronum contra Vniuersitates particularium Ciuium oritur interesse,
5 & præiudicium, & de iure nemo tenetur contra propria comoda laborare, vn-
6 de contra proprium interesse laborare nemo præsumitur, *Ludouis. decis. 567. num 5.*

7 Et aduersario dare comoditatem cõtra se nullus astringitur, quia esset agere contra propriam charitatem, à se ipso incipere debentem; *l. qui seruandarum, ff. de præscript. cap. si non licet 23. quæst. 5. cap. dilecto de præbend. Piecard. in §. Iuris præcepta, n. 29. Inst. de Iust & Iur. Caldas Pereira quæst. forens in tom. ad tit. Instit. de inoffic. Testam. Sese dec. Rot. Aragon. 36. num. 6. tom. 1.* quia quis magis sibi, quàm alteri prouidere tenetur, *l. si quis liberis §. fin. ff. de liber. agnoscend.* exornãt *Card. Tusc. pract. conclus. tom. 1. lit. C. conclus. 220. & Gratian. forens. discept. tom. 1. cap. 176.*

8 Iuuat illam satis *Text. in l. nimis graue C. de Testibus*, vbi cauetur nemiuem contra se cogi posse ad producẽdos testes, & adiuare Aduersarium suum *Gutierez Canon. quæst. cap. 11.*

9 Necnon corroboratur, quia officium suum nemini debet esse damnosum *l. sed & si quis ff. quemadmod. test. aperiatur, l. inter officium ff. de rei vendic. cap. cum non deceat de elect. in 6. Card. Tusc. pract. quæst. tom. 5. lit O. conclus. 94. Munnoz Estobar. de Ratiocin. cap. 7. num. 57. Monet. de distribut. quotidian. part. 2. quæst. 11 num. 8.*

10 Confert, quia quamuis Aduocatus nõ possit aduocare contra proprium Dominum, cuius est Vassallus, & contrariũ agendo priuatur feudo, vt fusè probat *Gram. decis. 80. Guid. Pap. decis. 551. sub num. 5. Afflict. decis. 265. Gail. obser. 88.*
11 *num. 5.* Tamen si pro defendenda causa propria id agat excusatur, nec feudo priuari poterit, *Specul. in tit de Aduocat. §. 1 num. 30. Papon. Arrestor. Curia libr. 6. tit. 4. Arresto 5. Borrell. in summa decis. tit de Aduocat. num. 84. tom. 1.*

12 Cum nemo vtilitatem alienam propriæ præferre teneatur, etiam si vnus sit Dominus alter Vassallus, *Glos. in cap. 1. §. final. vers. potuerit de Alienat. feud. patern. Viscont. in suis conclus. Iur. in verbo charitas fol. mihi 25. colum. 1.*

Congruit

Digitized by Google

Congruit in supradictorum corroborationem *Arumeus Fritius decis. Ienens. 10. lib. 1.* quatenus firmat iniquum videri eum à quo opem experitur in necem ipsius produci, qui & alia cumulat occasione iure stigationis Articuli An Aduocatus in causa Cui patrocinium præstat testis esse possit.

SVMMARIVM.

1 *Baro grauat Vassallos, si pro mercede soluenda in pecunia dent Victualia.*
2 *Peccat cum obligatione restituendi, qui mercenario non soluit in re, quam debet, sed in alia contra eius voluatatem.*
3 *Nauarri verba referuntur contra eos, qui non soluunt mercedem in re, quam debent.*
4 *Merces si soluitur in alia re, quam debeatur, æstimanda est iusto valore.*
5 *Vassallus pro seruitijs præstitis est creditor in pecunia.*
6 *Aliud pro alio inuito creditore solui non potest, & soluens non liberatur.*
7 *Res ablatæ si non sunt usu consumptibiles, & extent, non est in facultate restituere debentis dare equiualens, sed ipsam rem restituere tenetur.*
8 *Aliud pro alio creditor recipere non tenetur, etiam si melior conditio ei offeratur.*
9 *Debitor inuitus aliud pro alio soluere non cogitur.*
10 *Soluens speciem pro quantitate non liberatur.*
11 *Species pro quantitate solui nequit.*
12 *Maritus recipiens dotem in quantitate, non potest illam restituere in specie.*
13 *Debitor quantitatis quando possit offerre bona stabilia.*
14 *Vna res pro alia retineri non potest, nisi de consensu partium.*
15 *Aliud pro alio cedi nec potest, & maximè quando creditori præiudicium afferre posset.*
16 *Testator si legat centum, quę sunt pp. nès Campsorem, quæ si hęres non præstat teneatur mihi dare vineam, an possit hęres dare alia centum, vel teneatur dare vineam, quod quomodo procedat, num. 17.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si conuenta Merces in pecunia non soluatur pro operibus præstitis in seruitium Baronum, sed in alia Re fiat solutio.

GRAVAMEN XXIII.

1 SOlent Vtiles Terrarum Domini loco pecuniæ, quæ deberetur Vassallis, qui operam præstiterunt in eorum beneficium illis dare victualia, caseum, lanam, panna, & similia, & tamen pro præstitis operibus merces in pecunia esset soluenda, & in hoc casu grauant; prout sic fuit habitum pro vero tempore meo in Regia Audientia Apuleæ, & ideo contra Barones solent relaxati prouisiones, vt abstineant.

2 In terminis enim nostris *Nauarr. in suo Manuali Confessar. cap. 17. num. 108.* affirmat peccare cum obligatione restituendi illum, qui mercenario Diarium suum non soluit in ea re, quam debet, sed in alia; cuius verba cùm satis conducant huic Granamini volui illa per extensum hic reponere, & sunt, quæ sequuntur, videlicet;

3 *Decimonono, qui mercenario Diarium suum statim non soluit contra illud*

Digitized by Google

cap. Leuit. Non morabitur opus mercenarij, &c. Vel soluit quidem, sed non in ea re, quam debet, sed in alia, puta panno, aut exculento contra eius voluntatem, cum possit soluere in re conuenta, & si in ea non poterit soluere
4 *id in quo soluet æstimandum erit iuxta pretium commune, & si mercenarius eo non indigens illud vendit, & non inuenit pretium quo accepit, & ad damnum tenetur iuxta S. Antonin. 2. part. tit. 1. cap. 17. §. 8. & communem quod meminisse debent Confessarij, & admonere Concionatores in eis Terris, in quibus Duces, & alij Ministri Regum soluunt stipendia militibus in pannis, quibus illi non indigeut, quousque longè viliori pretio statim vendere coguntur.* Hactenus ille.

5 Negari enim suaptè nequit Vassallum pro præstitis seruitijs esse creditorem in pecunia, & tamē nescit nemo re-
6 gulam: Aliud pro alio inuito creditore soluendum non esse & soluentem minimè liberari, vt in *l. 2. §. Mutui datio si certum petatur l promissor §. fin. ff. de constit. pecun. l. item liberatur §. qui paratus ff. quib. mod. pign. vel hipotec. l. eum à quo C. de solut.* exornant *Card. Tusc. concluſ. 354. lit. S. & Guttierez de Iuram. confirmat. cap. 29. part. 1.*

Vndè in materia restitutionis, quando Res ablatæ non sunt vsu consumptibiles, & extent non est in facultate restituere debentis dare æquiualens Rei, sed ipsam rem dare tenetur *Turrian. 2. 2. tom. 2. disp. 10. dub. 1. num. 2. & 3. Valent. tom. 3. disp. 7. quæst. 6. punt. 7. Tarrer. in 2. 2. disp. 4. quæst. 6. dub. 14. num 375. Dian. resol. moral. part. 2. tract. 2. Miscell. resol. 41.*

Nec aliud pro alio recipere creditor tenetur etiam si melior ei offeratur cõditio *§ præterea Instit. de Action. l. fin. ff. de Vsu, & habitat. Auth. offeratur &* ibi *Glos. C. de lit. contestat. Surd. cons. 201. num. 2.* vbi *num. 3.* quod creditor aliud
6 pro alio recipere non compellitur, nec debitor inuitus aliud pro alio soluere cogitur, vt *in l. domini prædiorum C. de Agricol & censi. lib. 11. b* videndus latè *Alphons. Guzman. in tract. de euictionibus quæst. 22.* vbi multa cumulat occasione discussionis articuli, si venditor condennatus ob pecuniæ penuriam cogat emptorem ad recipienda bona immobilia præstita cautione de euictione.

10 Et soluens speciem pro quantitate
11 non liberatur, cùm species pro quantitate solui nequeat, *l. creditor §. Lucius, ff. de vsur. l. eum à quo, ff. de solut. Ruin. cons. 65. num. 10. volum. 2. Dec. in d. l. 2. §.*
12 *Mutui datio num. 26.* Vnde Maritus recipiens dotem in quantitate, illam in specie soluere non potest, *l. ex pecunia, C. de Iur. Dot. Bar. in l. res in dotem, num. 43 ff. de iur. Dot. Ludouic. concluſ. 10. Gizzarell. deciſ. 29. Ludouisius deciſ. 352.*

13 Facit, quia debitor quantitatis per publicum instrumentum nequit pro satisfactione sui debiti offerre bona, nisi stante impossibilitate, & concurrentibus requisitis, de quibus in *Auth. Hoc nisi C. de solut. Ludocie. deciſ. peruſ. 63. part. 2. Benitend. deciſ. 28. Thesaur. deciſ. 153.*

14 Et suffragatur, quia nec vna Res pro altera retineri potest nisi de partium consensu *l. si Maritus C. de distract. pignor l. quamuis C. de pignor. l. si ex ea pecunia de Rei vendicat. Corn. cons. 267. num. 3. lib. 1 Gratian. forens. discept. tom. 4. cap. 618. num. 5.*

15 Et aliud pro alio cedi nec potest maximè quando creditori præiudicium afferre posset, *Cotta. in memorabil. in verb. solui non potest versic. addo prædicta Regula.*

16 Quare theorica *Bar.* meritò vera redditur, dum in *l. talis scriptura num. 3 in fin. per illum textum, ff. de leg. 1.* scripsit, quòd si Testator legauit mihi centum, quæ erant penès Campsorem, & si ea mihi hæres non præstaret, teneretur vineam mihi dare: si hæres illa centum. quæ penès Campsorem erant expenderet, velletque mihi alia centum dare, ea recipere non cogor, sed vineam petere, & obtinere possum tradit etiam *Ias. in d. §. Mutui datio num. 8.* Et de communi testatur *Surd. cons. 217. num.*
17 31. quod tamen procedit, quando pecunia fuisset in sacculo tamquam species designata, secus si quantitas adnumerata, vt per *Addent. ad Bar. loco cit. lit. A.* & ibid. *Ias. num. 11.* vbi testatur

tur de communi, sequitur nouissimè *Aluar. de Velasc. in tract. de priuileg. pauper. quæst. 46. num. 3. part. 1. & Pyrr. Maur. Arretin. in tract. de solut. cap. 7. num. 14.* apud quem alia habes cum declarationibus.

SVMMARIVM.

1 *Tabellarij nomen vnde ortum.*
2 *Vassalli ab seruitium vtilium Dominorum tenentur iuxta eorum exercitium, & artem, nec extra illud inseruire debent.*
3 *Tabellarij qui debent portare litteras, si cogantur à Baronibus portare aliud onus supra dorsum, grauantur.*
4 *Tabellarij coguntur cum litteris Baronum portare aliud onus, si sint soliti cum litteris aliorum portare alia onera.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Barones Cursores quos mittunt cũ litteris cogant pariter ad portanda Bona supra dorsum vulgò (in cuollo)

GRAVAMEN XXIV.

1 OFficium, siue Cursorum munus est portare litteras, vnde nomen Tabellariorum ortum est, quia tabellas antiquitus portabant, quæ loco cartarum deseruiebant, vt per *Polidor. Virgil. de Inuention. Rerum.*

2 Cumq; ad seruitium Vtilium Dominorum Vassalli iuxta eorum exercitium, artem, & officium inseruire debeant, nec extra illud, vt pluries reperio iudicatum ad fauorem Ciuium, & probatur in *l. cuius artificij, & l. nec audiendos ff. de operibus libertorum.*

3 Ideo Tabellarij, & Cursores, qui tenentur portare litteras non possunt cogi portare aliud onus supra dorsũ, vulgò (in cuollo) quòd si contrarium attẽtent Vtiles Domini vtique grauant, prout pro Grauamine fuit reputatum in S.R.C. dum Vniuersitas Terræ Pratæ de hoc conquesta esset contra suum Baronem, qui dabat Cursoribus portãtibus litteras bona asportare supradorsum, & proinde mediante Decreto fuit prouisum Baronem posse tantùm litteris onerare Cursores, vt in processu Grauaminum dictæ Terræ fol. 226. in Banca Figliolæ.

Et aliàs quòd abstinere debeat Baro ab hoc iniungendo fuit prouisum pro Vniuersitate, & Ciuibus Terræ Sancti Gregorij pẽnès Iubenum Sacri Consilij Actuarium nunc de Cantone existente causæ Commissario Regio Consiliario Cæsare Vitello.

Prout & sic pariter in Anno 1632. reminiscor per Regiam Audientiam, fuisse relaxatas prouisiones contra quẽdam Baronem Comitatus Molisij, dũ cogebat Ciues Tabellarios quos mittebat Neapolim pro suis seruitijs, ne dum asportare litteras, verùm etiam aliquando duos pares hippacum, duas formas casei, & similia, vel alia, & soluebat ad rationem Pragmaticæ, & ac si simpliciter litteras asportaret.

4 Verùm si Tabellarij ipsi solerent inseruitium particularium portare aliquid vltra litteras, ne de deterioris conditionis esse videantur Barones, mihi suaderem, vt soluto salario, prout inter Ciues, ipsi possent cogi ad similia asportanda pro seruitio Baronum, quia cùm extra solitum non sint seruitia, cessat vtique grauamen, prout millies in simili iudicauit Sacrum Consilium.

Videmus enim quàm sæpiùs Villicos non esse tam delicatos, quin supra dorsum non portent, etiam in itinere lõgo.

SVMMARIVM.

1 *Ciues electi pro seruitio Vniuersitatum si vocentur à Baronibus ad eorum seruitia, ad diuertendum seruitium Vniuersitatis, grauatur Vniuersitas.*

Digitized by Google

2 *Baro suo iure dominicali non potest impedire quin eius Vassallus potius obsequatur propriæ Vniuersitati, quàm sibi.*

3 *Obsequium Vniuersitatis est vna ex causis, in quibus Vassallus excusatur à Domini seruitio.*

4 *Vassallus de iure est obnoxius ad præstanda seruitia Baroni, quemadmodum & Vniuersitati in muneribus personalibus exercendis.*

5 *Ciuis in concursu potius debet inseruire Vniuersitati, quàm Baroni, amplia num. 6. & 8.*

7 *Vassallus, & Ciuis electus à Barone in Aerarium, & ab Vniuersitate in electum Vniuersitatis, potiùs Vniuersitati seruire debet, quàm Baroni.*

9 *Prioritas temporis in electione minimè prodest Baroni contra Vniuersitatem, si ciuis eligatur ad seruitia præstandum Baroni, & Vniuersitati.*

10 *Regula prior in tempore potior in iure procedit cæteris paribus, secus quando concurrit magis priuilegiatus.*

11 *Baro si velit vti tabellione salariato ab Vniuersitate pro mittendo Neapolim pro litibus, non potest illum impedire, quin seruiat Vniuersitati sub prætextu quòd inseruiat sibi, & vice versa.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando stantes accincti pro aliquo seruitio Vniuersitatis ab illo diuertuntur per Barones, vt eis inseruiant, & sic potiùs ipsis, quam Vniuersitati inseruire coguntur.

GRAVAMEN XXV.

MVltocies vidimus deputari, & eligi Ciues pro aliquibus oneribus, & seruitijs Vniuersitatum, & Barones impediendi causa solent fingere, ipsos opus habere talibus personis destinatis pro suo seruitio, & cum effectu mandant vt eis inseruire veniant, & sic diuertunt Vniuersitatum seruitia, & certè ex hoc grauare se possunt Ciues, & Vniuersitas ipsa, prout in facti contingentia grauata est Vniuersitas Terræ Casularo in Sacro Regio Consilio, eo quia, dum ipsa destinabat Tabellarios mittendi causa Neapolim, & in alios locos pro seruitio Vniuersali, Baro diuertendi causa, ne dicti Tabelliones inseruirent Vniuersitati, impediebat faciendo imponi mandata quòd erant necessarij pro suo seruitio, inde ipsa Vniuersitate instante per Michaelem de Villa Noua Regium Consiliarium, & Commissariũ destinatum extitit prouisum, Magnificũ Baronem abstinere debere, cuius prouisio decreto Sacri Consilij facto verbo fuit confirmata sub die 24. Mensis Maij 1574.

2 Casu enim iuris est Baronem suo iure dominicali non posse impedire, quin eius Vassallus obsequatur propriæ Patriæ potius, quàm ipsi Baroni, hæc quæst

3 vna causa, ob quam Vassallus à Domini seruitio excusatur, ita in proprijs terminis fundat *Ardizon. in summa feudal. cap. 69. in fin.* quem refert, & sequitur *Reg. Ronit. in cons. 73. lib. 1.* vbi quòd licèt Vassallus sit de iure obnoxius ad præstanda seruitia Baroni quemadmodum, & Vniuersitati suæ patriæ in muneribus personalibus exercendis, vt *toto tit. ff. de Muner. & honor. & de Vacat. Muner. & in lib. 10. Cod. eisdem tit.* Et figeanter in muneribus concernentibus defensionem, & regimen Vniuersitatis;

5 Tamen in concursu potiùs debet inseruire Vniuersitati, imò neque ex prærogatiua

6 occupatione datur prælatio ipsi Baroni,

7 & proinde ibi concludit, quòd si Baro eligat Vassallum, vt subeat onus Aerarij & Vniuersitas ei demandat munus, & officium electi, potius Vniuersitati, quã Baroni Vassallus, & Ciuis seruire debet per textum *in l. honor. §. 1. versi. plebei, ff. de Muner. & honor.* & ex dictis per *Raman. in l. Imperialem, §. firmiter, num. 33. de prohibit. feud. alien. per Frideric.* etiam quòd Baro in electione ab ipso facto esset prior in

8 tempore ipsa Vniuersitate, sicque re-

fatur

Digitized by Google

statur decisum, allegat pro hoc vltimo text. *in l. libertum §. præscriptio, vers. cū simul, ff. ad municip.* dicendo prioritatē temporis in electione minimè prodesse
10 Baroni, nam regula illla prior in tempore potior in iure procedit cæteris paribus, secùs autem quando concurrit magis priuilegiatus ad textum in *l. interdum, ff. qui potior. in pign. hab. & in l. licèt* C. *eodem tit.* addo *l. sed & milites*, ibi fortior *ff. de excusat. Tutor. & Card. Tusc. conclus. 760. lit. P. tom. 5.*
11 Sed non prætermittam dicere id quod reperi in processu inter Vniuersitatem Auigliani, & eius Baronem in Banca Figliolę; nam cùm conquesta esset ipsa Vniuersitas, quòd teneret pro Tabellione ordinario Ioan. Nicolaum della bella mittendi gratia Neapolim, vel alibi pro occurrentijs, & litibus Vniuersitatis; & *Baro*, eiusque Germani impedirent taliter, nè poterat seruitijs Vniuersitatis prædictæ vacare, vnde petebatur mandari, nè dictus Ioan. Nicolaus abstraheretur a dictis seruitijs per Consiliarium Vitellium causæ Cōmissarium sub die 18. Martij 1575. fuit prouisum, quòd si dictus Ioannes Nicolaus nominatus in Grauamine haberet salarium ordinarium ab Vniuersitate, eo casu Baro non impediat Vniuersitatem vti seruitio ipsius Ioannis Nicolai, Sin autem præferatur prædictus Baro.

SVMMARIVM.

1 *Aerarij non possunt cogi à Baronibus ad reddendas rationes extra locum administrationis.*
2 *Rationes quis reddere compellitur in loco gestæ administrationis.*
3 *Priuilegium electionis fori priuilegiatis personis concessum non competit vbi agitur de reditione computorum & reliquorum solutione, & quare, num. 4.*
5 *Barones grauant Vassallos, si vocent illos Neapolim, ad reddendum computum administrationis officij Aerarij in eorum Terris.*
6 *Iudicis arbitrio relinquitur vbi sint reddende rationes administrationis gestæ contrarium, num. 7.*
8 *Libertas si legatur seruo, si de administratis rationem reddat, quo in loco sit reddenda ratio.*
9 *Legatarius aut hæres institutus sub conditione aliquid agendi vel dandi an semper, debeat accedere ad locum illius, cui res est præstanda.*
10 *Barones non possunt esse iudices, quo nam loco sint reddendę rationes administrationis ab eorum Aerarijs*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si pro Aerariatu, Conseruatoria, vel Factoria administratis cogantur dare Rationes extra locum Administrationis.

GRAVAMEN XXVI.

1 NOn possunt absque Grauamine Vassalli pro Administratione Aerariatus, Conseruatoriæ, aut Factorię cogi à Baronibus ad reddendas rationes extra locum Administrationis, prout sic fuit determinatum in causa Vniuersitatis Terræ Siciniani cum eius Duce Vtili Domini existente Commissario Pręside de Franchis tūc Consiliario, fuit enim prouisū, quod Vtilis Dominus dictæ Terræ, & eius officiales recipiant computa Aerariorum, seu Camerariorum in loco administrationis eorum officiorum, vt in processu Grauaminum dictæ Terræ in Banca de Mōdellis Actorum Magistri.
2 Stat enim in iure indicata Regula, vt in loco gestę administrationis, quis reddere rationes compellatur ad text. in *l. 1. & 2. C. vbi de ratiocin. agi oport. l. prætor §. 15. etiam ff. de edendo.* fusè confirmat varijs quippe Doctrinis, & Rotalibus decisionibus *Gratian. decision. March. 180. Munnoz de Escobar. de Ratiocin. cap. 7. Gabriel. Berart. in Speculat. Visitat. cap. 23. num. 140. Serapbin. decis. 2205.* & nos latiori calamo reassumpsimus in *tract. siue prax. elect. & variat. fori quæst. 33. sect. 4.* in vltima impressione Neapolitana, vbi ex hoc vero axiomate ideo firmauimus conclusionem electionis fori beneficium aliàs

Digitized by Google

priuilegiatis personis concessum minimè competere, vbi agitur de redditione rationum, & reliquorum solutione, quia sunt huiusmodi peragenda in loco
4 gestæ administrationis, cùm ibi faciliùs & plenius veritas inuestigari possit; sequitur hanc opinionem Nos allegando nouissimè *Carleual in tractat. de Iudic. iis disp. 2. q. 6. sect. 7. lib. 1. tit. 1. in fin.*

5 Vnde satis patet, quantum grauent Vtiles Domini residentes in hac Ciuitate Neapolis, quando à Calabria, Hidrunti, à Terra Barij, ab Apulea, ab Aprutio, & à Basilicata Vassallos vocant ad reddendas rationes, & danda computa in eorum præsentia, nec aduertunt esse obligatos ad omnia damna & interesse tam accessus, & recessus, quàm morę extra proprios lares.

Inuigilent igitur circa id Patres Pęnitentiarij, & huic morbo remedium querant, quia est satis quotidianus, & de facili morbosum poterit facere perire, cùm de illo non habeatur ratio aliqua.

6 Et quàuis recenter *Vrsellius in examin. conclus. legal. in verbo Administrator conclus. 56. num. 53.* videatur firmare esse arbitrarium Iudici, vbi debeat reddi administrationis Ratio.

7 Tamen non est simpliciter tuta talis opinio, quia ad id adducit *Gratian. indicat. decis. 180. num. 9.* qui licèt reportet textum *in l. penult. §. fin. ff. de condit. & demonstrat.* vbi cum seruo est legata libertas, si de administratis rationem
8 reddat Iudex ex loco, & persona debet extimare vbi sit reddenda, dicit autem non obstare, cùm talis text. procedat in
9 conditionibus implendis; Non enim legatarius, aut hæres institutus sub cõditione aliquid agendi, vel dandi debet semper accedere ad locum illius, cui est præstanda conditio, sed in arbitrio Iudicis relinquitur, nè partes in hoc grauentur, puta nè in loco nimis remoto rationes reddantur; & alias responsiones habes in *nostra Praxi electi. fori. quæst. 34. num. 4. 5. & 6. sect. 4.*

10 Vltra quod in casu nostro, quonam in loco sint reddendæ rationes ab Administratoribus suis non possunt esse Iudices ijdem Barones.

SVMMARIVM.

1 *Aerarij & alij Factores Baronum, si finito anno velint reddere computa, & Baro reijcit, grauat, limita; num 9.*

3 *Socius si à consocio offerente computa reddere nolit accipere, quid agendũ.*

3 *Consanguinei consentire obligati, si recusent, Iudex potest compellere, & supplere vices eorum.*

4 *Tertius positus à iudice ad videndum computa Aerarij. erit ac si possit esse Barone recusante.*

5 *Factum Iudicis, & partis equiparantur.*

6 *Ratio insolutum facta à Iudice censetur voluntaria partis.*

7 *Ratiocinijs obligatus nisi rationes reddiderit, non potest ordinari, nec ingredi Religionem ex Bulla Sixti Quinti.*

8 *Baro infra quem terminum debet recipere, & expedire computa Aerariorum, & Camerariorum.*

10 *Causa excludit Grauamen, & dolum.*

11 *Causa quælibet etiam leuis excusat à pęna & contumacia.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Barones renuant recipere Computa Administrationis factæ pro eorum seruitio.

GRAVAMEN XXVII.

1 SI Aerarij, Factores, Conseruatores, & similes, qui administrarunt Bona feudalia Baronum finito Anno velint reddere rationes, & dare computa, non possunt absque Grauamine reijci, sed debent admitti ad computa danda.

2 Dixit enim Rota in *Romana societatis Officiorum 1600. coram R. P. D. Penia*, socium teneri accipere computa à consocio illa offerente, & in casu renitentiæ posse per Iudicem compelli, & illo nolente interuenire posse deputari alterum ad illa videnda, conferũt *Roland. cons. 49.* & latè adducta per *Gizzarell.*
3 *decis. 65.* qui refert concluſum in Sacro Consilio vt consanguineis obligatis cõsentire

Digitized by Google

sentire recusantibus, posse Iudicem illos compellere, vel ipsis dare licentiam, & supplere eorum vices, ex *Bal. in l. 1. cap. de Nupt. & l. Viduæ, C. eod. tit. vlt. Salicet. l. infanti C. de Iur. deliber.* fusè *Roman. in l. transactionem C. de transact.*

4 Qui quidem Tertius positus à Iudice, erit ac si à Barone esset potius ex
5 Regula quòd factum Iudicis, & partis æquiperantur, *l. si ob causam C. de euiction. Menoch. de Recuper. possess. Remed. 8. num. 44. Caldas Pereira de Resolut. emphiteus. cap. 5. num. 5. Card. Tusc. pract. conclus. lit. F. conclus. 30. tom. 3. Rot. in Recent. decis. 184. num. 2. tom. 1. part. 1. Caualer. decis. 319. num. 3.* vbi *num. 4.*
6 fundat dationem in solutum factam à Iudice censeri voluntariam partis ex *Surd. decis. 266. num. 13.* vbi alia cumulat; Vnde ita consului cuidam, qui per varios annos administrauerat bona sui Baronis, & deinde vellet ascendere ad Sacros Ordines, & ex impedimento redditionis rationum dicto Baroni erat superfessus, cum ratiocinijs obligatus,
7 nisi reddiderit rationes non possit ordinari, *cap. vni C. de obligat. ad Ratiocin. Ordin. vel non.* Nec ingredi valeat Religionem vigore Bullæ Sixti V. incip. Cùm de omnibus, *Salzedad Diaz in pract. Canon. cap. 20. Cur. Philippoc. part. 2. libr. 2. cap. 9. Munnoz Escobar. de Ratiocin. cap. 4. Bonacin. de Censur. disput. 7. quæst. 2. punct. 5.*

Hinc in causa Illustrissimi Marchionis Sancti Erami cum Vniuersitate, & Hominibus Castri Pascarolæ die 2. Mẽsis Octobris 1578. visis Actis per Regium Consiliarium Ferdinandum de Haro causæ Commissarium prouisum, & decretum est, vt finito anno, ac veniente Camerario ad reddenda computa,
8 teneri dictum Marchionem illa recipere, & expedire infra duos menses pœnès Ioannem Andream Felice Actorum Magistrum.

9 Cæterùm nè omninò indefensos Barones relinquam, liceat in eorum gratiam dicere, quòd si legitima causa existeret denegandi computorum receptionẽ cessabit Grauamen ex dictis per *Gizzarell. indicat. decis. 65. num. 1.* vbi in tantum transit cum adducta opinione, in quantũ causa non insit contradictionis, at secùs si causa legitima contradicendi vigeat.

10 Causa enim excludit Grauamen, & dolum ad *text. in l. igitur, ff. de liber. caus.* cum fusè adductis *à Farinacc. in practic. crimin. quæst. 90.* vbi ampliationes quoque reportat *Castillus* nouiter post cæteros *decis. Sicil. 188. part. 2.* vbi proba-
11 uit causam quamlibet etiam leuem, & multò magis iustam excusare à pœna, & contumacia.

SVMMARIVM.

1 *Barones grauant Vassallos, nisi dent liberatorias Aerarijs in fine anni, cùm non remanent debitores, & ita decisum, num. 2.*

3 *Administrator qui reliqua restituit si quæ debetur, debet habere liberatoriam, alias potest implorare Officium Iudicis.*

4 *Renitens facere liberatoriam administratori qui non debet ex administratione gesta potest cogi.*

5 *Liberatio siue quietatio potest esse plena, plenior, & plenissima.*

6 *Quietationes administrationis gestæ debent esse in scriptis, aliàs non sunt legitimæ.*

7 *Iudex potest facere reuideri rationes, & dari quietationem administratori, qui restituit reliqua parte remanente, cui erant reddenda computa.*

8 *Quietatio facta à Iudice habetur vt concessa à parte renitente illam dare.*

9 *Quietatio facta per Balium Baronis, nisi de computis constet, non habet vigorem, & poterit cogi ad reddendas rationes.*

10 *Tutor si quietat gestorem negotiorum pupilli, an illud liberet, etiam si ratificarit pupillus.*

11 *Liberatoria facta Aerario intelligitur de administratis, non de administrandis.*

12 *Liberatio relicta tutori quid operetur?*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando post reddita Computa, & Rationes Aerariatus, vel Conseruatoriæ, aut Factoriæ Baronalis, Barones illis qui administrarunt differunt facere Liberatorias, & Quietationes, vulgò, *Quietanze*.

GRAVAMEN XXVIII.

1 VBi redditis computis, & saldatis partitis, Ciues qui administrarunt Baronalia bona vti Aerarij, vel Conseruatores non remanent debitores, debēt obtinere Liberatorias seu Quietationes, vulgò (*Quietanze*) quòd si ipsas facere Barone, differant ad finem tenendi illos timoratos, vtique grauant.

2 Indè cùm Vniuersitas Terræ Auigliani cōquereretur de suo Barone, qualiter post exactum seruitiū à Ciuibus vti Aerarijs, & Camerarijs nolebat facere Liberatorias habito recursu ad Sacrum Regium Consilium sub die 17. Mensis Aprilis 1578. per Consiliarium Vitellum extitit prouisum quod in fine Anni teneatur Baro facere Liberatoriam Aerario, & Camerlingo, vt in Banca Figliolæ, & alias fuit prouisum per Regium Consiliarium Bermundez, quòd Magnificus Baro Postilionis teneatur facere Quietationes, & Liberatorias Administratoribus Baronalibus, qui reddiderūt computa cum reliquorum solutione pēnès eumdem Figliolam Actuarium.

3 Vbi enim qui administrauit saldauit computa, & reliqua si quæ debuit restituit, debet habere liberatoriam, & obti-
4 nere Quietationem. Et contra recusantem potest implorare officium Iudicis, & illum cogere, *l. pluries Apochis C. de fide Instrument. l. sicut datam. C. de liberal. cauſ. Damauder. de Tutor. & Curat. liberat. num. 9. Dec. conſ. 90. circa finem*, refert, & sequitur *Munnoz. de Escobar. in ſuo tractat. de Ratiocin. cap. 40.* Vbi
5 etiam quòd liberatio, siue quietatio po-
6 test esse plena, plenior, & plenissima, dicens huiusmodi quietationes in scriptis redigi deberi, quia non aliter legitimè probantur *ex Gloſ. notabil. in l. 1. C. de ſolut. & liber. Debit. Ciu. in verbo Aſſignantium*, quam sequuntur *Imol. in l. vero procuratori §. fin. ff. de ſolut. Gregor. Lop. in l. 14. partit. gloſ. in verbo Mādamiento*.

7 *Et Roland. in conſ. 49.* annuit, quòd si quis fuerit renitens ad faciendam Quietantiam saldatis computis, & restitutis reliquis, in tali casu Iudex potest facere reuidere rationes, & de reliquis solutis præstabit Quietationem Administratori nomine illius Quietationem
8 reddere nolentis, & hæc erit veluti à parte ipsa concessa.

Qua occasione obseruabis, vt si reperiatur facta Liberatoria, & Quietatio Aerario Baronali per Balium Baronis, nec constet de rationibus redditis, & computis factis, illa non habebit vigorem, & poterit cogi ad reddendas rationes. *Cauale. in tract. de Tutor. & Curator. num. 203. & ſequ.* vbi alios allegat *Montanar. in Pragmat. 5. §. 10. num. 10. de Adminiſtr. Vniuerſit. Thor. in Compend. deciſ. Regni in verbo Quietatio facta Tom. 1.* Dicens sic fuisse iudicatum per Sacrum Consilium ad relationem Regij Consiliarij Ioan. Andreę de Georgio causæ Commissarij, & per senten-
10 tiam condemnatum Negotiorum Gestorem pupillorum non obstante quietatione habita à Duce Traiectæ Tutore, & ratificatione pupillorum, & hoc de anno 1618. de Mense Iunij apud Turinum Actuarium; addo etiam *Peguer.* qui id confirmat *deciſ. Cathalonia 142. & Viſcont. in concluſ. Iur. in verb. Quietatio in fin.*

11 Nec prætermittam dicere, quòd liberatoria facta Aerario Baronis intelligitur de administratis tempore Liberatoriæ, & non de administrandis, *Cephal. conſ. 31. num. 21. volum. 1. Borrell. conſ. 31. num. 47.* asserens *num. 44.* quòd li-
12 beratio Tutori relicta non operatur, quin Tutor cogi possit rationes reddere, reliquaque restituere, sed id tantùm, quod in discutiendis dispungendisque tutelæ rationibus scrupulosa quodammodo inquisitio non exigatur ex *l. quidam decedens in princip. ff. de Adminiſtr. Tutor. l. ſi ſeruus vetitus, ff. de leg. 1. Dec. conſ. 349. num. 11. Paneirol. conſ. 88. nu. 15. volum. 1. Grat. conſil. 23. num. 9.*

vo-

Digitized by Google

volumin. 1. Paris. consil. 21. num. 56. volum. 2. Ruin. consil. 54. num. 13. volumin. 1.

SVMMARIVM.

1 *Liberatoriæ dandæ Ciuibus, qui administrarunt res Baronis, debent dari gratis, & Barones aliàs agentes grauant, & tenentur restituere, num. 2. & 3.*

4 *Visio computorum, & rationum gestę administrationis per Vassallos, est facienda expensis Baronum non Vassallorum, & num. 5. vbi decisum.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si pro Liberatorijs Administrationis Aerariatus, Conseruatoratus, aut Factoratus aliquid soluere cogantur.

GRAVAMEN XXIX.

1 LIberatorię, quas tenentur dare Vtiles Domini post saldata computa, & redditas rationes Ciuibus, qui officium Aerariatus, Conseruatoratus, aut Factoratus administrarunt, gratis sunt concedendæ, nec aliquid pro illis Ciues ipsi tenentur soluere, quod si cõ-
2 trarium Barones obseruare faciant, vtique grauant, & ad restitutionem tenen3 tur.

3 Hinc cùm habuisset recursus Vniuersitas Terræ Siciniani contra suum Vtilem Dominum, eo quia redditis computis per Aerarios, seu Camerarios coram rationali non expediebantur Liberatoriæ, nisi prius solutis duobus aureis, die 30. Ianuarij 1572. per Regium tunc Consiliarium Vincentium de Franchis causæ Commissarium fuit prouisum, quòd Vtilis Dominus dictæ Terræ, & eius Officiales nihil faciant soluere Aerarijs, qui pro tempore fuerint ex causa Liberatoriarum, vt patet in processu Grauaminum dictæ Terræ pęnès de Mondellis Actorum Magistrum.

4 Inuatur hæc opinio, & redditur verum tale Grauamen ex ijs, quę cumulauimus *Tom. 1. Grauam. 122.* quatenus ibidem firmauimus visionem computorum, & rationum gestæ Administrationis per Vassallos ad seruitium Baronum esse faciendam expensis ipsorum Baronum, non autem Vassallorum.

5 Indè cùm Vniuersitas Terræ S. Gregorij conquesta esset de suo Vtili Domino, quòd faciebat soluere Aerario, & Camerario ducatos sex illi, qui trahebat onus conficiendi quinternum exitus, & introitus Baronalium reddituum, & alios ducatos sex Rationali, qui perscrutabatur computa, & finalem Apocham liberatoriam cõficiebat, fuit prouisum Baronem debere abstinere pęnès Iubenum Actuarium, nunc de Cantone, quod & aliàs ad instantiam eiusdem Vniuersitatis reperio confirmatũ die 14. Iunij 1575. existente Commissario causæ Regio Consiliario Cęsare Vitello, pęnès eumdem Actuarium Iubenum, hodie de Cantone.

SVMMARIVM.

1 *Barones grauant Vassallos, si eorum vxores mulieres Vassallas cogant ad nandum, seu filandum linum, stuppam, & similia ad trahendum serieum, nisi tamen tales mulieres sint solitæ operas locare alijs in similibus agendis cum salario, vt num. 2. & num. 5. vbi Decisio S. C.*

3 *Seruita licet iniungi solitis.*

4 *Opera possunt præstari pro vt cuiusque artificio conueniunt.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si à Baronibus cogantur nare seu filare Linum, Stuppam, Gusippium, siue Bombacem, & similia.

GRAVAMEN XXX.

1 DOminæ Baronissæ adhuc intendunt habere partem in hoc tractatu, quia dum cogunt Mulieres Vassallas ad nandum, seu filandum linum, stuppam, Gassipium, vel ad trahendum sericum, quia contra voluntatem actum agere conficiunt, vtique grauant, prout pro Grauamine fuit porrectum ad instantiam Terræ Mariliani contra Marchionem Vtilem Dominum, dum Marchionissa eius Vxor mitteret quantitatem lini, & stuppæ Magnifico Capitaneo, & alijs Officialibus ipsius, vt dispẽsarent sub pœnali mandato Ciuibus, vt filarent, & denegantibus per indirectas vias carcerabant maritos, & fratres, eisque minabantur, & proinde per Iacobum Anellum de Bottis causæ Commissarium prouisum est non deberi exigi talia seruitia nisi à sponte volentibus &. iusto salario mediante, *sub die 7. Mẽsis Nouembris 1580. pœnès Scannapecum Actorum Magistrum.*

Sicque reperio prouisum per Regium Consiliarium Quatram die 25. Mensis Nouembris 1565. pro Vniuersitate, & Ciuibus Terræ Siciniani contra Illustrissimum Ducem apud Actuarium de Mondellis.

2 Quæ Decreta quamuis sint genetalia & de directo contraria Vtilibus Dominis, tamen in gratiam Dominarum Baronissarum liceat mihi illud declarare, ne procedat respectu ipsarum mulierum, quæ solent hanc artem filandi exercere mediante salario alijs in hoc opere inseruire, quia pro seruitio Dominarum adhuc possent cogi, cùm & illæ non debeant esse deterioris conditionis, quàm cæteri Ciues, & esset indecentia subditorum, imò absurdum locare operas alijs, & postea Dominis posse denegare.

3 Licèt inquam seruitia iniungi solitis, *ad tex. in l. cursum, C. de Curs. public. lib. 11.* ibi (*Qui ea solent accepta mercede locare*) *Capiblanc. in pragm. 16. num. 24. & 40. de Baronibus tom. 1. & sing. 165.* Sicque solitum est prouideri per Sacrum Consilium, vt patet in processibus Grauaminum Terrarum Montis Fortis, Mariliani, Auigliani, Lauri, Pistitij, Theani, Veggiani, Orioli, Vallis Vitulani, Biccari Casularum, & alijs cum eorum Vtilibus Dominis, sicque hodie indistinctè solet prouideere, cùm
4 & opera possint præstari prout cuiusq; artificio conueniunt, vt probat *Gratian. forens. diseept. cap. 185. num. 37.*

5 Et post hæc scripta sic reperio determinatum in Anno 1558. per Regium tunc Consiliarium Vincentium de Frãchis æternæ memoriæ ad fauorem Claudiæ Adornæ Baronissæ Petræ Catellæ: Nam cùm conquereretur Vniuersitas, quòd dicta Baronissa absque exceptione personarum cogeret omnes mulieres dictæ Terræ ad nandum, & texendũ pro eius seruitio, extitit prouisum Mulieres debere seruire Baroni, & eius Vxori iusto salario mediante in operibus, quibus sunt solitæ locare operas suas eo modo, & forma, quibus cæteris seruitia solitæ sunt præstare, vt patet in processu Grauaminum dictæ Terræ in Banca Figliolæ.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli si cogantur locare domus pro vsu Officialium Baronum, vel eorum familiæ grauantur, & num. 3. vbi Decisiones Sacri Consilij.*

2 *Inuitus quis locare compelli nequit.*

4 *Grauem sapit inuiriam, vt Ciuis cum sua familia astringatur ex propria habitatione exire, & inuitus rem suam derelinquere.*

5 *Necessitas propria debet præferri alienæ.*

6 *Dominus pro vsu proprio ob superuenien-*

Digitized by Google

nientem necessitatem, potest Inquilinum expellere, etiam pro vsu filij vxorem ducentis, num. 7.

8 *Baro an, & quando præferatur volente Vassallo alteri rem suam locare, sed vide num. 9*

10 *Baro non præfertur, quando Vassallus vult vendere stabilia.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si pro comoditatibus Baronum cogantur locare Vrbana, vel Rustica, quæ habeut pro eorum vsu.

GRAVAMEN XXXI.

INter cætera Grauamina porrecta in Sacro Regio Consilio ad instantiam Ciuitatis Theani aduersus Illustrissimũ Principem Hostiliani Vtilem Dominum illud in decimo capite fuit, quia ipse Princeps, eorumque Officiales cogebãt Dominos domuum ad locandas illas pro eorum, vel suæ familiæ vsu, & ipsi Subditi erant necessitati extractare à proprijs laribus.

Et quamuis, vt ex processu vidi circa istud caput fuerit prouisum quòd obseruetur solitum.

1 Tamen negari suaptè nequit talem coactionem inducere, cùm locare quis inuitus compelli nequeat, *l. inuitos C. locati.*

3 Et ideo Sacrum Consilium ad fauorẽ Terræ Lauri contra Marchionem sic iudicauit apud Cioffum Magistrum Actorum; fuit enim dictum non licere Baronibus cogere Subditos ad sibi locanda nec Vrbana, nec Rustica, *Mastrill. de Magistrat. libr. 4. cap. 18. num. 65. Capiblanc. in Pragmatic. 1. num. 330. de Baronib. tom. 1.*

Et aliàs sic reperio prouisum ad fauorem Vniuersitatis Auiglani contra Baronem pẽnès Figliolam Actuarium. Et iterum sic extitit prouisum per D. Vincentium de Franchis vti causæ Cõmissarium ad fauorem Hominum Terræ Cobactæ, vt in processu Grauaminũ dictæ Terræ fol. 24. in Bursa de Felice.

4 Grauem enim sapit iniuriam, vt Ciuis cum sua familia adstringatur è propria habitatione exire, & inuitus rem suam derelinquere *ex traditis per Gotofred. in l. Re mandata lit. C. in verbo Moderator C. Mandat.* vbi quod grauis est iniuria, vt homines de Rebus suis facere aliquid cogantur inuiti *ex l. dudum C. de contrahend empt. notant etiam Rol. à Vall. conf. 21. nu. 8. & seq. lib. 1. Afflict. de iur. protomis cap. 1. & vltra alios Corbul. de iur. emphiteotic. cap. 15. Ampliat. 27.*

5 Necessitas enim proprieta debet præferri alienæ ex *reg. tex. in l. ede C. locati, & cap. propter sterilitatem eod. tit.*

6 vbi quod dominus pró vsu proprio ob superuenientem necessitatem potest inquilinum expellere *Gabriel. conclus. 3. lib. 3.* ita quod præceptum de dimittendo conceditur locatori cõtra conductorem etiam durante locatione quando locator indiget re conducta pro vsu

7 proprio *Zuccar. decis. Lucens. 50.* Imo etiam dicta facultas conceditur si egeat domo locata pro vsu filij vxorem ducentis, vel quia eius pater, aut mater ex aliqua noua, & honesta causa eius domus habitatione indigeant ita *ex Bald. in d. l. ede firmat Gomez tom. 3 var. resolut. cap. 3. sub num. 6. in fin. quem refert, & sequitur Pascal. in tract. de Patria potestat. part. 4. cap. 6.* vbi plura in hac materia conglomerat.

8 Liceat tamen in gratiam Baronum dicere, quod in dicto decreto lato ad fauorem Terræ Lauri fuit etiam prouisum, quod Vassallis volentibus Vrbana, vel Rustica locare præferatur Baro cõfert *Tiraquel. de retract. in præfat. n. 15.*

9 Quamuis *Rendell. in tract. de Iur. protom. §. in primis verfic. sub eodem seruitio num. 62.* sit est in opinione id esse verum, & posse procedere, quando Baro haberet aliquod ius in rebus quas Ciues, vel Vniuersitas vellent locare, nam ratione consortij præfertur volentibus locare, sed si simpliciter Vassallus vellet locare sua super quibus Baro nullum ius habet in tali casu esse considerandum, & decretum Sacri Consilij videndum vndè ortum habuerit putauit *Capiblanc. in alleg. loco*, cum quibus, & ipse concurro *ex dictis supra in Grauam. 19 to. 1.* quia alias esset eripere facultatem liberè disponendi de re sua.

10 Vndè

10 Vnde idem dicendum erit respectu venditionis stabilium, in quibus Barones non haberent prælationem maxime si concurrant vicini *ex Constit. Regni Sancimus.*

SVMMARIVM.

1 *Assisia in rebus comestibilibus est satis necessaria.*

2 *Baro grauat Vassallos, nisi ex priuilegio vendat res comestibiles absque assisia per Catapanos imponenda, vt num. 3. vbi Decisio Sacri Cosilij.*

4 *Tabernarij Baronales debent recipere assisiam à Catapanis Vniuersitatis, vbi Decisiones Sacri Cons. Quod an procedat respecta aliorum, an Vassallorum tantum, num. 5.*

6 *Pretia rerum relinquere arbitrio venditorum non confert ad bonum regimen*

7 *Pretia rerum non debent ex affectu, & vtilitate singulorum institui.*

8 *Vendentes res absque assisia Reipublicæ videntur immergi in maximum animæ discrimen, & quare.*

9 *Priuilegium vendendi res vltra taxam quomodo intelligendum.*

10 *Barones tenentur emere res iuxta assisiam, & si minori pretio res velint, grauant Vassallos; limita tamen si in assisia comprehenderetur gabella, ad quam Carones non tenentur, quia tunc non grauarent, si minus soluerent, num. 11. vbi ita decisum per Sacrum Consilium.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones faciunt vendere eorum Bona commestibilia absq; Assisia, vel emere ipsi velint non seruata Assisia.

GRAVAMEN XXXII.

1 ASsisiam in Rebus commestibilibus esse satis necessariam satis effuso sermone demonstrauimus, *grauam. 117. tom. 1. & nouiter post illa scripta visus confirmat pater Antonin. Dian. Resolut. Moral. tract. 6 Miscellan. resol. 60 part. 3.*

2 Vnde cum vtiles domini in specie non reperiantur priuilegiati, quia volentes vendere similia non teneantur illa vendere cum Assisia, proindè tutò inferri potest grauari Vassallos, quando Barones id attentant.

Hinc merito cum Baro Terræ Auligliani haberet quantitatem porcorum, & illos macellare, & vēdere absq; Assisia in dicta Terra faceret habito recursu per Vniuersitatem in Sacro Regio Consilio die 24. mensis Junij per Magnificum Regium Consiliarium Cęsarem Vitellium causæ Commissarium extitit prouisum carnes esse vendendas iuxta
3 Assisias imponendas per Catapanos, & in futurum Baronem debere abstinere apud Figliolam Actuarium, quod etiam fuit prouisum pro vniuersitate Postiliones, cōtra vtilē dominum existente Cōmissario Consiliario Bermundez pęnes eundem Figliolam Actuarium.

Et tempore meo in Regia Audientia Apuleæ reminiscor similes prouisiones fuisse expeditas contra quendam Baronem, qui faciebat vendere caseum, & vinum, & alia commestibilia in Apotheghis absq; Assisia.

4 Et respectu Tabernariorum Baronalium, quod debeant recipere Assisiam à Catapanis Vniuersitatis tam per Regiam Cameram Summariæ, quam per Sacrum Consilium fuit plures determinatum ad fauorem Terræ Mariliani cōtra Marchionem eius vtilem Dominū. vt in processu grauaminum dictæ Terræ penes Borrellum Actuarium.

Et alias ad fauorem Terræ S. Marzani contra Marcellum de Tufo vtilem dominum prouisum reperio sub die 24. Nouembris 1569. per D. Vincentium de Franchis Commissarium, quod liceret Catapano vniuersitatis imponere Assisiam super commestibilibus, quæ in Taberna Baronali dictæ Terræ venduntur, & hoc facta relatione in Sacro Regio Consilio, quod grauamen reperio pariter porrectum pro parte Terræ Montis fortis pro Baronali Hosteria vocata dell'Aluanelle, vt in banca Sarni in processu Grauaminum dictæ Terræ,

& fa-

Digitized by Google

& facto verbo in Sacro Consilio extitit determinatum debere vendi bona in dicta Hosteria secundum communem Assisam per Catapanos impositam in Terra.

5 Licet alias instante vniuersitate Terræ Valuæ fuerit prouisum, quod pro Rebus commestibilibus, quæ in caupona venduntur Vassallis tantum imponatur Assisia, vt in processu grauaminũ dictæ terræ penes Actuarium de Mondellis.

6 Non enim ad bonum regimen confert relinquere arbitrio venditorum præcia rerum *Lapus de contractibus lib. 1 cap. 3. Salon in 2. 2. quæst. 97. artic. 1. controuers. 2. num. 9. tom. 2. Mercatores de*
7 *contractibus lib. 2 cap. 6.* quia pretia rerum non debent ex affectu, & velitate singulorum institui *Aprecio rerum ff. ad Aſtitid.*

8 Ita quod in maximum animę discrimen videantur immersi communiter omnes vendentes res, quarum prætia à Republica non taxãtur, nam solent petere, vt plurimi prætium immoderatum, vt facile decipiant in geminato, & amplius, quod esse deplorandum asserit *Valer. in dissert. inter veramq; formam in verbo venditio dissert. 1 num. 2.*

9 Hinc quamuis aliquis habeat priuilegium vendendi sua bona vltra taxam metæ, non propterea sequitur ex hoc, vt valeat vendere quo prætio voluerit, & exorbitanter, sed intra latitudinem iusti prætij naturalis *Ladesma in summa tom. 2. tract. 8. cap. 32. diffic. 11. Turrian. in 2. 2. tom. 2. disput. 57. dub. 5. num. 2. Molin. de Iustit. & iur. tract. 2. disput. 364. num. 13.* Et latius nouissimè confirmat *Diana resolut. moral. part 2. tract. 3. Miscellan. resol. 1.* vbi effuso sermone loquitur circa moderationem priuilegij, seù consuetudinis permittentibus Ciuibus Vrbis Panormi non vendendi vinum de eorum vineis collectum intra taxam.

10 E contra verò Barones ipsi tenentur emere secundum Assisiam impositam à deputatis per Vniuersitates, & contrarium agendo grauarent, & ideo dum Vniuersitas Terræ Valuæ conqueretur de suo Barone volente emere carnem duobus denarijs minus quam erat Assisia imposita, per Regium Consiliarium Vitellum causæ Commissarium extitit prouisum, quod soluerent iuxta Assisiam, vt & Ciues soluunt, & in posterum abstinerent, vt in Banca de Mondellis Actorum Magistri.

Iterumq; facto verbo in Sacro Consilio fuit determinatum referente Consiliario Altomare pro Ciuitate Graninæ contra Illustrissimum Ducem in anno 1560. penes Cęsareum Secretarium, vt in processu in Banca Sarri.

Et alias ita pariter prouisum vidi ad fauorẽ vniuersitatis Terræ Sancti Gregorij contra eundem Baronem, vt in processu grauaminum dictæ Terræ fol. 76. penes Iubenum Actuarium cuius verba adamussim reponere libuit nam, & in fauorem Baronum etiam quoad aliud caput videntur esse, verba autem sunt, vt infra videlicet.

Quoad secundum fuit prouisum, quod Magnificus Baro soluat prout alij Ciues soluunt demptis gabellis, & alijs oneribus impositis, vel imponendis pro necessitatibus dictæ Vniuersitatis.

11 Ita quod si denariorum duorum, vel semissis, siuè tornesij gabella infit pro quolibet rotulo carnis, vigore dictæ prouisionis essent exempti Barones, & vti franchi non tenerentur soluere, & proinde non grauarent, & illis demptis carnem acciperent, & tanto minus soluerent.

SVMMARIVM.

1 *Barones grauant Vassallos si velint, exigere Decimas cum mensuris non siclatis à Regia Curia.*

2 *Barones & si habeant in iurisdictionibus ius ponderis, & mensuræ, non tamen ipsi possunt illa facere, sed tenentur seruare illa, quæ à Supremo Principe constituta sunt.*

3 *Pondera, & mensuræ illa probanda sunt, quæ per supremos Principes stabilita sunt.*

4 *Pondera, & mensuræ signo Regio signanda sunt, in signum supremi Dominij.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si pro receptione decimarum quas debent Baronibus, Barones, ipsi non vtantur Mensuris siclatis Regiæ Siclæ, sed Mensuris ad eorum arbitrium factis.

GRAVAMEN XXXIII.

1 PRo receptione decimarum, quas vtiles Terrarum domini ab eorum Vassallis in victualibus exigere solent debent vti mensuris siclatis Regiæ Siclæ, & non alijs ad eorum arbitrium factis, quod si contrarium attentent vtiq; grauant, & possunt prohiberi, nè id agãt prout sic reperio prouisum per Consiliarium Ferdinãdum Forsarium die 27. Ianuarij 1582. ad fauorem Vniuersitatis Vallis Vitulani, quæ cum conquereretur quòd Tapetarij assistentes in Tapetis Baronalibus nolebant decimare cum mensuris Siclatis Regiæ Siclæ, sed cum mensuris ab eisdem confectis obtinuit decretum, quod teneantur prædicti decimare cum mensuris Siclatis, & quod abstinerent, vti alijs.

2 Barones, inquam, & si habeant in suis iurisdictionibus ius ponderum, & mensurarum, non tamen illa ipsi facere possunt, sed seruare debent, quæ à supremo Principe constituta sunt, vt per bellè fundauit *Renath. Choppin. in consuet. Andegauens. lib. 1. cap. 40. nu. 4. & cap. 43. n. 16. & post eum scripsit Borrell. qui multa in hac materia ponderum, & mensurarum cumulat in trac. de Magistrat. Edit. lib. 3. cap. 15. num. 7.* vbi quod Barones habentes merum, & mistum imperium etsi habeant ius ponderum, & mensurarum in eorum priuilegijs nequeunt per hoc ipsi alias mensuras, vel pondera tradere, quam illa, quæ à Summo Principe constituta fuerunt.

3 Illa siquidem pondera, & mensuræ probanda sunt; quæ per supremos Principes stabilita reperiuntur ad *tex. in l. modios C. de suscept. propos. & Arear.*

4 *lib. 10.* cum in supremi dominij, signum mensuræ, & pondera signo regio sint signanda *Ramirez in tract. de absolut. Princip. potest. siue de lege Regia §. 26. num. 68.*

SVMMARIVM.

1 *Agris post messem stipulas accendere satis antiquum.*
2 *Stipulas incendere post messem prodest agris.*
3 *Stipularum incensio abundantiam operatur.*
4 *Terræ alimenta igne præbentur.*
5 *Igne fere omnia procreantur.*
6 *Baro grauat Vassallos si prohibeat vassallos immittere ignem in restucchijs post messem nu. 6. vbi de cis. lim. nisi ante tempus id fieret, vt num. 7.*
8 *Stipularum concrematio quo tempore fiat ex capitulis regni.*
9 *Inquisitio fieri potest contra immittentem ignem in restucchijs tempore prohibito.*
10 *Damnum si vicinis infertur quando comburuntur stipulæ ex vi ventorum quando excusetur ignem immittens, & nu. 11. & 12.*
13 *Ignis fortuitò immissus in maceriè lignorum meorum si transeat ad maceriem lignorum vicini, an ego tenear remissiue.*
14 *Leuissima culpa venit in actione de incendio.*

ARGVMENTVM.

Vasalli grauantur, quando vetantur immittere ignem in Restucchijs post Meisem.

GRAVAMEN XXXIV.

1 SAtis antiquitatis sapere in Agris post messem stipulas accendere, vt demonstrat *Luberus de incendijs cap. 1. num. 32.* & probat *Borrell. cons. 7. nu. 3.* vbi moris antiquissimi fuisse ex *Virgilio Georgicorum lib. 1.* fatetur eiusdem reponendo versus qui sequuntur videlicet.

Sepe

Sæpè etiam steriles incendere profuit agros,
Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis,
Siuè indè occultas vires, & pabula Terræ
Pinguia concipiunt, siuè illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor,
Seu plures calor ille vias, & cæca relaxat.
Spiramenta nouas veniat, qua succus in herbas.
Seu durat magis, & venas astringit hiantes,
Nè tenues pluuiæ rapidiue potentia Solis
Acrior; aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

a Ex quibus verfibus apertè colligitur in vtilitatem agrorum redundare hanc ignis immissionem, & nimium prodesse illorum stipulas incendere, & flammis vrere, vt ex eodem *Virgilio* probauit *Plinius libr.12.cap.30.*

3 Et stipularum incensionem abundantiam operari scribit *Strabo libr. 5.* Et plura conglomerat *Facell. Historiarum Sicularum Decad.1.libr.2. cap 4.* refert, sequitur *Borrell.in cit.conf.7.num.5.vbi num.4. ex Seruio ad Virgilium loco cit.*

4 & *ex Heracliti sententia* probauit Ter-

5 ræ alimenta igne præberi quasi omnia ex igne procreentur.

6 Quare in Subditorum Grauamen redundaret, vbi fieret à Baronibus prohibitio, nè post Messem ignè in Restucchijs, immitterèt, prout sic declarauit Sacrum Regium Consilium, dum Ciuitas Theani conquereretur, quòd Ciuibus dictæ Ciuitatis, & suorum Casalium ab Illustrissimo Principe Hostiliani erat prohibitum, nè ignem in Restucchijs immitterent, & proinde fuit iniunctum mandatum, vt abstineret à tali prohibitione.

7 Cessaret tamen Grauamen, si ante tempus stabilitum ne immitterent ignè

8 prohiberent nempe ante diem Decimi quintum Mensis Augusti, quia id iuxta tramites legis Regni agerent cum ex *cap. Regni, pridem*, stipularum concrematio ante dictum diem non sit licita, vt ibi etiam *Niger in coment.* notat, de quo meminit *Vigeont.in conclus. Iur. in verbo Incendiarij in fin.* addo *Follet. in fragment.crimin.num.200. Monteleon. in prax. Arbitr.part.5. num.54. Lubrer. de Incend.cap.2.num.25.*

9 Itaquòd inquisitio fieri potest contra immittentem ignem in Restucchijs tèpore prohibito, vt in *d.cap.pridem*, sicque inuiolabiliter seruatur, & nouissimè post hæc scripta fatetur *Thor. in vot. 27.* vbi nonnnulla cumulat in hac materia.

10 Et hac occasione obseruabis, vt si quando comburuntur stipulæ ignis ob ventorum vim valdè serpat, si venti post ignem accensum flare cęperint, quamuis damnum vicinis oriatur, immittens erit excusatus, cum potiùs casui, quàm propriæ culpæ sit adscribendum, *Angel. de Malefic.in verbo Incendiario, in vers. cuius Rei, num.9. Ludouic. decis. Peruf. 25.num.21.* vbi alios allegat *Cardinal. Tusc practic.conclus. lit.I. in verbo Incendium num.3.*

11 Sed si in die ventoso ignis fuerit immissus, si ille percurrat in vicini agrum, ad damna, & interesse tenebitur immittens, *Rota decis.19.post Consil. Farinac.*

12 Prout, quando cautelam non adhibuissent, quando locum circum circa arando, vel fodendo, faciendo Repara, ne ignis in aliena Territoria transire possit, & damnificet, quod vulgò vocatur (fare le proceſe) adhuc in isto casu censerè teneri ad damna, & interesse, at secus si talis diligentia fuerit facta, & limites circum circa fuerint arati, nè materia comburenda vltra illos dilatetur, *Iacob. Philipp. Port. conf.72. nu. 12. Borrell. consil sæpius cit.7.num.9.* quo in loco quãdo pro incendio in stipulis

Digitized by Google

posito, & damno inde emerso quis teneatur ad intellectum *d. cap. Regni pridem*, tractat, videndus etiam *Rendell. in tractat. de pascuis tit. de defens. & pascuis Vniuersitat. part. 3. cap. 10. vers. ignis*.

13 Et si ignis fortuitò immissus in materiem lignorum meorum, & deinde transiens ad materiem lignorum tuorum operetur, vt ego tenear ad reficiendum damnum tibi ex igne datum declarat *Reg. Rouit. decis. 593.* vbi etiam

14 quòd leuissima culpa venit in hac occasione de incendio, ex *Gram. decis. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Pensio an possit augeri, quando ex re locata lucrum exorbitans recipitur, & num. 3.*

2 *Legatum augetur, si augeantur negotia, & è contra.*

4 *Pactum initum inter contrahentes aliquid dandi, vel faciendi aucta familia creditoris non tenetur ad augmentum.*

5 *Onus super feudo augeri non potest secundum quod feudi fructus excrescunt.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si sub prętextu lucri inopinati in affictu, quem tenent à Baronibus eisdem augeatur pensio vltra conuentam.

GRAVAMEN XXXV.

1 COolorata quamuis videatur possessio, in qua se manutenent Barones cum eorum Vassallis, vt si ex affictu suorum lurium, & dirictuum feudalium eisdem facto videant lucrum quod percipitur esse exorbitans respectu pensionis quam soluunt, illam augent iuxta Theoricam *Bart. in l. cotem ferro §. 3. maximos, ff. de publican.* quam tutatur *Boss. in cit. de Remiss merced. public.* vbi loquitur in conductore vectigalium, quasi quòd liceat stante augmento lucri augeri pensionem, cum donis auctis augeantur pariter donorum rationes, *Afflict. in Proœmio Constitut. §. nos itaque*. Et legatum augeatur, si augeãtur negotia, prout illis diminutis diminuitur & illud, vt probat *Menoch. de Arbitr. Iudic. cas. 223. libr. 2.* quem sectatur *Molses. in summa Theolog. Moral. tractat. 13. titul. de vltim. voluntat. cap. 1. num. 41.* Et augmentum cedit legato, sicut & diminutio, *l. peculium, §. 1. ff. de leg. 2. l. si ex toto ff. de leg. 1. Bertach. in suo repertorio in verbo augmentum*.

3 Tamen negari minimè potest id in subditorum grauamen redundare, ita vt quoties vtiles domini id practicant semper grauant ex *Glos. in l. si mercs §. vis maior ff. locati Paris de Reintegrat. feud. cap An si dominus Feud. Pinell.* qui alios concordantes secum vehit *in l. 2. cap. 3. num. 34. part. 1. C. de Rescind. vendit.* quos nouissimè cum cęteris adducit *Thor. in compend. decis. Regni in verbo Augumentum tom. 2.* vbi in causa Io: Aloijsij Bossij cum Io: Baptistà Balsamo refert decisum per Regiam Cameram Summarię augmentum non deberi locatori alicuius iuris exigendi per conductorem ex inopinato lucro peruento, nam dum per ipsum Balsamum fuisset sibi à Bossio conductum ius exigendi dirictus auri, & argenti & pendente tali affictu magna quantitas argenti, & auri in Regnum immissa reperiebatur cuius ratione ex dirictuum exactione magnũ augmentum resultauerat conductori, & ideò locator conquestus fuisset in Regia Camera vt similiter merces augeri deberet, non per hoc fuit auditus sed à sua prętentione exclusus, & absolutus conuentus ad relationem Prędentis Valcarcel. sub die 25. septembris 1599. apud Mancinum Actuarium.

Con-

Digitized by Google

4 Confert pro corroboratione *Capolla in tract. de seruitut. Vrban. prad. cap. 50. num. 4. cum seq.* vbi tutatur pactum initum inter contrahentes aliquid dandi, vel faciendi, aucta familia Creditoris nullatenus ad augmenta teneri.

5 Et iuuat hanc partem nam Regi non licet augere onus seruitij militaris super feudo secundum quod redditus feudi excrescunt maximè quando seruitium militare promissum in concessione feudi est determinatum, vide *Petrum de Gregor.* qui latè tangit articulum *in suo Tractat. de concession. feud. part. 1. quæst. 11.* vbi *Mastrill. in addit.* plures adducit, & præcisè *Regen. de Pont. in consil. 79. num. 27. volum. 1.* testificando in Regno Siciliæ numquam Regiam Curiam ratione augmenti petijsse augeri seruitium, nec nostram Regiam Cameram Summariæ consueuisse tale seruitium militare augere auctis fructibus.

SVMMARIVM.

1 *Macellarios cogi exercere artem suam pro seruitio Ciuium quomodo intelligendum.*

2 *Vassalli grauantur, si cogantur macellare Vitulas, Iuuencas, & Baccas, tempore quo ipsi habent alia animalia destinata, & solita macellari in regione præsertim in Terris paruis, num. 3.*

4 *Pactum inter Datiarios & Macellarios macellandi pro toto anno pro vsu Ciuium, de quibus animalibus intelligatur.*

5 *Contractus interpretatio regulariter fit à loci consuetudine.*

6 *Contraxisse quis præsumitur secundùm patriæ solitum.*

7 *Quilibet præsumitur velle conformare statuto, solito & consuetudini Patriæ, & Regionis.*

8 *Contrahentes videntur se conformare cum iure.*

9 *Testator videtur se conformare cum iure.*

10 *Consuetudo, & Ius insunt contractui.*

11 *Contractus à statuto, & Regionis solito informantur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Datiarij, & Buccerij pro seruitio Baronum cogantur macellare Vitulas, Iuuencas, & Vaccas, tempore quo ipsi habent alia Animalia destinata ad hunc effectum, & solita macellari in Regione.

GRAVAMEN XXXVI.

FActa Relatione in Sacro Regio Consilio per Regium Consiliarium de Altomare causæ commissarium die 15. Mensis Maij 1560. pænes Cæsareum Secretarium extitit decretum ad fauorem Ciuitatis Grauinæ contra Illustrissimum Ducem nõ posse cogi Datiarios, & Buccerios ad macellandas vitulas, Iuuenchas, & Vaccas, pro vsu dicti Ducis, & suæ familiæ, sed solum teneri macellare illa Animalia quę pro tempore sunt destinata ad macellandum, & ad hunc effectum à Datiarijs, & Buccerijs habetur, & in Regionibus tunc est consuetum maccellari.

1 Macellarij enim secuta particulari conuentione, vel speciali pacto quamuis artem suam pro seruitio Ciuium exercere debeant, id intelligitur circa macellationem Animalium, quę in promptu habent, & Regio patitur ex communi vsu, vendi, & à Ciuibus comedi.

Vnde cùm in Regni Terris de rarò huiusmodi Vitulę, Iuuencę, & vaccę macellantur, sed solent in ęstate macellari
2 verueces, pecudes, & Caprę; inhieme vero sues, grauarentur Vassalli si pro seruitio Baronum Vaccas

Digitized by Google

Vitulas, & Iuuencas macellare cogerẽtur, cùm huiusmodi species Animalium soleant ipsi ordinariè macellare.

3 Idque eò fortiùs procedet in paruis Terris, in quibus pauci sunt, qui edunt carnes, & maximè huiùs qualitatis, vndè satis interesse Bucceriorum versaretur, quia occisa Vacca, vel Iuuenca illã totam vendere non possent.

4 Itaquod etiam stante conuentione, & pacto inter Datiaros, & Buccerios macellandi Animalia pro vsu Ciuium per totum Anuum, nisi speçialis enunciatio facta fuerit, de illis Animalibus intelligitur, quæ iuxta Regionis, & temporis statum macellari solent, quia

5 contractus interpretatio regulariter fit à loci consuetudine, *l. semper in stipulationibus ff. de Reg. Iur. l. in lege* C. *locat. l. quod si nolit §. 9. Assidua ff. de edilit. edict. Ronchegal. in l. nemo num. 27 ff. de Duobus Reis, Gabriel. conclus. 1. de Consuet. Sorbader. conf. 12. num. 105. Surd.*

6 *conf. 540. num. 38. Magon. decis. Florent. 56. num. 3.* Vnde secundùm patriæ solitum contraxisse quis censetur, *Honded. conf. 52. num. 26. vol. 1. Barz. decis. 39. num. 8. Mantic. de Coniectur. vltim. volunt. libr. 1. tit. 2. num. 16. Reg. de Ponte conf. 53. num. 17. vol. 1. Marta decis. 1. nu. 4.* cum insit præsumptio quemlibet vel-

7 le se consuetudini, solito, & statuto patriæ, & Regionis se conformare *Surd. decis. 322. num. 55. Rimin. conf. 282. nu.*

8 *102. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 38. num 8. & 9.* ad instar, & contrahentes videntur se conformare cum iure, prout & Testatores *l. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. Masard. de probat. conclus. 1416. à nu. 2. Caldas Pereira de empt. cap. 9. num. 10. Valasc. decis. 134. n. 11. Gonzalez in Regul. 8. Cancellar. glos. 5 nu. 81. Gama decis. Lusitan.*

10 *16. num 4.* Ideò quæ ius, & consuetudo intelliguntur insunt contractui *Reg. de*

11 *Ponte conf. 2. num. 40.* & à statuto, & Regionis solito informantur *Surd. decis. 114. num. 11. Mantic. de tacit. & Ambig. conuent. tit. 8. num. 13. lib. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Curia debet regi in determinata hora, quę litigantibus sit certa.*

2 *Vassalli grauãtur, si in incerta hora Curia regatur, & de ratione, nu. 3. & referuntur Decisiones Sacri Consilij ad rem hanc factę, num. 4 5. & 6.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si horis, vel diebus insolitis regatur Curia.

GRAVAMEN XXXVII.

AD finem vt detur comoditas Vassallis, & Ciuibus respondendi, excipiendi, opponedi, & suas rationes allegandi tam in causis ciuilibus, quàm criminali-

1 bus Curia debet regi in determinata hora, quæ eisdem sit nota, nec modò valde mane, & deindè valde tardè, aut in hora incompetenti, sed in solita, &

2 consueta hora est regenda, quod si secus fiat oriretur ipsorum Vassallorum grauamen, qui ex inuarietate temporis quo Curia regitur, de facili non possent reperiri ad opponendum quiquid dicere,

3 & opponere voluerint, & procedetur contra eos ad cõtumaciam, vel ad alios actus eisdem preiudiciales. Hinc meritò cum de hoc conquesta esset Vniuersitas

4 Terræ Cotroci in Sacro Regio Consilio per Regium Consiliarium Petrum Paulum Theodorum Causæ Commissarium extitit prouisum horam in qua regi debet Curia, & dies in quibus est regẽda publicari debere semel pro omnibus, & non prętereantur, neque dies, neque hora ad hoc vt omnibus innotescat, vt in Banca de Ferrarijs Actorum Magistri, prout sic ad instantiam cuiusdam Vniuersitatis Prouinciæ Apuleæ reminiscor relaxasse prouisiones in Anno 1632.

Et ad

Digitized by Google

5 Et ad fauorem Terræ Pratæ die 21. Februarij 1578. per Cæsarem Vitellum Regium Consiliarium, & causæ Commissarium mediante Decreto fuit prouisum, regendam esse Curiam in dicta Terra bis in hebdomada tantùm, videlicet in die Mercurij, & in die Sabati, non obstante quòd Baro mandasset Curiam debere regi quolibet die, vt patet in processu grauaminum dictæ Terræ, fol. 529. in Banca Figliolæ.

6 Sicque aliàs instante Vniuersitate Terre Sibaris, fuit prouisum per Regiũ Consiliarium Ioannem Felicem Schalaleonem Commissarium destinatum, vt in Banca Sarni.

SVMMARIVM.

1 *Curia regenda est in loco destinato, solito, & consueto pro Ciuium comoditate.*

2 *Vassalli grauantur, si Baro, vel Capitaneus nolint Curiam regere in loco destinato, & solito, vbi decisio Sacri Cons. num. 3. declara si mutatio fiat ex iusto impedimento, vt num. 9.*

4 *Mutatio loci in præiudicium Vniuersitatis, & particularium quibus per temporis cursum est quæsitum fieri nequit.*

5 *Ea quæ habuerunt antiquam consuetudinem mntanda non sunt. Parlamenta ab Vniuersitatibus, & Ciuibus non possunt fieri nisi in loco solito & consueto, & facta alibi sunt nulla.*

7 *Consilium Vniuersitatis, vt dicatur legitimè conuocatum, requiritur vt congregetur in loco solito & consueto.*

10 *Magistratus publica persona est & palàm & publicè sui copiam facere debet.*

11 *Capitanei, Iudices, & alij Officiales assistere debent in loco publico, in quo solitum est regere Curiam, & in Palatijs publicis, & non in locis remotis.*

12 *Officiales extra locum solitum Iudicia exercere prohibẽtur, aliàs acta sunt nulla.*

13 *Iudicia exerceri non possunt in domibus priuatorum, nisi tamen necessitas suadeat.*

14 *Locus in quo antiquitus Curia regebatur quomodo dictus*

15 *Curia Baronalis solet constitui propè Carceres ob celerem carceratorum expeditionem, & prope portam Terrę.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones, vel Officiales non faciunt regere Curiam in loco solito.

GRAVAMEN XXXVIII.

1 PRo comoditate Ciuium solet in aliquibus Terris esse destinatus particularis locus pro regenda Curia, & Barones alibi curant illam regere facere, vel eorum Officiales in loco destinato regere nolunt, quòd cùm in Ciuium incommodum redundet, vtique subintrat Grauamen, prout sic prætendit Ciuitas Theani aduersus Illustrissimum Principem Hostiliani, dum faciebat regere Curiam à suis Officialibus extra locum solitum Sedilis, vulgò (delli Liuni) in quo Curia solita erat regi à tempore immemorabili, & fuit prouisum, quòd capiatur informatio ad finem prouidendi.

3 Inde ad fauorem Vniuersitatis Cotroni prouisum reperio Curiam regendam esse in loco solito, existente Commissario Regio Consiliario Petro Paulo Theodoro pęnès Actuarium de Ferrarijs, & aliàs prouidit Regius Consiliarius Ioannes Felix Schalaleo pro Vniuersitate Sibaris, vt in Banca Sarni, per quem fuit ordinatum, Capitaneos debere Curiam regere in loco solito Terræ, & non in Castro Comitis.

Digitized by Google

4 Mutatio enim loci in præiudicium Vniuersale, imò particulare, cui per tẽporis cursum est acquisitum ius fieri nequit ex regula, quòd ea quæ habuerunt
5 antiquam consuetudinem mutanda non sunt *vulg. l. minimè ff. de legibus*.

6 Confert, quia parlamenta ab Vniuersitatibus, siuè Ciuibus non possunt fieri, nisi in loco consueto, & alibi facta sunt nulla vt diximus *in collect. ad Pragmat. 2. de Administr. Vniuersitat.* quia vt consilium Vniuersitatis dicatur legitimè conuocatum requitur vt congregetur in loco publico solito, & cõsueto, *l. fin. C. de legat. libr. 10. l. 2. C. de Decur. libr. 10. Bar. in l. omnes populi. num. 16. ff de Iust. & Iur. Angel. in l. 5. num. 1. de legat. Roland. cons. 90. num. 3. volum. 1. Thesaur. decis. 257. num. 3.* Et fuit prouisum per Regium Consiliarium de Curte die vltimo Augusti 1579. in causa Vniuersitatis Terræ Pratæ, vt in processu fol. 664. & confirmatum per Sacr. Consil.

9 Cessaret tamen Grauamen, quando mutatio loci fieret ex causa, & ex aliquo iusto impedimento.

Videmus inquam parlamenta per Ciues posse fieri in loco non solito, & negotia alibi, quàm in destinato loco tractari, quando aliquod inest impedimentum, *Bal. in l. 3. num. 2. ff. quòd quisque Iur. Losena de Iur. Vniuersitat. cap. 3. num. 72. part. 1. Caput. de Regim. Reipublicæ cap. 6. sub num. 1.* vbi refert in causa Antonij Aiossæ cum Sedile Portus fuisse data suffragia extra Sedile, & fuisse iudicatum in Sacro Consilio esse valida ex *Anna sing. 355.*

Inde paucis diebus retro electionem à Reuerendo Capitulo Ciuitatis N. quã sub prætextu non esse factam in loco solito, nonnulli Canonici intendebãt inualidare stante allegatione, & probatione legitimæ causæ obtinui apud Illustrissimum, & Reuerendissimum Delegatum Apostolicum esse validam, & nullitatem oppositam minimè militare, & proinde Reuerendum Canonicum P. vti legitimè electum esse ponendum, & manutenendum in possessione, vt in effectu fuit obseruatum, cumque iterũ ad Sanctam Sedem Apostolicam esset habitus recursus per viam Appellationis, & demùm illius vigore obtentum aliud Breue directum, & præsentatum Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Aloysio Riccio Episcopo Vici Equensis, non fuit Cliens defraudatus de primo Decreto, quoniam extitit illud confirmatũ, & prouisum benè fuisse iudicatum, & malè appellatum pro parte dicti Reuerendi Capituli existente Actuario Reuerendo D. Luca de Dulce Canonico Ecclesiæ Vicanæ satis benemerito, & in suo exercitio multùm practico.

10 Qua occasione obseruabis, quòd cum Magistratus publica sit persona, & palàm, atque publicè sui copiam facere debeat *l. Maritum C. de Procurat. l. 2. C. de his, qui ven. etat. impetr. c. diffinitũ 18. quæst. 2. cap. mulieres de Iudic. in 6. Azeued. libr. 2. Recopilat. tit. 9. l. 7. num.*
11 *19. in vers. Muger.* Ideò Capitanei, Iudices, & Officiales assistere debent in loco publico, in quo solitum est regere Curiam, & in Palatijs publicis, *cap. 1. de Immunitat. Eccles. Put. de Syndic. in vers. Officialis pag. 186.* & non in locis remotis *ad textum in l. nulli Iudices vbi Bart. C. de Offic. Prator. Prouinc. Glos. in l. obseruare ff. de Offic. Proconsul.* Et ex-
12 tra dictum locum iudicia exercere prohibentur, *Azeued. in l. 15. tit. 6. libr. 3. num. 1. & 2. Auendan. de exequend. mandat. Reg. cap. 20. num. 1. cum seq.* aliàs acta sunt nulla, *Mastrill. de Magistrat. libr. 3. cap. 9 num. 51.*

13 Nec in domibus priuatorum iudicia exerceri posse patet *ex l. obseruare de Offic Proconsul. & ex d. l. nulli la 1. C. de Offic. Rector.* Traduntque *Auendan. de exequend. mandat. cap. 4. num. 45. Bouadill. in sua Politic. lib. 3. cap. 5. num. 16.* nisi tamen necessitas suaderet *Auiles in cap. 2. Prator. in vers. Casus, & cap. 18. num. 4.*

14 Nec prætermittam dicere, quòd locus in quo Curia regitur antiquitus nũcupabatur Conuentus, Concilium; Senatus, Ordo, Collegium, Congregatio, Capitulum, Adunantia, vel Corpus, *Cur. Pisan. cap. 5. num. 5. libr. 1. Bouadil. in Politic lib. 3. cap. 7 num. 5. Auiles in cap. 18. Prator. in verfic. de Consejo.*

Item vocabatur Palatium, aut Prætorium, *l. 2. C. de Decur. libr. 10. l. quicumque C. de oper. public. Surgent. de Neapol. Illustrat. cap. 14. num. 9.*

Item Tribunalia, vt vocantur hìc Neapoli, & apud Romanos testatur *Petr. de Gregor. Tholos. cap. num.*

4. de

Digitized by Google

4 de Republic. libr. secundo.

In Terris autem Baronalibus Regni propriè vocatur Curia, vt apud *Borrell. in cons. 26. num. 32. &* 39. quod cõstat ex *l. obseruare in vers. Curiam, C. de Decur. lib. 10. vbi Plat. & Luc. de Penn. Ioan. de Montag. in tract. de Parlament. vers. & primò Curiæ est.*

15 Quę quidem Curia solet constitui propè carceres ob celerem carceratorum expeditionem, *Gregor. Tholos. de Republic. lib. 2. cap. 7. Mastrill. de Magistrat. libr. 3. cap. 9. num. 54.* & propè portam Terræ, *Surgen. de Neapol. Illustrat. cap. 6. num. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Curiarum stylus debet ad vnguem seruari.*

2 *Stylus Curię seruandus est ad modũ priuilegij & concessionis Regalis, aut Apostolicę.*

3 *Stylus facit Ius, & est habendus pro lege siue ad ordinationem, siue ad decisionem causarum, & facit Ius vniuersale, etiam in partibus, nu.* 14.

4 *Stylus Curiæ pro lege habendus est, tam in ordinatione processus, quã iudiciorum vsum, etiam in criminalibus causis.*

5 *Stylo potius standum est quàm consuetudini.*

6 *Stylus Sacri Consil. Neapolit. prefertur authoritati plurium Doctorum affirmantium contrariam opinionem esse magis communem.*

7 *Vassalli grauantur si ordinarij stylus Curiarum seruari non fiant per Barones.*

8 *Stylum non seruans grauat partes, & tenetur in sindicatu.*

9 *Iudicans contra stylum facit litem suam, ac si iudicaret contra legem.*

10 *Stylus Curię seruari debet in modo procedendi.*

11 *Sententia lata contra stylum est nulla.*

12 *Rescriptum contra stylum impetratum non prodest, nec censetur à Principe concessum*

13 *Errare minimè dicitur qui stylum suę Curię obseruat.*

15 *Stylus non presumitur, sed est probandus ab allegante.*

16 *Strictissima interpretatio fit in stylo.*

17 *Stylus in decisorijs non ligat forenses secus in ordinatorijs Iudicij.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando in eorum causis Barones, siue Officiales non faciunt seruare Curiarum Stylos.

GRAVAMEN XXXIX.

1 COmmuni quidem Calculo apud Nostrates est receptum Curiarum stylos debere ad vnguem seruari, vt patet apud *Ludou. decis. Peruf. 96. n. 7. cum sequen. Mascard. de probat. conclus. 1041. Carauit. in Pralud. ad Rit. M. C. V. Paz in sua pract. in princip. à num. 4. Ignat. del Villar. in silua Responsorum libr. 1. responsi. 1. Perez in libr. 28. tit. 4. libr. 2. Ordinam. fol. meo 251. Bellon. in decis. Rot. Gen. 206. D. Ricc. in Collect. decis. 794. & 1838.*

Stylumque seruandum esse ad instar priuilegij, & concessionis Regalis, aut Apostolicæ notauit *Caldas Pereira in cons. 5. num. 7.* & facere ius *ex cap. ex litteris de constitut.* probat *Garcia de benefic. part. 1. cap. 5. num. 87.*

Illumque pro lege esse habendum, siue sit ad ordinationem, siue ad decisionem causarum fundarunt, *Caeber. decis. 22. num. 7 Gratian. decis. Rot. Marchiæ, 237. num. 18. Rauden. decis. Pisan. 6. num 67. Paris. de Resignat. benefic. libr. 10. quæst. 2. num. 17. Borrell. in summa decis. tit. de legibus, & Constitut. num.* 108.

Digitized by Google

108. tom.1.Pheb.decis.42.num.8. tom.1. D.Præsul.Ricc.decis.Cur. Archiep. Neapol.119.part.2.

4 Et Stilum Iudiciorum circa processus ordinationem, & iudiciorum vsum versantem pro lege in eodem iudicio obseruandum, tutantur *Cravett. cons. 201.num.21.Menoch.cons.110.num.4. Thesaur.dec.1.num.9. Amat.dec.March. 32.num.27.Viu.decis.297.* quod procedit etiam in causis criminalibus, *Menoch.de præsumpt. quæst.8.num.15. libr. 2.Iannin.decitat.Real.cap.1.num.76.*

5 Potiusque standum esse stylo, quàm consuetudini tenent *Franc.Marc.decis. 158.num.3.tom.1.Caualc. decis.6. num. 17.Afflict.decis.135.num.3.Cornaezan. decis.Florent.72.num.6. Mastrill. decis. 1.num.20.& multi ex alijs supra citatis.*

6 Stylumque præferri Authoritati plurium DD. contrariam opinionem magis communiter affirmantium, loquendo de stylo nostri Sacri Consilij ex *Afflict.d.decis.135. & Præsid.de Franc. decis.238.* nouè firmat *Theodor. Allegat.1. num.33.*

7 Itaquòd meritò in facto dicebatur grauari Subditos, quãdo Ordinarij stylus in Curijs per eorũ Barones seruari nõ fiũt vel per Officiales nõ seruantur, & proinde fuerunt obtentæ prouisiones, quòd à solito stylo minimè recedatur.

8 Siquidem Iudex non seruans stylum Curiæ grauat partes, & tenetur in syn-
9 dicatu, & iudicando contra stylum facit litem suã, ac si faceret & iudicaret cõtra legem, *Rodolfin.de bracch secular.n.32.*

10 Et in modo procedẽdi debere seruare stylos Curiæ docent *Luc.de Penn. in l.momentanea, C.de Annon. & Trib.lib. 10. Cancer. var. resolut. libr. 3.cap.13. num.354.Mastrill. de Magistrat. lib.4. cap.18.num.106.*

11 Cùm sententia contra stylum lata sit nulla, *l.prolatam C.de sentent. & interlocut.Guid.Pap.decis.292. num.2.Cacher.d. decis. 22. num. 6.* quos refert *D. Ricc.alleg.decis.119.part.2.* prout & re-
12 scriptum contra stylum impetratum, nec prodest, imò nõ censetur à Principe concessum, *Rebuff.ad leg. Gallia tom. 3. tit.de consuet.art.2 glos.13.à num.32.cũ sequ.Perez in l.1.quæst. 14. col.3. tit. 2. libr.36.*

13 Inde errare minimè dicitur, qui stylum suæ Curiæ obseruat, vt considerabam inter cætera ad fauorem Prioralis Curiæ Sancti Nicolai Barensis coram Reuerendiss.Domino Cappellano Máiore dum tractabatur de nullitate excommunicationis latę aduersus Reuerendum D. Ioann. Ferrignum Canonicum Regalis Ecclesiæ S. Nicolai dictæ Ciuitatis Barij.

14 Videmus inquam stylum tantæ esse potentiæ, vt faciat ius vniuersale etiam in partibus, sic probãt *Grauat.ad Vestr. in pract.libr.5.cap.3.num.6.Guttier.Canonic.quæst.libr.1. cap.33. num.35. in fin.* & nouissimè habetur in *tract. de cognit.per viam violentiæ, quæst. 135.n. 4.part.2.*

Et prolnde Sacrum Regium Consilium solet relaxare prouisiones pro obseruantia styli Curiarum inferiorum, prout pro obseruantia cuiusdam styli Terræ Siciniani prouisum reperio per D. Vincentium de Franchis causę Commissarium die 30. Mensis Maii 1571. vt in processu dictæ Terræ in Banca de Mondellis.

15 Sed stylum non præsumi in dubio, quamuis sit iudiciorum, & alleganti incumbere onus probandi, notarunt *Mascard.de probat. conclus. 258.& 1338. Menoch. de præsumpt. d.quæst 8.* vbi plura de styli probatione cumulata reperies.

16 Et in stylo strictissimam fieri interpretationem scribit *Paris. de Resignat. Benefic.quæst.18.num.37.cum seq.*

17 Et in decisorijs causæ stylum non ligare Forenses, licèt secus in ordinatorijs iudicij probarunt *Gonzalez in Reg. 8.Cancellar.glos.9.S.1.num.104.& Mascard.de probat.conclus.423.num.9.*

SVMMARIVM.

1 *Officiales debent præstare solitum Iuramentum de bene administrãdo.*

2 *Officiales debent iurare quòd officiũ non emerint, & alia, vt num.3.& 4.& num.5. vbi quòd iuramenta debent*

Digitized by Google

debent administrando, & alia recesserunt ab vsu.

5 *Officiales hodie qualiter iurent, & num. 16. vbi referuntur decisiones Sacri Consilij.*

6 *Iuramentum Officiales præstare nõ debent die non feriato, & quare, num. 7.*

8 *Officialis exercens ante præstitum Iuramentum, punitur pœna criminis læsæ Maiestatis.*

6 *Officialis nouus iurisdictionem habet p. st ingressum Palatij, post acceptationem, & post præstitum Iuramentum.*

10 *Baro grauat Vassallos si recuset, quod eorum Officiales iurent seruare Statutum, Consuetudines, & Capitula locorum.*

11 *Statuta, & Capitula in terris faciũt Ius ciuile.*

12 *Officiales quare tenentur seruare Capitula, & Statuta locorum in decisionibus causarum.*

13 *Iuris appellatione veniunt Statuta, Consuetudines, & Capitula locorum.*

14 *Argumentum de lege ad Statuta, Consuetudines, & Capitula valet.*

15 *Consuetudo, & Statuta æquiparantur.*

17 *Officialis obseruare non tenetur, nisi Consuetudines, Statuta, & Capitula laudabilia, valida, & præscripta.*

18 *Statutis se submittens intelligitur de licitis.*

19 *Iuramentum de seruandis Statutis intelligitur de validis, & legitimis.*

10 *Officiales non tenentur obseruare Statuta contra libertatem Ecclesiasticam.*

21 *Officialis non est periurus si non seruet Statuta contra libertatem Ecclesiasticam, vt illicita.*

22 *Officiales Baronum non tenentur præstare Iuramentum requisitum in pragmat. 4. sub Rubric. de Officialibus.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones impediunt, nè eorum Officiales præstent Iuramentum de bene administrando, & obseruando Leges, Constitutiones, Locorum Consuetudines, Statuta, Priuilegia, Capitula, Pandectas, & Vniuersitatum Immunitates.

GRAVAMEN XL.

1 QVamuis sanè conspicui Iuris sit Officiales debere præstare iuramentum solitum de benè administrando ad textum in *§ sic igitur in Auth. vt sine quoque suffrag.* & post Antiquorũ scholam *Auiles in c. Prætor SS. Symanc de Republ. libr. 7. cap. 15. Auendan. de exequend. mandat. Reg. cap. 2. à num. 3. cum sequen. Bouadill. in sua Politic. lib. 3. cap. 7. num. 19.*

2 Nec non quòd Officiũ minimè emerint per *Cap. Regni 37. & 216. & Pragmat. 2. sub Rubric. de Official. & quæ ijs prohibeantur.*

3 Sicut etiam iurabunt, quòd Deum, & iustitiam præ oculis habebunt, & omnibus conquerentibus iustitiam administrabunt absque fraude per *Constitut. Regni, Inter catera, vbi Afflict. in princip.*

3 Et quòd purè, & sine fraude, non amore, non odio, non prece, nec timore iustitiam peragent secundùm *Constitut. Regni, Puritatem, Leonard. in pract. Official. cap. 6. num. 11.*

6 Tamen quia huiusmodi Iuramenta videntur recessisse ab Aula, Officiales solumodo iurabunt obseruare Leges, Constitutiones, locorum Consuetudines, Statuta, Priuilegia, Capitula, Pandectas, Stylos, & Vniuersitatum Immunitates, ac Prærogatiuas, ad textum in *§. Ius dicendum, in Auth. de Def. nsor. Ciuit. l. rem non nouam, ff. de Iudic. l. Con-*

Digitized by Google

Consiliarios, C. de Assessor. Gaill. observat. 36. num. 13. & seq. libr. 1. Bursat. consil. 235. num 101, vol. 3. Auil. in cap. Prætor. 2. in verbo, En los casos, num. 3. Cancer. var. resolut. libr. 3. cap. 13. num. 328. cum sequen. Mastrill. de Magistrat. libr. 2. cap. 2. num. 52.

6 Quòd iuramentum debere præstari in die non feriato affirmat *Fontanella de pactis nuptialibus part. 1. claus. 4. glos. 10. num. 114. tom. 1.* Quia non dicerentur periuri, si tale iuramentum in die
7 feriato præstitissent, *Cauale. decis. 9. nu. 31. par. 1. Mancin. in tract. de Iuramen. artic. 17. num. 9. part. 2.*

8 Et ideo non præstito tali iuramento Officialis prohibetur interim exercere, & si propria authoritate exercuerit, puniendus venit pœna criminis læsæ Maiestatis per text. in *l. 3. ff. ad l. Iul. Maiestat. Luc. de Penna in l. vnicuique C. de proxim. Sacr. Scrin. libr. 12. Paris. de Put. in tract. de syndic. in verb. Iustitia, §. Iuramentum.*

9 Nouus namque Officialis iurisdictionem habebit post introitum Palatij post acceptationem, & post iuramentum prædictum præstitum, *l. 1 ff. de Offic. Præfect. Augusti. l. sed si fortè, ff. de Offic. Præsid. l. obseruare §. post hoc ff. de Offic. Procõs. Bal. in l. priuatorum C. de Iurisd. omn. Iudic.*

10 Vnde si Barones recusent, quòd eorum Capitanei, & Iudices secundarum, & tertiarum causarum præstent tale iuramentum de seruandis Statutis, Constitutionibus, & Capitulis vt supra, vtique grauabunt.

11 Faciunt siquidem huiusmodi Capitula, & Statuta Ius ciuile in Terris ad textum *in l. Ius ciuile, ff. de Iustit. & Iur. notat Bar. in l. omnes populi ff. eod.*

12 Et ideò illa obseruare Officiales tenentur in decisionibus causarum, *Abb. in cap. cum contingat num. 8. de foro competent. in cap. quòd Clericis num. 21. eodem tit. & in cap. Ecclesia S. Mariæ de Constitut. num. 44.*

13 Nam appellatione Iuris veniunt Statuta, Consuetudines, & Capitula, *Abb. in Rubric. de Consuet. num. 3. & in cap. 1. vt lit. pendent. vbi etiam glos. Pelin. in cap. 1. num. 2. de sponsal. & in cap. licèt causam, vbi Dec. de probat.*

14 Argumentum enim de lege ad Statuta, Consuetudines, & Capitula valet

15 cùm consuetudo, & Statuta æquiparentur, *l. Magistratus, ff. ad Municip. l. semper ff. de Iur. Immunitat. Bar. in l. omnes populi ff. de Iur. Immunit. Triuisan. dec. 94. num. 4. & 5. lib. 2.*

16 Pro quorum omnium verificatione reperio prouisum sub die 10. Martij 1584. per Consiliarium Pinarium, quod Iudex Baiulationis Terræ Vallis Vitulani iuret obseruare Capitula, Constitutiones, Pragmaticas Regni, prouisiones Sacri Consil. Capitula, & Panne&tam Vniuersitetis; & aliàs extitit prouisum pro Vniuersitate Pratæ, vt in Banca Figliolæ de Anno 1572.

17 Est tamen animaduertendum, Officiales non esse astrictos, nisi ad Statuta, Priuilegia, Capitula honesta, & Consuetudines laudabiles, validas, & præscriptas, secundùm *Angel. in l. omnes populi in fin. ff. de Iust. & Iur. Innocent. in cap. 1. de Maiorit. & obedient.*

18 Statutis namque se submittens intelligitur de licitis, *Imol. in cap. Clericus de Iur. Iur. Par. de Re Milit. & Duel. lib. 9. quæst. 7. num. 5. Felin. in cap. ex tenore, num. 7. de rescript.* vbi probat iuramentum de seruandis Statutis intelligi de validis, ac legitimis, sicque confirmat *Regens Valenzuel. consil. 34. num. 135. volum. 1.*

20 Inde si statuta essent illicita, & contra Christianam Charitatem, vel Ecclesiasticam libertatem Officiales minimè obligantur seruare, *Amod. de Syndicat.*
21 *num. 250.* subdens non esse periuros, quamuis generaliter iurauerint omnia Statuta seruare, ex *cap. 1. de Iur. Iuran. in 6.* Conferunt nuper tradita supra in *Grauam. 178. num. 6. tom. 1.*

Sed non reticeam dicere, quoe *Danz*
22 nouissimè in *suo Tractatu de Pugna Doctorum. tit. de Officialibus in genere cap. 8. num. 30.* est in opinione Iuramentum requisitum per *Pragmaticam 4. sub Rubric de Officialibus*, quod hodie exigitur à Iudicibus Magnæ Curiæ, Auditoribus Prouinciarum, & Officialibus locorum Demanialium, non debere dari per Officiales Baronales, quia illa Pragmatica loquitur de Officialibus Regijs, sicque dicit obtinuisse prouisiones à Regia Audientia Principatus citra, dum Doctor Vincentius de Martino Terræ Vitulani fuisset deputatus Capitaneus in Terra Griptæ Minardæ, &

tem-

Digitized by Google

tempore ostensionis suæ commissionis fuisset contra dictum nè admitteretur ad administrationem, nisi iurasset iuxta dictam Pragmaticam.
declarationibus;

SVMMARIVM.

1 *Facultas faciendi depascere sua animalia, qualiter debeat esse arctata.*
2 *Dominorum cura debet esse ad excludendam iacturam Subditorum.*
3 *Barones abstinere debet quòd eorum sues depascantur in restucchijs vbi adhuc sint fasciculi spicarum. num. 3. vbi decis. & num. 4. vbi idem decisum respectu Equarum, & Porcorum, quòd non pascant in vineis Vassallorum.*
5 *Pascula permissa sunt quousque fiant absque tertij præiudicio.*
6 *Tertij præiudicium semper debet supereſſe ad instar olei, & semper euitandum est.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones faciunt depascere Porcos in Restucchijs, tempore quo ibi sunt spicarũ fasciculi, vulgò (le Gregne) vel Animalia immittant in Vineis.

GRAVAMEN XLI.

1 FAcultas quã habent Dñi Terrarum faciendi depascere sua Animalia debet esse arctata loco, & tempore, nec in discriminatim illa vti debent, semperque Barones coguntur habere rationem ad excludendum damnum
2 Subditorum, illorumque iacturam euitare, ea enim debet esse cura Dominorum.
3 Et ideo abstinere debent, nec procurare quòd eorum sues asportentur ad pasculandum in Restucchijs, siue Restuppijs, in quibus adhuc extant spicarum fasciculi, vulgò (le Gregne) quia id in graue Subditorum damnum resultat, prout sic reperio iudicatum ad fauorem Nobilis Terræ Pistitij, quæ cùm conqueſta esset de hoc contra Mattheum Comitem Vtilem Dominum per Consiliarium Cæsarem Vitellium Commissarium destinatum, fuit prouisum, quòd capiatur informatio, & quia præfatus Magnificus Baro negabat id fuisse factum, cùm de iure id fieri non potuisset, fuit prouisum, quòd abstineat sub die 17. Mensis Iunij 1567. apud Ioannem Andream de Caro Actuarium, sicque pariter reperio prouisum ad fauorem Vniuersitatis Terræ Siciniani contra Illustrissimum Ducem sub die 25. Mensis Nouembris 1565. existente Commissario Regio Consiliario Quatra, vt in Banca de Mondellis.
4 Et cùm aliàs idem Baro faceret depascere equas, quarum numerum magnum habebat in Vineis Ciuium dictæ Terræ, ob quod vites magnam iacturam sentiebant, & maximopere diminuebantur, porrecta supplicatione in Sacro Regio Consilio pro parte Vniuersitatis extitit prouisum à Regio Cõsiliario eodem, quod capiatur Informatio, & interim Magnificus Baro abstineret; quod grauamen reperio etiam porrectum per Vniuersitatem Terræ Auigliani contra Baronem, qui faciebat depascere porcos in Vineis Ciuium vt patet in processu grauaminum dictæ Terræ in Banca Figliolæ.

Et respectu Vinearum, & Hortorum sic etiam reperio prouisum pro Vniuersitate Terræ Postilionis pẽnès eumdem Figliolam Actuarium die 10. Mensis Iulij 1564. existente causæ Commissario Regio Consiliario Gonzaluo Bermundez.
5 Pascula enim sunt permissa absque tamen tertij præiudicio, quod semper ad
6 instar olei debet supereſſe, cùm & illud sit euitandum ad *text. in l. 3. §. si succeſſ. & ibi Doctores ff. de vi, & rei Armat. etũ adductis per Gabriel. conclus. 1. de Iur. quæsit. non tollend.* Et latiùs confirmauimus

uimus *forens. quæst. 63. à num. 3. cum seq. tom. 1.* vbi plura conglomerata sunt.

SVMMARIVM.

1 *Barones grauant Vassallos si molestent eos ex causis antiquis, à quibus fuerant aliàs molestati, & postea liberati, & num. 26. vbi Praxis Sacri Consilij refertur circa probationem quale delictum sit antiquum.*

2 *Absolutus à Iudice de aliquo crimine pro sententia diffinitiua, nullo modo potest pro eodem crimine molestari, siue per viam inquisitionis, siue per viam accusationis cognitum fuerit, num. 5.*

3 *Diuina Clementia post dimissa peccata ad vltionem redire non patitur.*

4 *Deus bis in idipsum non iudicat.*

6 *Absolutus in foro penitentiali adhuc potest inquiri, & accusari in foro iudiciali non obstante illa absolutione, vel condemnatione,*

7 *Accusatus, & iudicatus de aliquo ex criminibus mixti fori in iudicio Ecclesiastico, potest iterum in seculari accusari, & puniri contra num. 8.*

9 *Text. in cap. Felicis de pœnis, declaratur.*

10 *Tex in l. placet, C. de Sacros. Eccles. declaratur.*

11 *Verbum acrimonia in l. placet C. de Sacros. Eccles. accipitur pro excommunicatione.*

12 *Excommunicatio non est pœna ordinaria criminis ad publicam vindictam, sed potius ad emendationem medicina.*

13 *Tex. in cap. 2. versic. per temporalem de maledic. perpenditur.*

14 *Absolutus in forma nouis superuenientibus indicijs illis, deinde accedentibus recte molestatur, nisi tamen superueniant transacto biennio, num. 15. & quare, num 16.*

16 *Instantia perimit biennio, ne dum quòad acta ordinatoria, sed etiam quòad probatoria.*

17 *Perempta instantia non datur facultas amplius accusandi, vel inquirendi, fallit in Regno, & quare num. 8.*

18 *Instantiæ in Regno semper censentur prorogatæ in regno in criminalibus.*

19 *Instantiæ prorogatio in criminalibus an habeat locum in Terris Baronalibus.*

20 *In dubio pro existentia Iuris communis est iudicandum ad euitandam correctionem.*

21 *Correctio legum ad possibile est vitanda.*

22 *Lex quod non exprimit non vult, & excludit.*

23 *Curiæ Baronales & Inferiores grauant si elapso biennio molestant liberatos nouis superuenientibus indicijs, vel nisi superueniant indicia non vt priora, sed vrgentiora, & non leuia, num. 24.*

25 *Noua indicia quando superuenire dicantur.*

26 *Delictum antiquum quale dicatur, & quando commissum.*

27 *Vetustas delictorum operatur, nè in eis procedatur pro vt in delictis de recenti,*

28 *Lapsus temporis minuit pœnam.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando pro delictis antiquis molestantur, non obstante, quòd decreta liberatoria de illis ostendant.

GRAVAMEN XL.

1 RE Nascere faciunt quandoque vetera crimina Barones ipsi, vel Nouæ Offi-

Officiales, & hac de causa subditos molestare solent, ob quod eorũdem oritur grauamen prout, & sic agnotum fuit cum Vniuersitas Terræ Pratæ conquesta esset de suo Barone, dum procedebat ad multas causa antiquas, & à quibus Vassalli alias fuerant molestati, & deindè liberati, vndè per præsidem de Franchis tunc Consiliarium, & Commissarium destinatum extitit decretum, vt in causis in quibus fuerant molestati Ciues. & sequuta erat sententia non molestari deberent, pœnès Figliolam Actuarium.

2 Postquam enim quis absolutus est à Iudice per sententiam diffinitiuam, nullo modo potest pro eodem crimine molestari, *cap. de his de Accusat. Bonacos. commun. opinion. crimin. part. 2. in verbo Absolutus, Diaz in Regul. 6. Menoch. de Arbitr. Iudic. cas. 591. Caldas Pereira in Coment. ad l. vnic. C. ex delict. defunct. part. 2. num. 59. Reg. Valenz. cons. 145. tom. 2.*

3 Redditur huius conclusionis ratio, quia Diuina Clementia post dimissa peccata ad vltionem redire non patitur, *cap. si illis de Accusat. Franc. Marc. decis. 637. num. 4. tom. 2.* dicens, *decis. 817*

4 *num. 4. eodem tom.* Neque Deum iudicare bis in idipsum.

5 Estque vera allegata Regula, siue per viam inquisitionis, siue per viam accusationis crimen semel fuerit cognitum, *Ioann. de Anan. consil. 17. col. 3. Dec. in l. bona fides non patitur num. 5. ff. de Regul. Iur. Couarr. libr. 2. variar. resolut. cap. 10. num. 5. vers. 8. Vrsellius nouiter in examin. conclus. legal. in verbo Absolutus conclus. 12.* Et fusè in hac materia *Farinac. in practic. crimin. quæst. 4. tit. de inquisit. part. 1.* vbi plures refert ampliationes, & limitationes, quarum aliquas recensèt pariter *Sese decis. Rot. Aragon. 106.* quas apud eum videre poteris.

6 Sed non reticeam dicere, absolutum in foro pœnitentiali adhuc posse inquiri, & accusari in foro Iudiciali, non obstante illa absolutione, vel condemnatione, *Marsil. singul. 639. Comitol. Respons. moral. lib. 6. quæst. 6. Guttierez Canonic. quæst. libr. 1. cap. 3. num. 13. Perez in l. 1. glos. 1. tit. 8. libr. 8. ordin. Sayr. de censur. libr. 2. cap. 20. num. 31. Parlador. part. 3. different. 12. §. 2. num. 12. Sanchez de Matrimon. libr. 8. disputat. 34. num. 26. D. Præsul Ricc. decis. Cur. Archiep. Neap. 230. part. 2.*

7 Quin immò apud multos Doctores est receptum accusatum, & iudicatum de aliquo ex criminibus mixti fori in Iudicio Ecclesiastico posse iterum in seculari accusari, & puniri, & sic è conuerso, idque eliciunt ex *cap. Felicis*, ibi, (*per hoc neque secularibus potestatibus*) *de pœnis l. placet vers. si quis C. de Sacros. Eccles. ita Abb. & Felyn. in cap. de his de Accusat. Barbat. in cap. cum sit generale de foro compet. à num. 39. Alciat. Couarruu. var. libr. 2. cap. 10 num. 6. Alciat. in cap. 11. num. 134. de Offic. Ordinar. Gomez variar. resolut. tom. 3. cap. 1. num. 40. Clar. in practic. crimin. §. fin. quæst. 57. num. 11. Guttierez Canonic. quæst. lib. 1. cap. 12. num. 12. & seq.*

8 Licèt non deficiant contradictores perperam de directo totum contrarium firmantes, vt *Franc. Berous in cap. fin. de offic. Ordinar. num. 23. vbi Anania, & Innocent.* & multi alij apud *Cened. in collect. ad decretal. collect. 126. num. 4.* Quibus iungo ex Neotericis *Cur. Philippic. part. 3. §. 2. num. 33. Mendez à Castro in Praxi Lusitan. cap. 4. nu. 7. cum seq. libr. 2. Bouadil. in Politic. libr. 2 cap. 17, num. 98. Mirand. de ordin. Iudic. quæst. 1. artic. 7. conclus. 2. Suarez de Paz in practic. prælud. 2. à num. 49. cum sequent. tom. 2.*

9 Inde in facti contingentia hanc sectando sententiam, dicebam non obstare Textum in *dicto Cap. Felicis*, quia vltra intellectum datum ab *Aretin. in cap. de his de Accusat.* potiùs per locum a speciali videbatur probare contrarium, quoniam si iuxta Iuris Regulas Accusatus in foro Ecclesiastico poterat denuò accusari in seculari, frustra Papa Conditor dicti Canonis protestatus esset non esse suæ intentionis per impositionem pœnarum Ecclesiasticarum eripere pœnas fori laicalis, vnde cùm necessarium esse duxerit id exprimere iuxta ordinarios iuris tramites contrarium esset annuendum prout sic docet *ibid. glos. in verbo Addimus.*

10 Et ad textum in *dicta l. placet*, præfabam Responsum, quòd dùm ver-

11 bum *Asrimonia*, de quo ibi, sumatur pro excommunicatione, vt per *Glos.*

12 *& DD.* communiter ibidem, & excõ-

Digitized by Google

municatio non sit pœna ordinaria criminis ad publicam vindictam, sed potius ad emendationem medicina, vt in *capit. 1. de sentent. excommunicat. in 6. Couarruu. in cap. Alma Mater, part. 1. in princip. num. 9. Sayr. de Censur. libr. 1. cap. 3. num. 9.* proinde non impeditur accusatio criminis ad publicam vindictam.

13 Restabat autem *Textus in cap. 2. versic. per temporalem de Maledicis*, qui diruebatur eo quia ille diuersos apud Doctores sortitus est sensus, vt fatentur *Abbas ibi num. 4. Zabarell. oppositi. 2. & Anchoran. num. 6.* inter quos insurgit magis consentaneus litteræ, vt agat in casu denegatur obedientia Ecclesiastico, & ideo ibi inuocabitur seculare præsidium, non vt sæcularis Iudex cognitionem habeat, sed vt condemnationem ab Ecclesiastico gestam contra parere nolentem exequatur.

14 Quibus ita præhabitis obseruare minimè desinam absolutum in forma nouis superuenientibus Inditijs, illis deinde accedentibus iterum molestari posse, nec subintrare grauamen, *Doctores in cap. Admonendi de Iur. Iurand. Grilland. de Relaxat. Carcerat. Rubricæ Absolut. Innocent. quæst. secunda num. 4. Boss. in practic. criminal. tit. de sentent. num. 65. & 72.* dicens sic obseruari in Mediolanensi Dominio, *Couarruu. libr. 1. variar. resolut. cap. 1. num. 8.* qui de praxi Hispaniæ fidelem perhibet fidem, *Foller in practic Criminal. quæstion. 62. num. 2.* vbi testatur de Stilo Mediolani, *Farinac. in Praxi sua citat. quæst. 4. num. 23. cum sequent. Carthar. in prax. interrogand. Reos capit. primo num. 135. cum sequent. libr. 4.* & fusè confirmat *Caball. resolut. criminal. cas. 93.*

15 Declara tamen taliter absolutũ tran. facto biennio etiam nouis superuenientibus indicijs non posse amplius molestari, *Constant. Pap. in Rit. Magn. Cur. Vicar. 246. Præs. de Franchis decision. 653.* Et apertiùs *decis. 664.* cum intra
19 tale biennium instantia peremptа fit, *vulg. l properandum de Iudic. l. final. C. vt intra certum temp. Rit. M. C. V. 248.*

17 adeo quòd ne dum acta pereunt ordinatoria, verùm etiam probatoria, nec amplius datur facultas iterum accusandi, vel inquirendi, *Præs. de Franch. decis. 250.* vbi testatur iudicatum in Sacro Regio Consilio firmatam conclusionem esse veram etiam si biennium decurrerit ob inquisiti impedimentum. *Reg. Tap. in suo Iur. Regn. in Constitut. omnes Baiuli locorum num. 4.*

18 Cæterùm nouissimè in Regno hæc declaratio non potest practicari, quia vigore *Pragmaticæ 51. de Offic. Iudic. & aliorum Officialium*, expresse sancitum est instantias semper censeri prorogatas, ita vt numquam illarum peremptioni fit locus, quòd respectu Regiarum Audientiarum Regni fuit pariter dispositum, vt in *Pragmatica Octuagintæ nouum capitum sub eodem tit. de offic. Iudic.* & ideo in proprijs terminis modernè *De Marinis Quotidianarum resolut. cap. 184. num. 13.* hanc tutatur sententiam.

Et iuxta illam fatetur determinasse magnam Curiam Vicariæ maxima præcedente discussione in causa Ioan. Andreæ Ventura, inquisiti de homicidio, & liberati in forma nouis superuenientibus indicijs, qui cùm à dicto decreto reclamasset facto iterum verbo in eadem magna Curia vt delegata loco reclamationis, fuit Decretum prædictum confirmatum sub die 27. Augusti 1630. *Et nos latiùs diximus in Reg. Audientia Apulea . . . .* Vbi sic practicatum in illo Tribunali retulimus.

19 Sed quia Pragmaticæ illæ loquuntur de Tribunalibus in hac Ciuitate Neapolis existentibus, nec non de Regijs Prouincialibus Audientijs, ideo sequitur annuere declarationem positam vigere in alijs Curijs præsertim Baronalibus, nã de illis nulla fuit facta mẽtio, igitur non censentur inclusa, sed regulari debent iuxta tramites iuris commu-
20 nis pro cuius existentia in dubio est iudicandum ad euitandam correctionẽ, *Picard ad princip. institut. de lege Falcidia num. 34. Armendariz ad Recopilat. legum Nauarræ in Proœmio num. 51. Cardinal. Tusc. conclus. 1036. lit. C. tom. 2.*

21 Communium legum enim correctio ad possibile est euitanda *l. 1. C. de inoffic. dot. l. si quando, C. de inoffic. Testa-*

ment.

Digitized by Google

ment. l. præcipimus in fin. C. de Appellat. cap. 1. de noui operis nunciat. cap. cum expediat de elect. in 6.

22 Si enim voluisset includere huiusmodi Curias inferiores expressisset prout expressit & alia Tribunalia, sed quia non expressit illas, includere noluisse dicendum est, *Menoch. cons. 30. num. 8. Armendariz in dicto Proœmio addit. ad Recopilat. leg. Nauarr. num. 150.* cum fusiùs adductis per *Cardinalem Tuscum, litera V. conclus. 89. & Cardos. in Praxi Iudic. & Aduocat. in verbo lex num. 8.*

23 Quare Curiæ huiusmodi inferiores grauarent, si post elapsum biennium molestare vellent liberatos, sinè habilitatos in forma nouis superuenientibus indicijs:

24 Prout similiter subintraret grauamen in hac materia, quando molestia inferretur huiusmodi sic habilitatis tempore, quo inditia de nouo superuenientia non sunt vrgentiora primis, sed ad instar illa, quia in tali casu sunt ligatæ manus Iudicis in procedendo contra tales sic liberatos, cum nequeant illi molestari nisi noua inditia sint vrgentiora primis, prout ita pluries ad instãtiam partium reminiscor relaxasse prouisiones in prouincijs Capitanatæ Apuleæ, & Comitatus Molisij.

25 Et noua indicia tunc superuenire dicuntur, quando non sunt de illis, quæ in processu antea extabant, sed diuersa, nam super primis iam purgatis non potest fieri fundamentum etiam si illa melius probarentur, quia non dicitur tunc superuenire nouum indicium, vt est necesse, sed noua inditij veteris probatio, quæ non dicitur sufficiens, ita *Bellouis. in practic. crimin. tit. de quæst. num. 92. Guid. de Suzzar. in tractat. de indic. & tortur. num. 57* vbi recenset exemplum noui indicij in torto, cui dixit nullum ibi illa nocte iacuisse, vbi crimen fuerat patratum, & deinde fuit repertum per testes, quòd ibi aliquis iacuit, *Brun. in simil. tractat. de indic. & tortur. in part. 2. quæst. 5. num. 63. Pract. Papiens. in form. inquisit. in glos. 1. sub num. 21.* affirmantes noua indicia appellari illa, quæ differunt à præcedentibus specie, vel substantia, *Boss. in pract. crimin. tit. de tortur. sub num. 42. Clar. in pract. crimin. quæst. 64. num. 46.* quos refert, & sequitur *Caball. resolut. crimin. d. cas. 93. num. 43. & seq.* vbi ponit exemplum videlicet prima indicia erant de mala fama rei, vel de inimicitia cum offenso; superuenit postea vnus testis affirmans, se vidisse reum percutere, vel dicens vidisse illum cum gladio euaginato, dicentur enim talia indicia noua.

26 Imò hac nactus occasione non grauabor reportare sanctam practicam (vt ita dicam) solitam obseruarnari per Sacrum Regium Consilium, vt quãdo ei constat inter Vniuersitates, & Barones Ciuilia esse iurgia, & proinde inter eosdem Ciues, & Vtiles Dominos vigere odia, quamuis Ciues ipsi inquirantur de aliquibus criminibus antiquis, & sub hoc colore à Baronibus carcerentur, vel carcerari suspitio habeatur, solere expediri Saluaguardias nè pro delictis prætensis fuisse commissis ante triennium inchoatarum litium ipsi molestentur inconsulto Sacro ipso Regio Consilio, in quo mandant præstari cautionem, vt finitis litibus debeãt stare iuri, &c. vt reperio prouisum ad fauorem Terræ Pratæ apud Figliolam Actuariũ, & Vniuersitatis Cobactę, vt in Bança de Felice.

Pro cuius etiam Practicæ corroboratione ad vnguem nonnulla volui reportare Decreta, & sunt quæ sequuntur.

Die 17. Mensis Aprilis 1581. Neapoli.

Visis actis per Excellentem V. I. D. Dominum Vincentium de Franchis causæ Commissarium fuit decretum & prouisum, quòd pro delictis antiquis per triennium commissis ante litem motam, Curia Terræ prædictæ Vici non procedat in eis inconsulto Sacro Consilio, nec molestet homines dictę Terræ, pro alijs verò delictis procedat Iuris ordine seruato. Nec non prouisum est, quòd carce-

Digitized by Google

rati pro contentis in retroscripta comparitione, præter quàm pro causa soni Campanæ liberentur sub vnica cautione vnciarum auri viginti quinque de parendo mandatis Sacri Consilij, & transmittantur Acta: Respectu autem causæ non præstiti Auxilij ad sonum Campanæ adeant Magnam Curiam Vicariæ hoc suum.

Vincentius de Franchis.

Die 13. Iulij 1566. Neapoli.

In Causa Vniuersitatis Siciniani cum Magnifico Barnaba Caracciolo Vtili Domino.

Facto verbo de prædictis in Sacro Consilio per Magnificum V.I.D. Vincentium de Franchis Regium Consiliarium, &c.

Decreto ipsius Sacri Regij Consilij prouisum est, quòd Ioannes Antonius Crestainus, Antonius de Stephano, Not Gaspar Longus, Carolus de Iuliano, Antonius de Iuliano, & Archangelus Forlaura pro delictis commissis per triennium ante litem motam, non molestentur inconsulto Sacro Consilio, salua prouisione faciendæ respectu aliorum. hoc suum, &c.

Vincentius de Franchis.

Cæsareus Secretarius.

In causa Vniuersitatis Hominum Ciuitatis Grauinæ cum Illustri Duce, & eius Balia.

Die vltimo Mensis Maij 1559. Neapoli.

Facto verbo de prædictis in Sacro Regio Consilio per Magnificum V.I.D. Thomam de Altomare Regium Consiliarium.

Decreto ipsius Sacri Regij Consilij prouisum est, quòd Anibal de Santoro, & Angelus Carronus, Sindici, & Procuratores ad lites Ciuitatis Grauinæ cum Illustri Duce eiusdem seù eius Illustris Balia pro præteritis delictis antiquis, pro quibus hactenus molestati non fuerunt, non molestentur durantibus litibus prædictis inconsulto Sacro Consilio. Quo verò ad Minicum Caldaronum, & Bartholomeum Tuccio similiter Sindicos, & Procuratores carceratos, fiat prouisum, quòd expediantur prouisiones pro trasmissione copiæ Actorum, ad hoc, vt ea visa per dictum Sacrum Consilium possit de iustitia prouideri, hoc suum, &c.

De Altomare.

Cæsareus Secratarius.

In causa Vniuersitatis, & Hominum Terræ Solispatæ cum Illustri Marchione Vtili Domino.

Die 19. Februarij 1565. Neapoli.

Facto verbo de prædictis in Sacro Regio Consilio per V.I.D. Magnificum Consalum Belmundez Regium Consiliarium.

Decreto

Digitized by Google

Decreto ipsius Sacri Regij Consilij prouisum est, qròd retroscripti Antonius Ferruccio, Pompeius Abamundo, Antonius Abamundo, & Ioannes Vigilante cum molestentur pro debitis commissis per eos ante triennium post motam præsentem litem per Vniuersitatem dictæ Terræ Solispatæ contra Illustr. Marchionem Vici Vtilem Dominum dictę Terræ inconsulto prędicto Sacro Consil. hoc suum, &c.

Consaluus Belmundez.

Cæsareus Secretarius.

In Causa Vniuersitatis Terræ Massafræ cum Magnifico Francisco Antonio Pappacoda super Grauaminibus, & Saluaguardia petita in personam N. Donati Scharani, & Matthei de Rigis Syndicorum, & Procuratorum, vt asseritur per Vniuersitatem.

Die 5. Nouembris 1547. Neap.

Facto verbo de prędictis in Sacro Regio Consilio per Magnificum V.I.D. Io. Andream de Curte.

Decreto ipsius Sacri Consilij prouisum est, quòd prędicti N. Donatus Scharanus, & Mattheus de Riggis Sindici, & Procuratores dictę Terrę Massaphrę non molestentur durantibus prędictis, pro prętensis delictis antiquis, pro quibus hactenus molestati non fuerunt, præstita per dictos N. idonea cautione de stando Iuri finitis litibus, hoc suum, &c.

Hieronymus Seuerinus Præsidens.

Io. Andreas de Curte.

Nicolaus Vincentius Cesareus Secret.

In Causa Vniuersitatis, & Hominum Mirabellæ, cum Magnifico Fabritio Guinnatio.

Facto verbo de prędictis in Sacro Regio Consilio per V.I.D. Io: Andream de Curte.

Decreto ipsius Sacri Regij Consilij prouisum est, quòd Priscus de Angelo gaudeat Saluaguardia in eius persona expedita pro delictis prętcritis commissis antè expeditionem dictę Saluaguardię tantum, hoc suum &c.

Io. Andreas de Curte.

Nicolaus Vicentius Cesareus Secretarius.

Digitized by Google

27 Vetustas in quam delictorum operatur, nè in eis sic seuerè procedatur, ac si essent recentia *arg. l. si diutinò ff. de pœnis*, qui iuxta communem DD. intellectum probat ob lapsum longi temporis 28 minui pœnam delinquentis *Conas. lib. 2. miscellan. cap. 20.* fusè *Tiraquel. de pœn. temperand. cauſ. 29.* vbi rationem reportat *Raynald. Corſ. lib. 1. Indagat. Iur. cap 19. Theſaur. deciſ. pedamont. 79. vbi latè.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus ad accuſandum ſtatuto, vel legitima conſuetudine præſcribi poteſt.*

2 *Termino ſtatuto elapſo ad accuſandum non poteſt procedi per inquiſitionem, & qualiter procedat in delictis continuatis, vide num. 4.*

3 *Via parti ſi ſit præcluſa ad agendū, fiſco pariter ad inquirendum dicitur præcluſa.*

4 *Partes ad querelandum termino elapſo admitti nequeunt, & quid ſi conſtet de abſentia partis, num. 6.*

5 *Lapſus temporis eſt defectus, quàm renunciatio, imò renunciationem inducit.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi exiſtente Statuto vel Cōſuetudine præfigente Terminū ad accuſandum in criminalibus illo iam elapſo ex Officio contra eos procedatur, vel admittantur ad querelandum Partes.

GRAVAMEN XLIII.

1 STatuto, vel legitima conſuetudine præſcribi poteſt tempus ad accuſandum quo elapſo excluditur quis ab accuſatione, vel Actione, vnde ſtatutum, quod de crimine quis accuſari nequeat elapſo certo termino valet, vt fusè probant *Soccin. in conſ. 108 lib. 4. & Canter. in quæſt. criminal. tit. de queſtion. tangentibus Iudicem quæſt. 6. num. 2.*

2 Quo vigente Statuto, vel exiſtente conſuetudine grauarentur ſubditi, ſi elapſo iam termino præfixo ad accuſandum ex officio procederetur iuxta theoricam *Bar. in l. querela C. ad l. Cornel. de Falſ. & in l. non ſolum §. fin. de Iniur.* quam vti veram, & communem ſectantur *Salices.* ita illam vocans ibidem, & in *l. Adulter ſub num. 1. C. ad l. Iul. de Adulter. Roman. conſ. 214. num. 4. Alex. conſ. 64. ſub num. 3. libr. 1. Balb. in tract. de præſcript. in 4 part. 4. part. principal. quæſt. 2. num. 3. Marſil. in pract. crim. §. conſtante num. 81. Clarus*, qui teſtatur de magis communi in *pract. crim. quæſt. 51. num. 2.* vbi ſocios vehit de communi atteſtantes, vt etiam teſtatur *Bonacoſ. lib 1. commun. opin. in verb. ſtatutum præfigens*; Et ſequitur hos, & alios adducendo *Caball. in reſolut. crimin. caſ. 5.* vbi iuxta hanc ſententiam vidiſſe iudicari fidem facit.

3 Reddiur huius concluſionis Ratio, quia vbi eſt præcluſa via parti ad agendum, ibi etiam ſublata intelligitur Iudici ad inquirendum, cùm officium iudicis inquirentis ſuccedat in locum accuſationis partis, *l. Diuus Ia 2 ff. de Cuſtodia Reor. l. 2. C. de Abolit. l. Reſcriptum, §. ſi quis accuſatorem non habens, ff de Muner. & honor. cap. qualiter, & quando il 2. de Accuſat.* & nos tutati ſumus *forenſ. quæſt. 152. à nu. 52. cum ſeq. tom. 1.*

At non prætermittam dicere, quòd ad præcludendam viam accuſatori, ve Iudici contra delinquentem ob ſtatutum mandans de Maleficio vltra certum tempus cognoſci non poſſe in de-4 lictis reiterabilibus, puta Adulterij, & ſimilium longo tempore continuatis inſpiciendum eſt tempus finis delicti, *Caball.* ſic probat *reſol. crimin. caſ. 7.* vbi Antiquos reportat concordantes, & ita deciſum teſtatur, & nos latiùs proſequuti ſumus *forenſ. quæſt. 61. tom. 2.* quem locum videre non pigeat.

Qua occaſione obſeruabis negligentes ad vindicandi defuncti necem ad hoc vt vxor admittatur ad querelandum tunc dici proximiores ad quos ſpectat

Digitized by Google

dat, cum labi permiserunt tempus, infra quod querelam proponere potuerunt absque vlla interpellatione, vt nouissimè probat *Merlin. conirouers. forens. cap. 16.*

4 Nec auaram habere volo manum in firmando, nec termino constituto elapso partes querelantes absque grauamine esse admittendas, *Put. de Sindic. in verbo dicit Constitutio, num. 2.* vbi quòd quando constat Iudici de lapsu temporis, ob quod amplius querelans non debet audiri sententia sequi nequit *Clar. in pract. crimin. §. fin. quæst. 51. num. 6.* & latè recenter probat *Thomat. decis. Macerat. 25.* vbi testatur sic

5 quotidie practicari ea de ratione, quia lapsus temporis est fortior defectus, quàm sit renunciatio, siue expressa siue tacita ex *Iaf. cons. 165. & 168. volum. 2. Vant. de Nullitat. inhabilit. compar. nu. 51. & sequ.* imò renunciationem inducit *Tiraquell. de Retractat. consanguin. §. 3. glos. 4. num. 2. Sand. decis. 189. num. 8 & sequent. Gratian. Forens. discept. 752. num. 52.*

6 Sed cessaret Grauamen, si constaret de absentia partis in termino constituto; & id ex probabili ignorantia additextum in *l. si cui §. ijsdem ff. de Accusat.*

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si molestantur pro iniurijs transacto anno, & nu. 7.*

2 *Iniuriarum actio anno expirat & præscribitur siue realis, siue verbalis sit iniuria, vt num. 4. & 6. contra num. 5. siue procedatur ad instantiam partis, siue fisci, num. 8.*

3 *Iniuriarum actio per anni interuallum censetur remissa.*

8 *Præscriptio eadem obstat siue agatur ad querelam, siue ad instantiam fisci in actione iniuriarum.*

9 *Inquisitio loco accusationis succedit.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si pro Iniurijs illatis post Annum inquirantur tam ad instantiam partium, quàm Fisci.

GRAVAMEN XLIV.

1 SEpius querulæ voces Vassallorum apud superiora Tribunalia insurgit sub pretextu, quod molestantur, & inquirantur de iniurijs contra aliquos prolatis, ob quod salutares prouisiones expetunt nè pro dictis causis molestentur, quæ quidem prouisiones libenter solent, expediri, imò & relaxari debent, cum satis grauaminis sapiat nè dum ad partium instantias in illis transacto anno procedere, sed etiam ad instantiam Fisci, & Baronalium Curiarum Coadiutorum.

2 Stat enim conclusio in nostro iure communi calculo ab omnibus recepta & particularibus sanctionibus fuleita Iniuriarum Actionem anno expirare, quia tanti temporis dilatione & taciturnitate huiusmodi Actio præscribitur *l. si non conuicij C. de Iniur. l. si vnius §. si Antè & ibi Glos. ff. eod.* & præcæteris fundarunt *Clar. in pract. Crim. §. Iniuria versic. tollitur autem Rota in Nouis decis. 2. de Iniur. Viuius decis. 55.* vbi quod Iniuriarum actio per hunc temporis interuallum remissa censetur *Valer. in differen. inter forum Iudic. & penitent. in verbo Remissio in iuria differen 7. Ascia determinat. 106.*

4 Quæ sanè sententia est nè dum vera respectu iniuriæ verbalis sed etiam Realis, vt post Antiquiores de communi Doctorum opinione testantur *Plac. in epithem. delictorum cap. 6. circa finem Marian. Soccin in cap. final. num. 30. de Iniur. Villalob. in commun. opin. lit. A post num. 16. Facbin. controuer. Iur. lib. 9. cap. 7.*

5 Et licet non deficiant qui contrarium in hoc particulari scribant, nouis & nouissimè *Vrsillum in etemin. conclus. legal. in verbo Actio Iniuriarum conclus. 40. sub num. 39.*

6 Tamen ipse cumulum Doctorum adducendo pro prima opinione & si alios pari-

Digitized by Google

pariter adduxerim pro altera, nolui ab illa discedere tutans etiam, & rationibus vt est videre *forens. quæst. 152. tom. 1.*

Cumque vigeat Regula, vt tanto temporeque accusandi ius præscribitur, tanto pariter Iudicis officium conquiescat, ne valeat inquirere, grauamen similiter Vassallorum intrabit si anno elapso illi ad instantiam Fisci, siuè Curiarum Baronalium Conditorum pro iniuriarum causis inquirentur, & molestentur.

8 Siuè enim procedatur ad querelam & partis instantiam siuè ex Iudicis officio eadem præscriptio obstat *Iodoch. in sua pract. crimin. tit. de Inquisit. num. 23. Gomez var. resol. tit. de delictis cap. 1. num. 6. Anchar. quæst. famil. 49. part. 2. Boer. decis. Burde galens. 26. Peregrin. de Iur Fisci libr. 6. tit. 8. num. 33.* quos cum alijs adduximus *d. Forens. quæst. 152.* vbi firmauimus præscriptionem Annalem in causa iniuriarum ficobstare Iniuriato quin agere nequeat aduersus iniuriatum, ficuti & Fisco post annum agere volenti, cum Inquisitio loco accusatio-

6 nis successerit *l. rescriptum §. si quis accusatorem ff. de Muner. & honor. l diuus la 2 ff. de Custod. Reorum cap. qualiter, & quando, il 2. de Accusat.* ad cuius ornatum *Toletan. in concurdant vtriusque Iur.* cum legibus Castellæ *part. 1. & 2. & Vuian in Rational. Iur. pontific. lib. 5. pag. mihi 17.*

SVMMARIVM.

1 *Barones grauant Vassallos, si carnes Animalium demortuorum solitas vendi ad frustra vendant ad pondus.*

2 *Barones an possint vendi facere ad pondus Carnes animalium non ex morbo, sed casu interfectorum.*

3 *Caro Animalis morbosi, quòd fuit propterea interfectum, an possit vendi ad pondus, & quo pretio vẽdi debeat, num 4.*

5 *Portulani non possunt mandare, quòd dilanietur caro animalium demortuorum ad pondus, & iuxta taxam faciendam, si sit consuetum vendi ad frustra, & absque assisia per Ciues.*

6 *Consuetudo habet parem vim cum lege.*

7 *Consuetudo facit licitum, quòd aliàs est illicitum.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones faciunt vendere carnem Animalium mortuorum ad pondus, nec illam in quarta, vulgò (A quarti) vel in frustra, vulgò (A pezzi) prout est consuetum vendere permittunt.

GRAVAMEN XLV.

CArnes demortuorum Animalium in multis Regionibus solent vendi in frustra, vulgò (A pezzi) vel ad quarta, vulgò (A quarti) seu (Quartieri) nullo præcedente pondere.

1 Sed Barones, qui à consueto deuiare intendunt, & cum currenti nolunt trãsire, sed semper volunt esse priuilegiati, mãdant, carnes istas morticinas suorum Animalium ex morbo mortuorum vendi ad pondus, vulgò (a tanto lo Rotolo) ac si essent carnes Animalium occisorum, & in hoc casu certè grauant.

Inde cùm Nobilis Vniuersitas Pistitij se grauasset, quòd vtilis Dominus faciebat vẽdere huiusmodi carnes mortacinas porcorũ, ouiũ, & aliorũ Animaliũ ad põdus, mediante decreto firmato manu Regij Consiliarij Vitellij in Anno 1567. fuit mandatum, quòd caperetur Informatio, & interim obseruandũ esse, prout inter Ciues hactenus obseruari consuetum erat pẽnès Magistrum Actorum de Caro.

Et in quodam processu antiquo Terræ Montis Fuscoli in Banca de Felice reperio speciale Bannum emanatum a Gubernatore dictæ Terræ, nè huiusmodi carnes vendantur ad pondus, sed

ad

Digitized by Google

ad petia extra plancas solitas cum pœna aduersus contrauenientes, vt pro qualibet vice debeat soluere modium Augustale.

2 Obseruabis autem in gratiam Baronum me fecisse, & cum grano salis loquutum fuisse de carnibus Animalium, ex morbo mortuorum, quia credo non esse prohibitum Baronibus facere vendere ad pondus carnes Animalium casualiter interfectorum, vel quæ cadendo ex præcipitatione mortua sunt, vel quæ à lupis fuerunt occisa.

3 Licèt non desinam aduertere cadere dubitationem pariter, quando Animal aliquo morbo laboraret, & antequam moreretur occidatur, nam cum pateat ad sensum carnem illam ex morbo esse infectam ad pondus vendi posse minimè credo.

4 Quòd si fortasse ad pondus vendi posse dicat saltem pro medietate pretij ordinarij esset vendenda, quia non potest esse tantæ bonæ conditionis, & qualitatis, vt æquiparetur carni Animalium non morbosorum.

5 Cæterùm non prætermittam notare, quòd cùm Vniuersitas Terræ Orioli vigore antiquæ consuetudinis reperiretur in possessione, quòd quando mortuum esset aliquod Animal Ciuibus, vel fuisset necesse illud occidere antequam mortuum esset ex morbo, quo fortè laboraret, ipsi Ciues potuerant, & soluerant vendere carnem ad eorum habitum, in eorum domibus, & extra, & sine pondere, & pro eo pretio pro quo poterant conuenire, & deinde per portulanum prohiberentur, nè potuissent talia Animalia vt supra laniari facere, modo quo supra, sed quòd illa facere deberent lanare, & vendere ad pondus ordinarium, & iuxta assisiam imponendam habito recursu ad Sacrum Regium Consilium per Regium Consiliarium Petrum Paulum Theodorum Commissarium specialiter destinatum die 15. Mensis Iunij 1583. fuit prouisum quòd caperetur Informatio, & interim quãdo contingerit vendi carnes huiusmodi Animalium, vendantur prout hactenus venditæ fuere.

6 Quòd sanè decretum iustificatur ex vi consuetudinis habentis parem vim cum lege *vulgat. l. de quibus ff. de legibus cum traditis per Bernard. Grat. ad pract. Camer. Imperial. libr. 1 conclus. 36.* & facientis licitum, quòd illicitum erat, vt latiùs diximus in *Prælud. 8. hoc eodem tom. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si permittatur vendi caro Animalium contagiosorum, & infectorum, & num. 3. quid de tali carne sit faciendum, num. 2.*

4 *Multæ Cautelæ adhibendæ sunt pro salubritate aeris conseruanda.*

5 *Episcopo licet resignare ob aeris intemperiem.*

6 *Aer super omnia est necessarius ad conseruandam salutem.*

7 *Licentia concessa Episcopo testandi, dumodo tempore testamenti reperiatur residere suffragatur, si post captam possessionem per procuratorem eius nomine superuenerit infirmitas, ob quam nequiuit ad locum residentiæ accedere, & alibi disposuerit.*

8 *Iustum impedimentum facit, vt non residens habeatur pro residente.*

9 *Residentia est habenda pro adimpleta, quando non stat per adimplere debentem.*

10 *Gratiæ Principum sunt ampliandæ.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones, vel eorum Officiales, aut etiam ab Vniuersitatibus Deputati pro Rebus commestibilibus, permittunt vendi carnes Animalium contagiosorum, & infectorum.

GRAVAMEN XLVI.

1 INuigilare summopere debent Vtiles Domini, eorumque Officiales, nec non Deputati ab Vniuersitatibus reminisci

Digitized by Google

niſci debent, nè pro vſu Ciuium vendi permittant Carnes Animalium habentium aliquod contagium, vel infectionem, quia de facili poſſent cauſare infectionem in Ciues ipſos?

Hinc in quodam proceſſu antiquo Terræ Montis Fuſcoli fol. 319. Actuario de Felice inter cætera Banna promulgata ex ordine Magnifici Petri Schalatiæ Gubernatoris dictæ Terræ, & Caſalium eſt vltimum, vt nullus Buccerius vendat carnes infectas in planchis, vulgò (alle Chianche) in quibus bonæ ſolent vendi.

2 Vndè meritò ſimilibus caſibus occurrẽtibus, quòd infeſtentur aliquę ſpecies Animalium morbo contagioſo, vix ſolent illæ excoriari & carnes concremuntur, vel in foueis multum cautè reponuntur, nè malus odor oriatur, & deinde aliquod damnum ſalubritati Aeris eueniat, poſſet inquam ex huiuſmodi fetoribus ſuperuenire peſtis, quæ à corruptela aeris priucipium ſolet habere, ſicque vidi multoties ſeruatum quando ex ira Dei propter populorum peccata Animalium mors euenit.

3 Quare vbi carnes huiuſmodi Animalium contagio aliquo affectorum permitterentur vendi nedum Subditorum reſultat grauamen, ſed ob periculum quod imminet, & malum finem quem cauſare poſſet vtique eſſent puniendi, qui id patiuntur.

4 Multæ enim pro ſalubritate aeris conſeruanda ſunt adhibendæ cautelæ, & perplura euitanda, ac gerenda vt *per Rip. de peſt. Itit. de Remed. pręſerv. Borrel. de Magiſtr. Edict. lib. 3 cap. 12.* & multa etiam conceduntur pręciſè nam Epiſcopo licet reſignare ob aeris intemperiem, vt poſt cęteros probat *Pariſ. de Reſignat. benefic. quæſt. 3. num. 244. lib. 5.*

5 Aer inquam ſuper omnia neceſſarius ad conſeruationem ſalutis vt fuſè probat *Caſtor Durantus in ſuo theſauro ſanitatis cap.* 1. vbi ſequentes verſus recitat videlicet.

Si cupis incolumem vitam producere, Cælum
Effuge corruptum Nebulis nidore lacunis,
Quodque mouet madidus morboſus Africus Auris,
Purum ama, & ad Solem naſcentem, & lumine Apricum,
Purgatumque Euro, & Boreali frigore terſum.

7 Qua de ratione inferri poreſt licentiam à ſummo Pontifice conceſſam Epiſcopo teſtandi dumodo tempore teſtamenti reperiatur reſidere, eidem ſuffragare, ſi ille cæperit poſſeſſionem Epiſcopatus per procuratorem, & eidem ſuperuenerit infirmitas, ob quam nequiuit ad locum ſuæ reſidentiæ accedere ex metu mutationis Aeris, eiuſdemque intemperie, quia non erat ſimilis illi aeri, à qua diſcedebat ita vt, quamuis ex dicta cauſa non potuerit reperiri tempore teſtamenti in loco reſidentiæ, non per hoc eius diſpoſitio in alio loco in tali infirmitate facta, ob quam mors ſecuta eſt reddetur inutilis.

8 Iuſtum enim tale videtur impedimentum & non reſidentem pro reſidente habere facit, quia reddit illum excuſatum, nec facit incidere in pœnam vt probauimus *Forenſ. quæſt. 69. num. 19. part. 1.* & vti impeditus impedimẽto facti remanet illæſus, vt diximus *quæſt. 40. n 13. ead par.* 1. vbi etiã quòd impedimentum iuſtũ equiperatur impoſſibili vt ibid. *num. 14.* impoſſibilium autem nulla eſt obligatio *l. ſiquis in graui, vbi Bar ff. Ad Syllan. l. ſi ſtipuler ff de verb. oblig. l. impoſſibilium ff. de Reg. Iur.* cum abeſſe non dicatur abſens ex iuſta cauſa *Cap. ex parte, & cap. Ad Audientiam in fin. de Cleric. non reſident. cap. vnic. eod. tit. in 6. l. queſitum ff. de leg. 3. l. ſcie §. Pamphile ff. de fundo Inſtruct. l. abſentia ff. de Reg. Iur.* cum latius conglomeratis per *Mandoſ. in Reg. 32. Cancellar. de impetrand. Benefic. per obit. famil. Cardin. quæſt. 22.*

9 Vltra quod, dum non ex defectu voluntatis, ſed neceſſitatis talis reſidentia non potuerit adimpleri, pro adimpleta eſt habenda ex regula quod factum dicitur, quod non ſtat per adimplere debentem

Digitized by Google

bentem vt scripsimus *tom. 1. grauam. 88 num. 3.*

10 Congruit quia sumus in gratijs Principum in quibus lata nec stricta est facienda interpretatio, nec tenaciter interpretanda *l. 3 ff. de constit. Princip. l. 2. C. de Noxal. l. quod verò ff. De legibus: cap allegant, & ibi Glos. 26. quæst. 7. Card. Tusc. pract. conclus. lit* B. *conclus. 49. & 50.*

Idque fortiùs existente necessaria causaque de illicito facit licitum, vt benè probauimus supra *pralud. 6.*

Certique Iuris est vrgentem necessitatem excusare à residentia, quando si Episcopus resideret, graue periculum vitæ incurreret ex causa morbi, *D. Thom. 2. 2. quæst. 185. Artic. 5. Caranz in tractat. de Residentia Episcoporum cap. 12. versic. 2. Gabr. in Margarit cas. Conscient. in verbo Residentia, Azor. Instit. Moral. libr. 7. cap. 4. quæst. 4. tom. 2. Genuens. in Manual. Pastor. cap. 31. nu. 3. Barbos. in tract. de Offic. & Potest. Episcopi allegat. 53. num. 7. part. 3.* Confert, quia verbum residere non est amarè intelligendum, *Zabarell. in Clement. 1. quæst. 12. nu. 1. de foro competent.* Sed cum quadam modificatione iustificatiua, & ideo casus, infirmitatis est excipiendus, ne afflicto afflictio addatur, *cap. indicatis 3. quæst. 9. cap. cum percussio 7. quæst. 1.* Et ne infirmus duplici afficiatur damno, *l. si pecuniam. §. si acceperit, ff. de condit. caus. dat.* Et nè quod quis inuitus patitur afferat ei præiudicium, *Glos. in cap. fin distinct. 5. cap. Præsbyteros 50. distinct.* Et nè quis absque sua culpa priuetur gratia, *Prob. in cap. finnum. 17 de Cleric. non resident.* cum adductis per *Sanctarel. Variarum resolut. quæst. 8.*

Nec erit inconsonum considerare, quòd si tempore concessionis dictæ gratiæ fuisset interrogatus, & supplicatus Summus Pontifex vtique concessisset ex dicta causa.

Vnde pro concesso haberi debet, quia causa dicitur dux mentis, *Anchar. consil. 254. num. 4. Roman. consil. 503. à num. 7. cum seq.* vbi quòd causa legati limitat, & restringit legatum, *Cardin. Tusc. conclus. 136. lit. C.*

SVMMARIVM.

1 *Barones habent magnam resistentiã pro seruitijs personalibus in Vassallos.*

2 *Confessio Vassallorum, vel alicuius Vniuersitatis in instrumento se esse obligatos Baroni ad aliqua seruitia personalia, iuxta antiquum solitum eis non nocet, nec per dicta verba probatur antiquum solitum, & vide num. 5. & 6.*

D. Fuluius Lanarius laudatur, ibid.

3 *Vassalli non possunt se obligare ad seruitia, vel alia onera personalia in fauorem Baronum absque Assensu Regio.*

4 *Rex est Dominus personarum.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si sub solo prætextu Confessionis ipsorum, vel Vniuersitatis, factæ in Instrumento se esse obligatos Baroni ad aliqua seruitia personalia iuxta antiquum solitum, deinde cogantur ex hoc illa præstare.

GRAVAMEN XLVII.

1 TAlem, tantamque circa seruitutes in Vassallos habent iuris resistentiam Barones, quia per vim, vel metum eorum præstatio præsumitur exorta, *cap. quia cognouimus 10. quæst. 5.* cum latiùs adductis supra in *Pralud. 9. hoc eodem tom 2.*

Vt si Vassalli ipsi, vel aliqua Vniuersitas in Capitulatione, aut Instrumento confiteantur se esse obligatos Baroni ad aliqua seruitia personalia iuxta antiquum solitum, talis confessio eis non nocet, nec talia verba probant talem vetustatem, & antiquum solitum; ita, in proprijs terminis *Aflict. in Constitut. Regni, Quia frequenter num. 5.* Quem refert, & sequitur eximius ille

vir

Digitized by Google

vir numquam satis laudatus *D. Fuluius Lanarius* Doctissimus,& facundissimus Regij Patrimonij Aduocatus super creatus in *addit.ad Regent. Lanarium patruum in §.si quis per triginta,si de feud. defunct.conten.nnm. 65. fol. mihi 516. col.2.*

Rèdduut rationem,quia est facta inter personas prohibitas,& consequenter præsumitur facta in fraudem dictæ
3 Constitutionis, Quia frequenter, qua est cautum Vassallos, & Vniuersitates non posse obligari ad seruitia, vel alia onera personalia in perpetuum suis Dominis & Baronibus absque assensu
4 Regio , quia Rex & Dominus Personarum.

5 Vnde ad nostrum institutum calamum dirigendo,firmare possumus conclusionem,grauari Vassallos, si sub solo prætextu,quod ipsi, vel Vniuersitas in Capitulatione , aut Instrumento confessi sint, se esse obligatos Baroni ad aliqua seruitia personalia, iuxta antiquum solitum,per hoc cogãtur ad illorum præstationem,nisi tamen cum illa enuntiatiua concomitaretur immemorabilis possessio suis vallata solemnitatibus ad *cap.1. de præscription. in 6.* cum conglomeratis *Prælud. 8. hoc eodem tom. 2.* Vel illi suffragarentur priuilegium, aut inuestituræ tenor, vt supra in *Prælud. 4 & 5.* vbierit recurrendum, ne eandem cantilenam recantemus.

SVMMARIVM.

1 *Barones grauant Vassallos, quando non faciunt soluere gabellas Vniuersitati spectantes à Cauponibus Curia,vt ipsi pensiones augeant,& num.2.vbi decisio Sacri Cons.*

3 *Gabella Vniuersitati est soluenda etiam pro pane , qui fit in furnis , existentibus intus tabernas Baronales,num. . vbi Decisio Regiæ Cameræ Summariæ.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur , quando Barones non faciunt soluere Gabellas Farinæ, Vini, & Carnis , quæ consumantur in Cauponis , seu Tabernis ipsorum.

GRAVAMEN XLVIII.

AD finem alterandi pensions Caponarum, quæ sunt ipsorum Baronum & vulgò vocantur (Tauernæ della Corte) solent illi locare huiusmodi Tabernas faciendo francos , & exemptos conductores à solutione gabellarum Farinę , Vini, & Carnis , quæ in dictis Cauponis consumantur etiam per Ciues .

Cumque talium Gabellarum redditus spectet ad Vniuersitates,& per hoc
1 illę veniant defraudatę eorum iure:Ideò facienda est conclusio , Barones grauare Vassallos,quando non faciunt soluere gabellas huiusmodi ab eorum Cauponibus .

2 Indè cum Matthæus comite iam dim Vtilis Dominus Terræ Pistitij locaret Tabernam faciendo francum Tabernarium à Gabella Vini, & Carnis , quæ in dicta Taberna consumebantur , habito recursu per Magnificam Vniuersitatem ad Sacrum Regium Consilium, prouidente Regio Consiliario Cæsare Vitellio Commissario destinato extitit determinatum, quòd caperetur Informatio , & interim quòd Tabernarij , & Ciues comedentes, & bibentes in Taberna prædicti Magnifici Baronis soluant gabellas solitas , & debitas Vniuersitati prædictæ,& hoc de Anno 1567 apud Ioannem Aneream de Caro Magistrum Actorum.

3 Quæ gabella est soluenda etiam pro pane qui fit in furnis existentibus intus Tabernas Baronales , vt iudicauit Regia Camera ad fauorem Terræ Marilia-ni contra Marchionem, vt in sequenti Decreto, quod per extensum ponere libuit.

Die

Digitized by Google

Die 14. Februarij 1598.

In Causa inter Vniuersitatem Terræ Mariliani, & Casalis Brusciani ex vna, & Marchionem dictæ Terræ super eo, si Decreta Regiæ Cameræ mandantia solutionem Gabellarum pro pane, quem conficiunt Fornarij dicti Illustr. Marchionis in Furnis ipsius Marchionis, debeat obseruari etiam quoad Furnos existentes intus Tabernas, vt in Actis.

Visis Actis per Magnificum Militem V.I.D. Mutium Sargentem Præsidentem Regiæ Cameræ, & Causæ Commissarium, & facta de eis relatione circumspecto Regenti Fornario dictæ Regiæ Cameræ Locum tenenti, & alijs Magnificis Præsidentibus fuit per dictam Regiam Cameram prouisum, quòd decreta per dictam Regiam Cameram lata in causa prædicta exequantur in omnibus furnis Baronalibus etiam existentibus intus Tabernas dicti Illustr. Marchionis, & terminus aliàs datus nihilominus currat in dicta causa, hoc suum.

Mutius Surgens.

Antonius Eugenius Actuarius.

SVMMARIVM.

1 *Ex sola solutione releuij non probatur rem esse feudalem.*
2 *Releuium quomodo se habeat ad feudum.*
3 *Releuij solutio est introducta à Consuetudine.*
4 *Releuium est contra feudi naturam, & odiosum.*
5 *Releuium est præstatio extrinsea à feudo, cui non inest.*
6 *Quantitas pro releuio soluta non potest deduci ab hærede in feudalibus.*
7 *Solutio releuij probat rem feudalem & inuestituram.*
8 *Præstatio releuij per triginta annos facit præsumi feudum, sedan respectu tertij num 9.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si sub solo prætextu quòd de Territorio soluatur Releuium, vti feudale Barones non existentes in possessione de facto illud capiant, & in eo plantent, & alias faciant culturas.

GRAVAMEN XLVII.

IN Collegio habito pro parte cuiusdam Vniuersitatis conquerentis de suo nouo Domino, qui sub solo prętextu, quòd de quadam Montanea solutum sit Releuium per prædecessores illam vti feudalem occupauerat, & in ea plantauerat Arbores fructiferas, & alias culturas fecerat tempore quo prædecessores non erant in hac possessione, & cuilibet Ciuium ad ibi pascendum, & seminandum licebat, grauasse per hoc Baronem illum dicebatur.

1 Et roborabatur huiusmodi Assertio, eo quia ex sola solutione Releuij non
2 probatur rem esse feudalem, quia Releuium de sui natura non inest feudo, sed dicitur quodammodo extrinsecum

Digitized by Google

ab eo, vt docuit *Andr. in cap. 1. §. sed & plures versic. non est simile per quos fiat inuestitura. Bal. in cap. quæ in Ecclesiarum de Constitut.* latè *Frecr. de subfeud. libr. 2. Author. 3. à num. 1. cum seq.*

3 Vbi quòd Releuij solutio est ex consuetudine introducta & extra regulas feudi, *Brun. cons. 44. vol. 4. Damnatæ memoriæ Author in glos. 2. §. 3. num. 18.* vbi pariter Releuium esse contra feudi naturam, & odiosum asseuerat *Schneidewin in tract. de feud. part. 5. num. 60. Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. de Refutat. feud. §. 4. num. 1.* vbi quòd est

5 præstatio extrinsea à feudo cui inest, & de consuetudine solui per successores in feudis, seu hæredes, vt etiam tradunt *Ann. allegat. 95. Mastrill. decis. 112. Præs. de Franch. decis. 121. Georg. allegat. 18. num. 23. Camill. de Medic. cons. 18. Reg. Constant. in l. 1. C. pan. Fiscal. Credit. præfer. libr. 10. num. 68. Amat. cons. 1. n. 2. & cons. 79. num. 7. Moles in suo tractatu manuscripto de Regalibus Regni Neapolis in Rubric. Releuij quæst. 6. Gizzarell. decis. 8.* vbi etiam quòd quantitas

6 pro Releuio soluta non potest ab hærede in feudalibus deduci.

7 Et quamuis replicaretur, quòd inter cæteros modos articulandi, & probandi inuestituram de feudo factam esse, & rem de qua contenditur esse feudalem, Releuij præstationem esse vnam de illis, vt tuentur post Antiquiores *Resental. in tract. de feud. cap. 6. conclus. 16. num. 10. Bambacar in cap. si quis per triginta num. 6. & 7. li de feud. defunct. Scrader de feud. cap. 5. part. 4.*

8 Tamen respondebatur in facto de quo disceptabatur cessare possessionem & tamen Releuij præstatio cũ possessione triginta annorum feudalem rem facit præsumere, vt probat *Capan. in particulari tractat. de Iure Releuij quæst. 17. part. 3.*

Nec non considerabatur cessare supradictam conclusionem, vbi agitur de præiudicio tertij, prout in casu isto, in quo de interesse vniuersali tractabatur,

9 quia si ex simplici, & voluntaria solutione Releuij efficeretur res feudalis sequeretur, quòd quis posset ad sui libitum Rem burgensaticam facere feudalem, quod esset absurdum respectu interesse Tertij; Respectu verò directi Domini confessio possessoris sufficit ad probandam qualitatem feudalem, vt post *Andr. in cap. 1. in princip. versic. quærit Glos. ex quib. caus. feud. amitt. notat Reg. Rouit. super Pragmat. Regni in Rubric. de feud. num. 6. & 7. & bene Franc. de Amic. in tit. de his, qui feud. dar. poss. pag. mihi 174 versic. Feudum & nascitur*, qui solidè fundat ob Releuij solutionem, non induci qualitatem feudalem in tertij præiudicium.

Inde dum pauci sunt dies Regius Fiscus prętenderet remissionem cuiusdam cautæ ad Regiam Cameram eo solo fundamento quòd ex recognitione confinium probaretur infra terminum Montis Sannacis sitas esse Defensas, de quorum reditibus fuerat solutum Releuium Regię Curię, & proinde vti de re feudali Regiam Cameram debere esse iudicem prætendebat vigore *Pragmat. 63. sub Rubric. de Offic. Procurat. Cæsar Anna allegat. 121. Præs. de Franchis decis. 11.*

Tamen qui partes Illustrissimi Archiepiscopi Barensis tuebantur ex supradictis, & alijs, quæ ad hunc nostrum casum non faciunt non esse locum petitæ remissioni pro parte Regij Fisci, sed omninò esse procedendum in Sacro Consilio vsque ad totalem sententiæ executionem per idem Tribunal latæ satis contendebant, quia sola illa solutio Releuij ipsi Archiepiscopo vti tertio interessato non debebat nocere, vt faceret præsumi rem feudalem.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si prohibeantur tenere porcos domesticos intus Terram, siue Ciuitatem, nec pro illos tenendo possunt cogi aliquid soluere, num. 9*

2 *Sues sunt thesaura, & comprehensoria pauperum.*

3 *Porcellus dicitur oculus Rustici, & tenuis personę.*

4 *Rusticus plus offenditur ex offensa facta porco, quã diues ex amissione ducentorum aureorum.*

Causa

5 *Causa leuis vel grauis reputatur habita consideratione qualitatis personę.*

6 *Causa de porcello est magna inter rusticos & pauperes.*

7 *Terra paruula dicitur magna respectu Ecclesię pauperis.*

8 *Terrulę quenam dicantur, remittitur arbitrio Iudicis.*

10 *Ciues generaliter possunt tenere omnes species animalium in eorum domibus intus terras sitis.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si existentes in possessione tenendi porcos Domesticos vulgò (Mannarini) & alia Animalia intus Terram, siuè Ciuitatem prohibeantur a Baronibus.

GRAVAMEN L.

1 ACcidit, quod consuetum est à Ciuibus intus Terram, siuè Ciuitatem teneri vnum, vel duos porcos domesticos, quos vulgò (Mannarini) vocantur, illosque crescunt, & impinguant vel pro vsu proprio saliendi causa, vel vt vendant pro suis necessitatibus. Cumque Barones, vel eorum Officiales prohibeant illorum retentionem, solent conqueri Vassalli, & sicut conquestus est iustus, ita & iniustum Grauamen quod eis indicitur, & proinde abstinere se debent Barones, & Officiales à tali prohibitione facienda, prout sic fuit prouisum oblato tali grauamine in Sacro Regio Consilio, & coram Regio Consiliario Cæsare Vitello causæ Commissario pro parte Vniuersitatis, & Hominum Nobilis Terræ Pisticij cõtra Magnificum Baronem; & facto verbo de prædictis in Sacro Consilio die 6. mensis Septembris 1568. fuit dictum benè prouisum per causæ Commissariũ pęnès Cæsarem Secretarium.

Idemque reperio prouisum per tunc Regium Consiliarium de Franchis causæ commissarium pro Vniuersitate, & Hominibus Terræ Pretecatellæ contra Baronem, per quem fuit ordinatum licere Ciuibus dictæ Terræ tenere sues per Terram, & hoc de Anno 1584. vt patet ex processu grauaminum dictæ Terræ in Banca Figliolæ.

Est enim habenda Ratio, vt plurimũ pauperes hæc animalia tenere ad finem vendendi, & satisfaciendi debitis, & præcisè oneribus Fischalium.

2 Sues inquam sunt Thesaura, & comprehensoria pauperum, nam minutatim & paulisper ad eos impinguandos expendunt, & postea in vnum comodum pecuniæ sentiunt.

3 Inde non sine ratione porcellus dicitur oculus Rustici, & tenuis personæ, vt inquit *Glos. in l. illicitas §. ne potentiores in verbo lumine, ff. de Officio Præsid.* quàm nouissimè commemorat *Franc. Nigr. Cyriac. controuers. forens. 102. nu.* 4 *14. tom. 1.* vbi quòd Rusticus, & pauper magis mouebitur ex offensa facta suo porco, quàm diues ex amissione ducentorum ducatorum, & ideò causa leuis, vel grauis reputatur habita ratione 5 qualitatis personæ, *Genuens. in prax. Curiæ Archiepiscop. Neapolitan. cap. 73. sub num. 3. in antiqua impress.* vbi quòd 6 sicuti causa de porcello est magna inter pauperes & rusticos ex *Corsect. in tractat. de Minimis, Innocent. & Zabarell. in cap. final. §. his autem de offic. delegat.* Ita pariter paruula Terrula dicitur magna respectu Ecclesiæ pauperis, 7 8 & ideo Iudicis arbitrio remitti, quæ nam Terrula dicatur attenta consuetudine loci facultatumque rei datæ, & venditæ firmat *ex Hostiens. in summa de his quæ fiunt à Prælatis §. fin. & ibi etiam Goffred. addo Piasec. in praxi Episcop. cap. 5. part. 2. Filliuc. de stat. Cleric. tractat. 44. cap. 4. num. 4. D. Ricc. in prax. fori Eccles. resolut. 36. part 1. Barbos. de Potestat. Episcopi allegat. 95. num. 51. part. 3.*

9 Qua occasione non granabor reportare, quòd cum in Terra Casularum ex longeua possessione essent in libertate Ciuium, & in ea habitantium tenere intus stallas porcos domesticos vulgò (Casarini) absque aliquo onere solutionis in beneficium Baronis, & deinde prohiberentur per Baronẽ illos teuere, nisi soluto prius Caroleno pro quolibet porco, habito recursu ad Sacr. Consil. extitit prouisum, licere debere Ci-

Digitized by Google

Ciuibus dictæ Terræ illos tenere in domibus vel stratellis distantibus à dicta Terra taliter quod non causetur fetor absque aliqua solutione, vt in processu agitato per Vniuersitatem ipsam cum Ioanne Vincentio Crispano Barone in Banca de Felice.

10 Et generaliter Cines posse tenere in eorum domibus intus Terras sitis, omnes species Animaliũ prouisum reperio ad fauorem Vniuersitatis, & Ciuium Terræ Pratę contra Baronem, qui id vetauerat existente Commissario D. Vincentio de Franchis sub die 30. Maij 1571. vt in Banca Figliolæ.

SVMMARIVM.

1 *Colonus qui in exercitio coloniæ habet Vaccas domitas, & Boues si vetetur depascere Vaccas cum Bobus grauatur, & quare, num. 2.*

3 *Aequiparatorum eadem est Iuris dispositio.*

4 *Immunitas concessa prędio extenditur ad animalia necessaria ipsi prædio.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si per Barones prohibeantur, Ne in Defensis Vniuersitatum, vnà cum Bobus faciant pascere Vaccas domitas quas ad vsum culturæ tenent.

GRAVAMEN LI.

1 SI Vassalli, qui in exercitio Coloniæ seu Massarię reperiuntur pro tali vsu habeant Vaccas domitas, cum quibus Territoria arant, & colunt, possunt illas vna cum bobus depascere & aquare facere vnà cum Bobus, quòd si à Baronibus vetentur id agere, vtique grauantur.

Patet inquam, quia cum Magnifica Vniuersitas Pistitij conquesta esset in Sacro Regio Consilio, quòd Mattheus Comite Vtilis Dominus prohibebat, nè Cines facerent pascere in Defensis dictæ Vniuersitatis Vaccas domitas vnà cum Bobus per Consiliarium Vitellium Commissarium destinatum fuit prouisum, quòd caperetur Informatio, & quòd interim Vaccæ domitæ ad vsum arandi destinatæ possint pascua sumere in locis in quibus pascua sumunt Boues domiti apud Carum Actuarium.

Et in Anno 1631. reminiscor, quòd quòd potrecto memoriali in Banca Tribunalis Regiæ Audientiæ Apuleæ per nonnullos Cines Terrę Serræ Capriolæ, quòd impediebantur facere pascere Vacca domitas, quas ad vsum culturæ habebant vnà cum Bobus, fuit prouisum, eis licere facere depascere Vaccas, & quòd minimè impedirentur pęnes Salsanum Secretarium.

2 Dum enim Vaccæ Domitæ idem exercent quod & Boues, & eadem in Vaccis, quæ in Bobus videatur vtilitas respectu Agriculturæ eodem cum iure transire debent ad textum in *l. si postulauerint, §. 2. ff. ad l. Iul. de Adulter. §. pari ratione Instit. quib. mod. Ius patriæ potest. soluit. l. A Titio ff. de furt. l. quidã nummularius ff. de edend.*

3 Et cùm Vaccæ ad hunc effectum æquiparentur Bobus, vti Boues possunt pascere in defensis, ita & Vaccæ ex regula, quod æquiparatorum eadem est dispositio, *l. 1. ff. de leg. 1. Glos. in cap. si posquam §. fin. de elect. in 6.* cum latiùs adductis per *Cardin. Tuse. conclus. 308. lit. E. tom. 3. Menoch. de Arbitr. Iudic. cas. 88. num. 2. Mar. Antonin. var. resolut. libr. 3. resolut. 25. num. 10. Monach. decis. Bonon. 68. num. 19. Illustrissimus Episcopus Riesius in decis. Cur. Archiepisc. Neapol. 223. num. 4. part. 2.*

Con ferunt pro corroboratione quæ diximus infra *Grauam. sequent.*

Et conducit, quòd talia animalia sunt instrumenta culturæ, vnde eodem priuilegio potiri debent ex ijs quæ adducit, *Niger Cyriac. controuers. forens. 141. tom. 1.* vbi quòd immunitas concessa prędio extenditur ad Animalia necessaria ipsi prædio.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si quando habent Vaccas domitas solum absque bobus prohibeantur facere Mezanas,*
2 *Vbi eadem ineſt ratio, diuersitas rationis regulariter non datur,*
3 *Ratio vbi eſt diuersa, tunc dispositio quoque debet esse diuersa, non aliàs.*
4 *Diuersitas rationis diuersitatem Iuris inducit.*
5 *Diuersa ratio, vbi reddi non poteſt diuersum ius induci non debet.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si quando habent solum Vaccas domitas absque Bobus prohibeantur facere Mezanas.

GRAVAMEN LII.

1 ADdendum est firmatis *Grauamin. 34.tom.1.* quòd cùm Nobilis Vniuersitas Pistitij conquesta esset, Nam eiusdem Baro, & ipsius Officiales prohibebant, ne Massarij habentes Vaccas domitas absque Bobus possent facere Mezanas in graue damnum Ciuium, quia carentes Mezanis pro Vaccis domitis nequibant facere Noualia, vulgò (Maiesi) seminandi gratia anno sequẽti fuit per Consiliarium Vitellium Commissariũ super grauaminibus dictæ Terrę destinatum prouisum esse capiendam informationem, & interim Ciues dictę Terræ Pistitij, posse facere Mezanas pro Vaccis domitis, vulgò (Vacche) eo modo, & pro eo numero prout faciunt pro Bobus domitis pęnès Carum Actuarium.

2 Certum est enim Mezanas solere fieri pro seruitio Bouum ad culturam necessariorum, cumque huiusmodi idem faciant exercitium, eadem ratio in illis militare debet, ex Regula quòd vbi eadem ineſt ratio diuersitas dispositionis regulariter minimè detur, vt fusè probat *Farinacc. in fragment. criminal.lit.E.à.num.51. cum seq. Portoles in tractat. de Consortibus, & fideicommiss. legal.cap.5.num.14. Argel.in tract. de legitimo Contradict.quæst.10. num.115. Narbon.de appellat.à Vicario ad Episcopum part.2.num.6.*

3 Ratio siquidem vbi est diuersa tunc dispositio quoque diuersa esse debet, & non aliàs, *l si ita ff.de manumiss. testam. l. si seruus ff.de stat.liber. Dec. consil.394. num.3. Surd. consil.67. num.19.* Diuersitas enim rationis diuersitatem iuris inducit, *l.inter stipulantem §. Sacram, ff. de verbor.obligat.l.fin.ff.de Rit.Nuptiarum*, Et vbi diuersa ratio reddi non poteſt, diuersum ius induci non debet, *l.3.§.1.ff.de Iniust.Rupt.Testam.l.à Titio ff. de verbor. obligat.* quia eadem lex videtur ineſse non extensiuè, sed comprehensiuè, *l.illud C.de Sacros. Eccles. l. bis solis §. Satis C. de Reuoc. donat. Surd. decis.276.num.8. Guttierez pract. quæst. libr.3.cap.17 num. 84. Gonzalez in Reg. 8.Cancellar. §. Proœmial.num.105.*

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si per Barones limitetur, & taxetur numerus Vaccarum domitarum pro exercitio culturæ, & quare, num.2.*
3 *Publicæ vtilitatis ratio semper eſt habenda, eaque preferenda.*
4 *Iura omnia clamant pro publica vtilitate.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si per Barones limitetur, & taxetur numerus Vaccarum domitarum pro exercitio culturæ.

GRAVAMEN LIII.

1 REstringitur vtique ius libertatis, si fiat prohibitio nè ad libitum quis possit pro exercitio culturæ tenere Vaccas domitas, cum illarum taxatum numerum habendum esse nulla lege sancitum sit, & proinde subintrat Grauamen, quando per Barones Ciuibus id non permittitur.

Quare meritò in Anno 1567. die 15. Mensis Iunij, instante circumspecta Vniuersitate Terræ Pistitij, fuit per Consiliarium Vitellium iniunctus ordo Magnifico Baroni dictæ Terræ, eiusque

Digitized by Google

eiusque Officialibus, nè auderent limitare, & taxare numerum Vaccarum domitarum, Massarijs eiusdem Terræ, & quod eis liceret ad eorum arbitrium numero talium animalium vti.

2 Tenderet enim, si aliàs diceremus in in graue damnum Massariorum, quia non omnes possunt habere Boues.

Vltra quod ex retentione Vacearum resultat publica, & priuata vtilitas; quia ex illis nascuntur Boues, dicitur inquam vulgariter inter Masiarios, *Che, chi haue vno Boue, & vna Vacca, più presto ne vende, che ne accatta.*

3 Hinc retione publicæ vtilitatis talis Taxatio fieri nequit, semper enim illi est habenda ratio, & venit præferenda *Mechac. illustr. quæst. cap. 5. num. 16. Girond. de priuileg. seu exemption. explicat num. 908. Mexia in pragmat. taxæ panis concluſ. 5. num. 17. Auiles in cap. 1. Prætor. num. 6. Cabed. decis. Rot. Lusitan. 74 nu. 5. part. 1.* Et multa eius de causa sunt
4 sufferenda, quæ aliàs essent cancellanda, nam iura omnia clamant pro ipsa.

SVMMARIVM.

1 *Contractus vnus potest in alium transfundi, interueniente contrahentium consensu & voluntate.*

2 *Vassalli grauantur, quando census simplices quos Baronibus soluunt esse emphiteuticos declarare coguntur.*

3 *Censum esse simplicem, & emphiteuticum satis refert.*

4 *Vendens rem emphiteuticam inconsulto Domino directo priuatur iure suo, quamuis tradiderit possessionem per clausulam constituti, num. 5. & contractus esset in euidentem vtilitatem Domini, num. 6.*

7 *Emphiteuta non soluens censum cadit à Iure suo, & aperitur via caducitati, etiam si deficiat in vno nummo per biennium; etiam si vnus nummus soluatur pro censu, num. 8.*

9 *Censuarius non cadit à iure suo, etiam si per centum annos defecerit in solutione census.*

10 *Emphiteuta propter deteriorationem rei emphiteuticæ potest expelli.*

11 *Laudemium soluitur pro omni censu emphiteutico Domino directo dum alienatur.*

12 *Laudemium soluitur ex legis dispositione, & ex natura contractus emphiteutici Domino directo.*

13 *Laudemium soluitur ad rationem duorum aureorum pro centum, & secundùm loci consuetudinem.*

14 *Contractus potius censualis præsumitur, quàm Emphiteuticus, & quare.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quãdo Census simplices quos Baronibus soluunt esse emphiteoticos declarare coguntur.

GRAVAMEN LIV.

1 CErti Iuris quamuis sit, contractum vnum posse in alium transfundi, *l. certi conditio, § fin. & l. singularia, & ibi DD. ff. cert. petatur.*

Tamen huiusmodi conclusio vera redditur interueniente contrahentium voluntate, & consensu, *Glos. in l. fin. C. de vsur. Card. Pariſ. conſ. 75. num. 27, volum. 4. Rot. apud Farinac. deciſ. 286.* quos refert, & sequitur *Viscont. in suis conclus. Iur. in verbo contractus.*

2 Inde cum ratione conquerebatur in facti contingentia in Sacro Regio Consilio Vniuersitas Sanctæ Catherinæ, quòd eius Baro cogebat Ciues à quibus simplices census exigebat ad faciendos nouos contractus, & ad declarandum dictos census, quos soluebant esse Emphiteoticos, vt cernitur in processu Gra

uaminum

Digitized by Google

uaminum dictæ Terræ apud Roppulum Actuarium Grauamm. 11. in Ordine.

3 Satis enim importat censum esse simplicem, & emphiteuticum, quia censum simplicem soluens nō recognoscit onus, at secus emphiteuticum debent.

4 Videmus inquam illum inconsulto Domino directo non posse vendere, & vendendo priuari iure suo, *argum. l. fin. C. de Iur. emphiteut. Clar. in §. emphiteusis quæst. 23. Afflict. decis. 97. Gram. decis. 77. num. 2. & 3. Guid. Pap. decis. 162. nu. 1. Caballin. Milleloq. 212. Franc. Marc. decis. 7. num. 7. tom. 1. Vigell. decis. 67. eē-sur. 1.* vbi ampliat, quamuis tradiderit
5 possessionem per clausulam constituti, sequitur *Tiraquell.* qui alios adducit in *tract. de Iur. constitut. part. 3. limitat. 26. num. 5. & Guid. Pap. decis. 46. num. 2.* Et
6 etiam si esset in euidentem Domini vtilitatem *Berous conf. 124. num. 16. vol. 1. Rot. diuers. decis. 312. part. 2.*

7 Nec non emphiteuta non soluens Canonem cadit à iure suo, & contra eum aperitur via caducitati, quamuis in nummo deficiat, *Barbat. conf. 36. vol. 2. Gozadin. conf. 99. num. 8. Cornazzan. decis. Lucens. 1. num. 33. Verall. decis. 182. & 300. part. 1. Surd. decis. 221. num. 21. Raudens. variar. resolut. libr. 1. cap. 17. sub num. 27. Benintend. decis. 6. Valasc. decis. 35. & 86. Gama decis. 41. & 116.* vt
8 etiam Emphiteuta soluens nummum pro canone ita expellitur, & cadit à iure, si illum nummum soluere cessat per biennium seu triennium, sicuti si maior esset summa, *Pereira quæst. forens. libr. 1. quæst. 11. num. 13. Rebel. de obligat. Iustit. part. 2. libr. 13. quæst. 8. num. 8. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. libr. 22. tit. 27. num. 13. Cardin. Tusc. conclus. 239. num. 42. lit. M.*

9 Et tamen Censuarius non cadit à iure suo, etiam si per centum annos non soluisset censum, *cap. constitutus, & ibi Glos. de Relig. Dom. Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua, versic. 119. Dec. conf. 164. Capic. decis. 196. num. 5. Borrell. conf. 40. num. 22.*

10 Pariterque Emphiteuta ob deteriorationem rei emphiteuticæ potest expelli, *Berous conf. 125. volum. 1. Decian. conf. 92. num. 8. volum. 3. Nonius consil. 58. nu. 17. Clar. in §. Emphiteusis quæst. 25. Milanens. decis. Sicil. 17. num. 44. & seq. lib. 2. Cornazzan. dec. Lucen. 65. n. 2.*

11 Et tandem ne longior ero quadam pro omni censu emphiteutico directo Domino solui debet laudemium, dum alienatur, *Alexand. conf. 123. vol. 5. Surd. decis. 31. num. 6.* Et probant, *Clar. in §. emphiteusis quæst. 23. & Amodeus de*
12 *Ponte in tractat. de laudem. quæst. 1. Visconti in conclus. Iur. in Verbo Laudemium.* Vbi quòd Ladenium soluitur ex legis dispositione, & ex natura contractus emphiteutici Domino directo,
13 *ex l. fin. in fin. C. de Iur. Emphiteutic.* & hoc ad rationem duorum aureorum pro centum, vt in *d. l. fin.* & ibi *Ias. Henric. in commun. opin. Iur. conclus. 205. libr. 1. Præs. de Franchis decis. 201.* vel secundum consuetudinem loci, *Cardin. Tusc. conclus. 15. lit. L. Gratian. forens. disceptat. tom. 1. cap. 180. & Borrell. in summa decis. tit. de laudemijs tom. 1.* vbi plura in hac materia.

14 Inde ob maiorem seruitutem, quæ debetur in censu emphiteutico, quàm in simplici, potius censualis præsumitur, contractus, quàm emphiteuticus, *Marsil. Sing 95. Vsembec. conf. 5. num. 45. Grama. decis. 77. num. 8, Capic. decis. 103. Casale. decis. 43. num. 55. part. 1. Rot. diuers. decis. 307. part. 1. Crescent. decis. 1. de censib. Milanens. decis. 1. nu, 123. lib. 1. Marc. Anton. del Rius Miscellan. Codic. libr. 4. tit. 6. Menoch. de præsumpt. libr. 3. cap. 106.* Vbi quàm fusissimè reportat coniecturas, & præsumptiones, quibus contractus emphiteuticus, vel censualis iudicetur.

SVMMARIVM.

1 *Supremi Principis est concedere Indultum.*

2 *Barones quando possint concedere Indultum, & vide num. 3.*

4 *Indultus promissus, vt obtineatur quid nam requiratur, vt fiat à Reo.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones se ingerunt in promittendo Indultum, siue Impunitatem Reuelantibus Crimen, vulgò (metter in vero, & scoprire il delicto) etiam prę-uia partium offensarum Remissione.

GRAVAMEN LV.

1 POst antiquorum scholam non defuerunt, quiin eam deueniere sentẽtiam, Supremi Principis esse concedere Indultum, & impunitatem Reuelantibus crimina, vt ex *l. relegati ff. de pœnis*, tutatur *Bouadilla in Politic. libr. 3. cap. 11. sub num. 12. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 10.* conueniunt scripta per nos *Grauam. 206. tom. 1.*

2 Et quamus ex dictis per *Frecc. in tractat. de subfeud. libr. 2. Authorit. 45.* pateat posse Barones hoc agere ex causa approbata, videlicet ad comparendum, vel pro veritate indaganda, quo in casu licere Baronibus agere, quæ licerent & Regi, nec esse de reseruatis supremę Principis potestatis, præcedente tamen partis remissione, quod in individuo casus nostri firmat *Capiblanc. in pragmat. 6. num. 139. & 139. de Baronib. tomo 1.*

3 Tamen huiusmodi opinio nullatenus est recepta, nisi in specie ex priuilegio haberent hanc facultatem Barones, ita *Mastrill. de Magistrat. libr. 4. cap. 16. num. 271. & 272. tom. 2. Regens Tapia*, nouiter *tom. 5. Iur. Regni tit. de Abolit. in cap. incip. Misericordiam fol. mo. 406.* Et nouissimè latiùs tutatur perspicax Iudex *Merlin. controuers. forens. 33. cont. 1.* Vbi fundat contrarijs respondendo Barones Regni non posse impunitatem, seu indultum promittere Reuelanti crimen, etiam prætia offensę partis remissione, sicque per Magnam Curiam Vicariæ in Collaterali Consilio die 20. Aprilis *1633.* referente Benemerito Iudice D. Io. de Vera, fuisse habitum pro absoluto, non negans tamen Barones posse ad tempus saluum conductum concedere, quod dicit seruandum esse à suis Officialibus, & in sua Baronia, sicque hodie viget praxis, & ita intelliguntur adducta per *Regent. de Ponte in tractat. de Potest. Pro. reg. tit. de prouisionibus fieri solit. §. 4. à num. 53.* & dicta per *Præsid. de Franchis decis. 370. num 4.*

4 Est autem hac occasione obseruandum, minimè sufficere ad huiusmodi impunitatem, siue Indultum obtinendum denunciationem simplicem, & detectionem, sed esse necessarium socios criminis conuincere ad textum, in *l. indicare ff. de verbor. signific. Clar. in practic. Crimin. §. fin quæst. 27. Put. de sindicat. in verbo premium, Ball. in tractat. de Indit. quæst. 26.* quod inueterata praxis interpetata est sufficere ad talem impunitatem, aut premium consequendum dari legitima indicia ad torturam, vt nouiter probat *Giurb. cons. crimin. 22.* maximè in delictis difficilis probationis, *Viuius decis. 196.* vbi de materia.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si à Barone vel Capitaneo prohibeantur accedere ad domum sponsarum ante contractum matrimonij in faciem Ecclesiæ.*

2 *Concilium Tridentinum hortatur, ne coniuges ante Benedictionem Sacerdotem in Templis suscipiendam in eadem domo cohabitent.*

3 *Verbum (hortatur) non obligat, sed excitare voluntatem videtur.*

4 *Natura Consilij est, vt excitet ad deliberandum, non vt obliget ad sequendum.*

5 *Sponsus consumans matrimonium ante Benedictionem Ecclesiæ sublato scandalo non peccat mortaliter, maxime si probabile sit Incontinentiæ periculum, fallit si in*

Diœcesi

Digitized by Google

Diœcesi sit specialis ordinatio Ordinarij, vel si oriatur Scandalum, aut contemptio legis Ecclesiasticæ, num. 6. & an peccatum incurratur prima vice solum, & quando, num. 7.

8 *Qui semel contraxit matrimonium non tenetur in secundo matrimonio Benedictionem recipere, mortuo primo coniuge si renubat, & ideo potest consumare matrimonium absque alia benedictione num. 10. vide num. 12.*

9 *Benedictiones respiciunt personas, & non nuptias.*

11 *Benedictio Sacerdotalis in secundo nubentibus, quando sit seruanda Diœcesis consuetudo.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grautur, si Barones eis prohibeant ne accedant ad domus suarũ Sponsarum, nisi contracto Matrimonio in faciem Ecclesiæ.

GRAVAMEN LVI.

1 INter cætera grauamina producta in Sacro Regio Consilio pro parte Vniuersitatis Vici de Montanæ S. Angeli contra Marchionem vtilem Dominum, illud etiam in quinquagesimo, capite fuit repositum, quod Marchio ipse prohibebat, ne Ciues qui contraxerant Sponsalia accederent ad domus earum Sponsarum absque licentia Capitanei, nisi post contractum Matrimonium in faciem Ecclesiæ. Et per Io. Felicem Schalaleonem Regium Consiliarium, & causæ Commissarium extitit prouisum, quòd circa id Capitaneus non se intromitteret, & abstineret pœnas Figliolam Actuarium.

2 Solent tamen huiusmodi præcepta fieri à Locorum Ordinarijs Episcopis ex mente *Sacri Concilij Tridentini sess. 24. de Reformat. Matrimon. cap. 1.* Vbi Sancta Synodus hortatur, vt coniuges ante Benedictionem Sacerdotalem in Templis suscipienda in eadem domo minimè cohabitent.

3 Sed quia Concilium loquitur per verbum (hortatur) non obligare sed excitare voluntatem videtur ad textum *in cap. fin. in fin. 4 distinct. Glos. in cap. 1. in verbo statuta*, & ibi *Abb. num. 9.* & *Felinus num. 20. de Constitut.*

4 Stat enim Regula firma in iure nostro, vt Consilij natura sit quod quamuis excitet ad deliberandum, non tamen obligat ad sequendum, *l. cum pater, §. mando, & ibi Bart. ff. de leg. 2. l. 1. §. idem Pomponius, vbi Glos. in verbo quia rem. ff. depositi, l. 1. §. si verò sualeris, ff. de pœn. l. si enim ff. mandat. cap. cum olim de Arbitris*; plures concordantes citant *Gutierez de Tutel. part. 1. cap. 8. num. 4. Sanchez de Matrimon. lib. 1. disp. 34. num. 24. Gonzalez in Reg. 8. Cancellar. glos. 46. num. 36. cum seq.*

5 Vndè ante hanc Ecclesiæ Benedictionem sponsum consumantem Matrimonium sublato scandalo, & contemptu legis Ecclesiastice, vt infra, non peccare mortaliter, maximè si probabilis sit incontinentiæ periculum (quod in iuuenibus vtique præsumitur præcisè in primis ardoribus) cõmuni calculo apud scribentes est receptum; sic inquam præ cæteris tradunt *Nauarr. in Manual. cap. 22. num. 83. Ledesma de Matrimon. quæst. 45. Artic. 5. punct. 3. dub. 1. Rebell. de obligat. Iustit. quæst. 7. num. 2. part. 2. libr. 2. Matiens libr. 5. noux Recopilat. tit. 10. glos. 1. num. 98. Coninch. de Sacrament. tom. 20. disput. 27. num. 71. cum seq. Perez. libr. 5. ordinam. tit. 1. libr. versic. queri potest, Lopez instruct. conscient. part. 2. de Matrimon. cap. 39. Gutierez in tractat. de Matrimon. cap 48. num. 3. Vivald. in Candelabr. Aur. part. 1. de Matrimon. num. 254. Bonacin. in tractat de Matrimonio quæst. 4 puncto 6.*

6 Quòd si vigore particularis dispositionis in Diœcesi sit per Ordinarium imposita excommunicatio contra id agentes, prout in multis Regionibus seruatum vid(elicèt in alijs contra transgressores pœna aliquarum librarum cera laboratæ imponatur) vel si oriatur scandalum, aut contemptio legis Ecclesiasticæ, tunc in his casibus non euitaretur peccatum mortale, si contrauentio subsequatur, vt per *Henriq. in Summa libr. 11. cap. 16. §. 2. Basil. Pont. in tract.*

Digitized by Google

tractat. de impediment. Matrimon. cap. 26. §. 2 versic. ex quibus condit. 4.

7 Sed in hoc velim aduertes & liga digito, quòd peccatum incurretur prima vice, quia huiusmodi prohibitio non est, nisi vt debitus ordo consumandi seruetur, & Reuerentia Benedictionibus debita, præmittêdo eas priori copulæ, qua matrimonium legitimè consumatur, illaſque habita seruari amplius nequit, ita *Sanchez in tractat. de Matrimon. lib. 3. disput. 12. num. 11.* vbi secus annuit quoties consumatur matrimonium ante denunciationes, nam huiusmodi prohibitio est ob impedimenti timorem, quod vigore denunciationum potest detegi, quæ sanè ratio viget pariter in subsequentibus copulis, sicque in discursu habito cum diuersis Theologis in facti contingentia concludebam, & sequitur nouiter *Barbos.* post hæc scripta visus in suo *tractat. de Offic. & potest Episcopi allegat. 32. num. 182. part. 2.* Quo in loco omnia per nos dicta cum maiori cumulo Doctorum confirmat.

8 Cumque idem *loco indicat. num. 183.* reportet, vt qui semel contraxerit Matrimonium, & mortuo primo coniuge aliud inierit, non teneatur in secundo Matrimonio recipere Benedictionem,

9 quamuis fortasse primum fuisset inualidum, quia Benedictiones respiciunt personas, & non Nuptias, *Nauarr in Manual. cap. 22. num. 83. Mozz. de contract. tit. de Matrimon. cap. de Natur. Matrimon. num. 10 Rebell. de obligat. Iustit. lib. 3. quæst. 20. num. 3. Coninch. de Sacrament. disput. 27. dub. 8. num. 72. Perez. in l. 1. versic. & alia pœna, tit. 5. libr. 1. Ordin. Sanchez. de Matrimon. lib.*

10 *7. disput. 82. num. 15. & alij.* Ideo subintrat conclusio, vt qui aliàs contraxerit Matrimonium, & sic est viduus, poterit consumare Matrimonium ante quàm illud contrahatur in faciem Ecclesiæ, quia cessat ratio benedictionis recipiendæ, licèt, tutiùs, & honestius sit abstinere, remitto autem me iudicio Sanctæ Ecclesiæ.

11 Annuit tamen *Possevin. in tractat. de Offic. Curat cap. 10. num. 48.* semper in hoc seruandam Diœcesis consuetudinem, quæ generaliter solet esse, vt si fœmina solùm non fuisset benedicta, non esset prohibitum fieri Benedictionem solemniter, vt post cæteros notarunt *Alter. de Censur. disput. 11. de suspens. cap. 4. tom. 2. Genuens. in praxi Cur. Archiepisc Neapol. cap. 59. Illustrissimus Episcopus Ricc. in praxi fori Eccles. resolut. 313. in fin. part. 1. in Magnis.*

SVMMARIVM

1 *Vassalli grauantur, si prohibeantur hospitari, siue albergare consanguineos, & amicos exteros in eorum domibus.*

2 *Albergatio omnibus debet esse libera, & quare.*

3 *Hospitatio laudanda, & eius fauore cuncta sunt concedenda.*

4 *Hospitalitatis laudes remissiuè.*

5 *Hospitari in Cauponis licet.*

6 *Receptatio Bannitorum consanguineorum non est prohibita per Pragmaticam quartam de recept. Malef.*

7 *Consanguinei excusantur, si receptent consanguineum etiam rebellem, & num. 15.*

8 *Affinem bannitum receptans non punitur.*

9 *Receptans affines spirituales non punitur.*

10 *Cognatio carnalis & spiritualis parificantur.*

11 *Cognatio spiritualis maior est carnali.*

12 *Fauore sanguinis multa sunt permissa, quæ aliàs sunt prohibita.*

13 *Conuersatio facta cum consanguineo vel affine Bannito non punitur pœna ordinaria, sed mitiori, & num. 14.*

AR-

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si prohibeantur hospitari, siue albergare Consanguineos, & Amicos exteros in eorum domibus.

GRAVAMEN LVII.

1 SAcrum Regium Consilium pro grauamine reputauit prohibitionem factam Vassallis, ne in eorum domibus hospitari possint, & recipere valeant consanguineos, & Amicos exteros venientes in eorum Terris.

Patet inquam, quia dum Ciuitas Theani conquesta esset, quòd Illustrissimus Princeps Hostiliani Vtilis Dominus vetaret tam Ciuibus dictæ Ciuitatis, quàm Casalium, ne receptarent, & hospitarentur Amicos, & Consanguineos non delinquentes, fuit iniunctum mandatum, quòd abstineret, & caperetur informatio.

2 Albergatio si quidem omnibus debet esse licita, nec impediri debet tamquam nociua libertati, *Rota in Illerden. exemptionis coram R.P.D. Bubalo*.

3 Confert quia hospitalitas est fauorabilis, & venit laudanda, & ideo eius fauore cuncta sunt concedenda.

4 Perplura inquam de Hospitalitate ipsa, eiusque laudibus patent, *Deuteronom. 10. & 19. Esau. 18. Matth. 25. 36 37. Luc. 14.* & videndi sunt *Marc. Tull. lib. 2. de Offic. & Senec. libr. 4. etiam de Offic.* non omissis *DD. in l. omnia priuilegia C. de Episcop. & Cleric. & Cassan. in Cathalog. gloriæ Mundi part. 11. consid. 46.* vbi fusè loquitur.

5 Reddicur verum supradictum Grauamen, quia si liceat hospitari in Cauponis, in quibus solet fieri solutio per itinerantes, nec Baronibus competit ius prohibendi, vt supra *in Grauam. 53. tom. 2.*

Igitur eò fortiùs amicitiæ vel Consanguinitatis causa hunc actum fatere subditis non erit prohibitum.

6 Nec non iuuat, quòd vigore *Pragmaticæ IV. de Receptatoribus Malefactorum*, non est prohibita Bannitorum consanguineorum receptatio, pro quorum excusatione videndi sunt *Andr. in §. Receptatoribus de pac. Iuram firmand. Bombin. dub. 11. post eius Consilia, Bertazzol. consil. crimin. 498. Afflict. in Rubric. de Iur. protomiscos num. 16.* Vbi ait

7 consanguineum excusari, si receptauerit consanguineum etiam rebellem, sequitur *Reg. Rouit. in dicta Pragmat. 4.*

8 *num. 3.* amplians *num. 5.* illam pragmaticam procedere ne dum in consanguineis, seu affinibus carnalibus, sed etiam

9 spiritualibus, prout sunt Compatres, & Commatres, & filioli ex traditis per

10 *Tiraquell. de pœn. temperand. cauf. 21.* Cum parificentur cognatio spiritualis, & carnalis, *cap. debitum de Bigam. Ioan. Andr. in Regul. potest quis per alium num. 6. de Reg. Iur.*, Regens *Valenzuel.*

11 *conf. 159. num. 12. volum. 2.* vbi quòd imò cognatio spiritualis maior est carnali *cap. pittarium, vbi glos. in verb. multò magis* 30. *quæst. 3. Melchior. Gullec. de cognat. spiritual. cap 5. num. 7. Roias de succes. cap. 28. num. 7.*

12 Fauore enim sanguinis multa permittuntur, quæ alioquin essent prohibita *Laurent. in decis. Rotæ Auenion. 1. nu. 4. addo Castill. decis. Sicil. 161. part. 2.*

13 vbi etiam quòd conuersatio facta cum consanguineo, vel Affine Bannito non est punienda pœna ordinaria, sed mitiori, ex *l. 1. & 2. ff. de Recept. & ex DD.*

14 *in l. 1. C. de his qui latrones.* & quòd si statuto caueatur, vt nullus recipiat domi suæ bannitos sub certa pœna, si consanguineus recipiat consanguineum, non tenetur pœna statuti ex *Rim. Iun. consil. 327. in fin. libr. 3. Nell. de Bannitis in 3 part. 2. Tempor. quæst. 21. Foller. in Constitut. Regni Patarenorum, num. 56. & seq. Monteleon. in sua Prax. arbitr. par. 4. n. 105. & 908.* latè *Farin. in præct.*

15 *criminal. quæst. 123. à num. 32. cum seq.* vbi testatur de commun. idem dicens de inquisitis de crimine læsæ Maiestatis, ex communi pariter DD. sententia, quam præ cæteris sectantur *Gigas de pluribus, & var. quæstion. quæst. 5. num. 17. Berous consil. 192. num. 4. libr. 3. Rimin. Iun. consil. 635. num. 9. & 10. Pert. consil. 206. num. 11. Nizzol. alleg. 43. num. 17. cum pluribus sequentibus.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *A Magistris Nundinarum appellatur ad Tribunalia Regia.*
2 *Vassalli si prohibentur recurrere ad Tribunalia Regia in grauaminibus à Magistris Nundinarum grauantur, intellige vt num. 3.*
4 *Feudo concesso à Barone cum assensu Regio ob delictum, vel culpam si redeat redit ad Baronem, non ad Regem.*
5 *Causa potentior, & originalis attenditur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando à Grauaminibus illatis per Magistros Nũdinarum, vulgò (Mastri Mercati) cogantur appellare ad Iudicem secundarum causarum Baronalem, & impediantur adire Regia Tribunalia.

GRAVAMEN LVIII.

1 IN casibus grauaminum illatorum per Magistros Nundinarum, tempore quo illæ reguntur esse recurrendum ad Tribunalia Regia firmat *Minadous consil. 24.* & fusè probat *Borrell. consil. 86. per totum*, vbi discutiendo articulum si à sententia Officialis Nundinarum, seu Mercatus debeat appellari ad Iudicem Appellationis Vniuersitatis, Baronis, vel Regis tandem in ea residet sententia, Regios Magistratus de causis appellationum in casu suo Iudices esse.

2 Quare si Vassalli impediantur in huiusmodi grauaminum causis ad Regia Tribunalia habere recursum, sub prætextu quòd Barones prætendant, illos debere adire suos Iudices secundarum causarum, vtique grauantur.

3 Cæterùm modificabis hanc firmatã conclusionem procedere, & esse veram quando priuilegium Nundinarum repetiatur concessum Vniuersitati immediate à Principe, & ab ipso, vel ab Vniuersitate singulis annis eligitur Magister Nundinarum, at secus si præcedente Regio Assensu Baro priuilegium Nundinarum Vniuersitati concessisset, quia tunc in casu appellationis esset adeundus Iudex secundarum causarum eiusdem Baronis prout sic in facti contingentia contra Vniuersitatem Ciuitatis Muri ad fauorem Comitis tutatur *Capiblanc. practic. quæst. super pragmat. 8. Baron capit. 39. tom. 2.* adducens illud

4 simile, quòd concesso feudo à Barone cum Assensu Principis ob culpas, & alias causas à legibus feudorum indictas, Feudum id non deuoluitur ad Regem à quo mediatè tenetur, sed ad Regem, qui immediatè vestiuit, quia

5 originalis, & potentior causa attenditur, & ab eo iurisdictio, & cætera dicuntur collata, vt per *Andr. in capit. 2. num. 4. versic. patet ergo, de pac. tenend. Afflict. decis. 282. num. 12. Camill. de Curt. in diuers. feudal. fol. 62. à num. 79. Bambacar. in sua repetit. cap. Domino cõmittente si de feud. defuncti. contr.* Vnde dicit ipse, quòd quando concessum immediatè dependet à Barone ad eiusdem Officiales est recurrendum super appellationibus interpositis à Magistro Nũdinarum, ne suam iurisdictionem minuendi detur ansa, sicque annis longè elapsis reminiscor consuluisse veridicũ, & Doctissimum Dominum Genitorem meum Io. Dominicum Nouarium.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si ædificare in suo, vel extra Terram prohibeantur absque Baronum licentia, & num. 9. & 10.*
2 *Portulani non possunt impedire Ciues, vt non fabricent, vel reficiant domus, & aperiant, vel claudant fenestras, & ianuas, nisi loca publica non occupentur aut impediantur.*
3 *Ædificare in suo, & altiùs tollere*

Digitized by Google

vsque ad Cælum cuique licet fodere, & excauare etiam cum damno Vicini, nisi ad iniuriam vicini principaliter fiat.

4 *Furnum in re sua quilibet facere potest, & non præsumitur fieri ad damnum vicini.*

5 *Fenestras in proprio pariete cuilibet facere licet.*

6 *Fenestras habens in pariete cõmuni absque cantonibus, vel cancella ferrea ex Consuetudine Neapolitana, claudere illas debet.*

7 *Aedificare in muro diuisorio inuito vno ex socijs non licet, cùm damnum alteri infertur. Quid in muro, qui possidetur pro diuiso.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si ædificare in suo, vel extra Terram absque Baronum licentia prohibeantur.

GRAVAMEN LIX.

1 IVs libertatis infringitur, quando Barones faciunt prohibitiones, nè Vassalli ædificent in suo, nisi ab ipsis obtenta licentia, & proinde in huiusmodi casu grauant, & potest iniungi eis mandatum, ne id faciant, prout sic ad instantiam Terræ Viggiani fuit prouisum contra Ioannem Iacobum Denticem vtilem Dominum, qui cùm prohibuisset, nè Ciues dictæ Terræ ædificare possent domus in eorum Territorijs ad ipsorum arbitrium, fuit decretum debere licere dictis hominibus in proprijs locis ædificare, existente Commissario Regio Consiliario Laurentio Polo, sicque aliàs fuit determinatum ad fauorem Terræ Orioli contra Portulanum, fuit inquam in casu isto prouisũ, licere vnicuique in solo proprio fabricari facere absque licentia Portulani, dũmodo fabricæ faciendæ non impediant publicum. Cumque eadem Vniuersitas Orioli conquereretur, quòd quando Ciues, & habitantes vellent diruere suos muros, & illos reficere, & facere ampliores, vel magis paruos, vel longiores, quàm per prius erant, vel facere portas, & fenestras, vel illas claudere, & alibi conficere, & ob id essent impedita à Portulano, qui contra non obtemperantes exigebat pœnam, fuit prouisum, vt liceret Ciuibus dictæ Terræ facere omnia supradicta, nulla obtẽta, nec petita licentia, dummodo loca publica non occupentur, nec in aliquo impediantur, & hoc in Anno 1583. die 15. Mensis Iunij, Consiliario Theodoro Commissario, & de hoc etiam vidi porrectum Grauamen contra Baronem ab Vniuersitate, & Hominibus Terræ Auigliani, vt in processu inter eos in Banca Figliolæ.

3 Stat enim regula, cuilibet licere in suo ædificare, & altiùs vsque ad cælum extollere, *l. altiùs ff. de seruitut. & Aqu. l. si intercedat, & ibi Glos. de seruitut. vrban. prædiorum, Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 56. libr. 2. Viuius decis. 306.* qui circa hanc conclusionem discurrunt, & declarationes reportant, *Gratian. forens. disceptat. tom. 3. cap. 432. Thesaur. decis. 23. & 41.* & præ cæteris nouiter fusè *Viscont. in conclus. Iur. in verbo Aedificare*, vbi plura cumulat, nouissimè magis latè *Vrsellius in examin. apum, siue conclus. legal. conclus. 62. in eodem verbo Aedificare*, Vbi quòd ne dum ædificare cuilibet licet in eius solo, & ad sidera extollere, verùm etiam fodere, excauare, & similia agere, etiam cum damno vicini, dummodo tamen id principaliter animo nocendi non faciat, sed benè, vt sibi prodesse possit ex *Marsil. singul. 154. Duen. regul. 32. Soccin. regul. 137. Cæpoll. in tractat. de seruitut. Vrban. prædiorum, capit. 39. Afflict. decis. 328. Magon. decision. 29. Francisc. Marc. decis. 499. tom. 1. Buratt. in decis. Rot. Rom. 38. & 631.* ad materiam recentissimè *Dauid Dorinus in Bibliothec. Iuris Consultorum, in verbo Aedes, & Aedificium.*

4 Et posse quemlibet facere furnum in re sua, & non præsumi fecisse ad damnum alterius post antiquiores firmarunt *Guid. Papa decis. 298. Gaill. obseruat. 69. numer. 26. libr. 2. Thesaur. decis. 16. Apicell. allegat. & Iub num. 14.* vbi latè declarat *dicta l. Altius C.*

de seruitut. & aqu. & l. Meuiana C. de Aedific. priuat.

5 Et feneſtras in proprio pariete licere vnicuique ad libitum facere ſcripſerunt *Bald. Salicet. & Caſtrenſ. in dicta l. Altius*, C. *de ſeruitut. Cepol. in tit. de feneſtr. in principio*, quos refert *Amat. conſil. 40.* vbi tamen concludit, in communi pariete feneſtras habentem, & ſi antiquas, ſine tamen cantonibus, vel cancella ferrea ex Neapolitana conſuetudine illas claudere debere, ſicque dicit iudicatum in Magna Curia Vicariæ, & in Sacro Regio Conſilio, videndus Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus *D. Rice. deciſ. Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ 265. parte 2.*

7 Prout ſuper communi Muro diuiſorio nec licet vni ex ſocijs ſuperædificare, inuito altero ſocio, cui damnum infertur, *l. Sabinus, l. ſi ædes, ff. commun. diuid. l. quidam Hyberus*, vbi etiam in *§. & parietem, & l. fiſtulas in principio, ff. de ſeruitut. Vrban. prædiorum*, latè *Regens Valenzuel. conſil. 118. volum. 2. Reg. Roſſet. in deciſ. 30.* vbi *num. 2.* firmat, quòd ſi paries communis pro
8 diuiſo inter ſocios poſſideatur, poteſt altero inuito altiùs extolli, etiam ſi talis paries non fuerit conſtructus ad vſum ædificandi, ſed ad clauſuram, vt latiùs apud eum eſt videre, addo *Viſcont. in concluſ. Iur. in verbo Muros.*

9 Hinc ex ſupradictis, cùm Vniuerſitas Terræ Vici de Montanea conqueſta eſſet de Marchione ſuo Vtili Domino, quòd prohiberet Ciues, nè conſtruerent fabricas in eorum domibus exiſtentibus ante palatium ipſius Marchionis, nec ibidem feneſtras aperirent, correſpondentes extra muros dictæ Terræ, mediante Decreto Ioannis Felicis Schalaleonis Regij Conſiliarij, & Commiſſarij extitit prouiſum, nè prohibeantur Vaſſalli ædificare ſuper eorum domibus, & quòd liceat altius extollere ædificia, & aperire feneſtras, dummodo ædificia non tangant parietes dictæ Terræ, vt in Banca Figliolæ.

10 Ad cuius Vniuerſitatis pariter fauorem extitit decretum, quòd cùm ex abundantia populorum intus Terram deficerent habitationes, liceret Ciuibus extra Terram ædificare nouas domus ad eorum libitum, abſque vlla licentia, exiſtente Commiſſario eodem Regio Conſiliario Schalaleone, vt patet in ſupradicto proceſſu.

SVMMARIVM.

1 *Iudex tenetur inquirere criminis veritatem, qua coarctanda non eſt.*

2 *Vaſſalli grauantur, ſi dicta Teſtium formaliter vt referuntur, pro & contra reos non recipiantur, & tenentur in ſindicatu Iudices ad omnia damna, & intereſſe, num. 10.*

3 *Dicta Teſtium recipi debent pro & contra inquiſitum integra, & prout proferuntur, etiam contra Fiſcum, & omiſſa, qua contra Fiſcum faciunt, receptio eſt nulla, num 11.*

4 *Fiſcus non poteſt dictum Teſtis acceptare, reiecta qualitate minuente delictum.*

5 *Fiſcus tenetur aſſentire Interrogatorio partis, an talis ſit inimicus, vel ne.*

6 *Qualitas atteſtationi adiecta ſcindi non debet.*

7 *Teſtis dictum diuidi non poteſt.*

8 *Iudex tenetur interrogare teſtes ſuper toto negotio, vt rei Innocentiam deinde exploret, nec omittere debet, quod oretenus audiuit, nec qualitatem illi adhærentem.*

12 *Actus geſtus contra Iuris diſpoſitionem eſt nullus.*

13 *Actus geſtus contra legem pro infecto habetur.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si dicta Testium formaliter vt referũtur pro, & contra Reos non recipiantur.

GRAVAMEN LX.

1 CVm teneatur Iudex criminis veritatem inquirere, quæ coarctanda non est, *l.2. & seq. ff. de Interrogat. act. Becc. cons. 145. nu. 21. Franc. Marc. decis. 382. tom. 2.*

2 Ideo nescio, quo pacto, quare de causa soleat ab iniquis seruari tempore capturæ informationis dicta Testium formaliter prout referuntur prò & contra Reos extendere, sed solùm quæ contra miseros inquisitos faciunt, scribere mandant, & Actuarij scribunt, quod sicuti satis peximitatis sapit, ita & subditorum inducit grauamen.

3 Iudex enim, & Actuarius depositionem Testis simpliciter vt pronunciatur nec damnosa fisco omissa, illam contra contra Reum facientem in scriptis redigere debent, cùm integrè illa sit scribenda, prout sic in Regno habemus prouisum vigore Particularis *Pragmaticæ 6. sub Rubric. de Actuarijs, & Scribis*, vbi mandatur, pro, & contra inquisitos dicta Testium recipi debere, sicque adnotarunt *Niger in cap. Regni, si cum sceleratis, num. 37. Graual. ad Vestr. libr. 6. cap. 2. num. 44. Baiard. ad Clar. in §. final. quæst. 23. Guazzin. de Reorum defens. cap. 2. defens. 14. Farinac. in practic. crimin. quæst. 74. num. 16. D. Riccius dec. Cur. Archiep. Neap. 88. part. 4.* vbi nos allegando pariter decisum testatur,

4 Fiscum non posse dictum Testis acceptare, reiecta qualitate minuente delictũ,

5 & *decis. 290. part. 3.* asserit, Fiscum teneri assentire interrogatorio partis, & testis sit inimicus, vel nè.

6 Qualitas, inquam, attestationi adiecta scindi non potest, *Simon de Petris cons. 178. num. 10. & 11. Sard. consil. 137. nu. 68. Guazzin. de Reorum defens. cap. 35. num. 11. defens. 32. Farinac. in practic. criminal. quæst. 43. num. 19.* reportans *decis. Rotæ 49. num. 5. & 7. post eum cons.*

7 *volum. 2.* Testis dictum non posse diuidi, vt per *Ancharan. in cap. si quid veri num. 2. distinct. 37. Giurba consil. crimin. 23.* vbi latè tractat, si liceat ne Iudici testem interrogare, vt eius dictum Fisco vtile in scriptis redigat, & damnosum, in totum, vel in parte reijciat, & firmat *num. 4.* Iudicem teneri interrogare Testes super toto negotio, vt

8 Rei innocentiam deinde exploret ex *l. si non defendatur*, cum ibi notat. per *Bar. ff. de pœn. l. 1. §. fin.* & ibi idem *ff. de quæst. Marsil. consil. 17. Menoch. de præsumpt. libr. 5 præsumpt. 48. num. 2.* & meminit *sub num. 5. de opinione Guazzin. Reorũ defens. 14. cap. 2. n. 5.* qui aduersus *Seacc. de Iudic. cap 86. num. 9.* inquit, quòd si Iudex oretenus audierit Testem, inte-

9 gram eius depositionem omittere non debet, nec partem aliquam, imò nec qualitatem illi adhærentem, nisi tamen audito oretenus Teste opinetur Iudex, quòd subornatus ille sit ad falsum deponendum, quod dixerunt pariter *Clar. in §. fin. quæst. 23. in princip. & Farinac. in pract. Crim. quæst. 74. num. 16.*

10 Inde his veris existentibus, facilè inferri potest, quòd si Iudex, vel Magister Actorum non recipiant dicta Testiũ integra pro Reo, & contra Reum, tenentur in Syndicatu, & debent condẽnari ad omnes expensas, & interesse, quæ passus fuit miser Inquisitus.

11 Quinimò vbi in defensione Rei constaret, dicta testium integra non fuisse recepta iuxta tenorem allegarę *Pragmaticæ* non posset subsequi condemnatio, & si post condemnationem constaret Iudici ad quem, veniret reuocanda, cùm sit actus gestus contra iuris

12 dispositionem, qui non valet, nec tenet, quamuis ipse per legem specificè non retractetur, vt in Reg. *quæ contra fiunt de Regul. Iur. in 6.* conducit *Text. in c. nouit de his, quæ fiunt à Prælat. Viudec. 321.* vbi quòd consequenter Actus

13 factus contra legem pro infecto habetur, *ex l. non dubium de legibus, cap. Imperiali 25. quæst. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur si prohibeantur deferre ferramenta sui exercitij, & arma Ruralia, & num. 3. & 5.*

2 *Prohibitus deferre arma, non censetur prohibitus deferre ferramenta eius artis, intellige, vt num. 7.*

4 *Arma minus trium palmorum trahi prohibentur, si tamen abscondita trahantur, vt numero 6.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si prohibeantur deferre Ferramenta sui exercitij, & Arma Ruralia.

GRAVAMEN LXI.

1 OCcurrit, quòd Vassalli portant Ferramenta necessaria pro seruitio suarum artium, & ad vsum proprij exercitij, & Barones carcerant eos sub hoc prætextu, ob quod Vassalli conqueruntur, & certè iuridica est eorum conquestio.

2 Siquidem vbi quis prohibetur deferre arma, non censetur prohibitus deferre Ferramenta eius Artis, *Afflict. in Constitut. Regni, Si quis aliquem, sub numer. 7. Rubrica de percussion. illatis. cum Arm. Intrigliol. singular. 7. libro 1.*

Inde in hoc Regno vigore *Pragmaticæ 28. sub Rubric. de Armis*, licèt prohibeantur asportari quælibet arma, acutam aciem habentia, tamen excluduntur necessaria pro alicuius Artis exercitio.

Vnde cum quidam Baro annis elapsis prætenderet sub banno promulgato à suo Capitaneo circa Armorum asportationem, inclusum fuisse Magistrum Ioannem Antonium Torrettam, qui exercebat artem Fabri lignarij, & fuerat captus à Birruarijs cum scarpello duorum palmorum facis acuto, habito recursu ad Regiam Audientiam Apuleæ Ego vti Regius Auditor relaxaui prouisiones, quòd veris existentibus narratis in comparitione mihi porrecta, scilicèt quòd præfatus Ioannes Antonius esset Faber lignarius, si pro alia causa non detineretur carceratus, ipse statim excarceraretur, prout cum effectu in vim dictarum prouisionum fuit è carceribus dimissus.

3 Hinc iuridicè cùm in Anno 1584: coram Domino de Franchis tunc Consiliario & causæ Commissario, deinde Præside S. C. comparuisset procurator Vniuersitatis Cobactæ, dicens nouissimè Magnificum Baronem per eius Officiales prohiberi fecisse, quòd Ciues tam in accessu, quàm in recessu, quem faciebant ab eorum agris non possent arma Ruralia asportare, & in specie Securas, siue Accettas, Roncas, Separolas, & similia deseruientia pro vsu agrorum, & Aratrorum, & nè possent ire, & redire absque igne, & proinde instaret prouideri, ne tales prohibitiones fierent, & licere Ciuibus de die, ac nocte pro vsu agrorum arma prædicta asportare in accessu, & recessu ab eorum agris absque igne, etiam quòd Securæ, & Rõebç sint minus trium palmorum, licèt

4 pro parte Baronis esset replicatum, arma minus trium palmorum non posse trahi ex prohibitione *Regiæ Pragmaticæ* extitit tamen prouisum, quòd Magnificus Baro abstineret, & prædictis Ciuibus liceret asportare arma prædicta Ruralia, & in specie Securas, siue Accettas, Roncas, & Riparolas in Grauamine contenta, etiam noctis tempore absque igne, pẽnès de Felice Actuarium, vt in processu Grauaminum dictæ Terræ fol. 270.

5 Et aliàs ita reperio fuisse per Regium Consiliarium de Altomare ad fauorem Ciuium Terræ Petremolariæ contra Illustr. Marchionem Vtilem Dominum, qui prohibuerat asportationem dictorum Armorum, & ob id carcerabat pauperes Rusticos, & Agricolas, de quo facta relatione per eundem in Sacro Regio Consilio fuit confirmatum

die

Digitized by Google

die 3. Decembris 1569. vt in Banca Iubeni.

6 Liceèt cùm Vniuersitas Terrę Vici de Montanea conquesta esset, quòd eius Officialis emisisset Bannum, ne asportarentur fecuræ cum astis minus trium palmorum, per Regium Consiliarium Schalaleonem Commissarium fuit prouisum intelligi tale Bannũ contra asportantes illas absconditè, quasi quòd tũc videantur habere animum delinquendi, vt in processu in Banca Figliolæ.

7 Et aliàs Vniuersitatem Ciuitatis Theani, cum Illustrissimo Principe Hostiliani fuit prouisum licere hominibus dictæ Ciuitatis portare Arma Ruralia, & ad cuiusque vsum, & exercitium necessaria tempore tamen congruo.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si prohibentur extrahere victualia ab eorum domicilijs, vt illa vendant pro eorum necessitatibus supplendis, & num. 3. secluſa necessitate propriæ Terræ, num. 4.*

2 *Cuilibet licet vendere, & emere, aliosque contractus gerere.*

5 *Tracta datur extra Regnum necessitate non vrgente.*

6 *Sindici, & Electi tempore caristiæ & eius suspicionis, possunt facere banna, ad hoc vt annona sit in Ciuitate, quod nemo extrahat de Ciuitate Victualia.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si prohibeantur extrahere Victualia ab eorum Domicilijs, vt illa vendant pro eorum necessitatibus suppſendis.

GRAVAMEN LXII.

BAnna prohibitiua, nè subditi extrahere debeant Victualia à proprijs laribus ad alibi vendenda regulariter inducunt Grauamen, quia cuilibet debet esse licitum extrahere propria bona, vt vendat currentibus egestatibus succurrendi causa, aliàs esset impedire libertatem contrahendi, quòd
2 iura non concedunt, nam stat regula, cuilibet licere vendere, & emere, contractusque alios gerere, nec illis impedimentum absque grauamine præstari potest, vt dixit *Rota in vna Recanaten. Contractus coram R. P. D. Lugdunen. allegat textum in l. Libertas negotiationis ff. de Iure patron.*

3 Hinc cùm pro parte Vniuersitatis Terræ Sibaris fuisset habitus recursus ad Sacrum Regium Consilium contra Comitem eius Vtilem Dominum, & Officiales ab illo dependentes, eò quia tam in tempore abundantiæ, quàm penuriæ semper vetabant ipsos Ciues, ne possent extrahere a dicta Terra propria frumenta, ordea, & alia legumina, pro illis vendendis satisfaciendi causa solutionibus fiscalibus, & alijs eorum necessitatibus, extitit propterea decretum, & prouisum per Io. Felicem Schalaleonem Regium Consiliarium, & Cõmissarium licere vendere volentibus, vendere, & extrahere pariter, salua prouisione, tempore magnæ necessitatis, quo casu vendantur inter Ciues, vt patet in processu grauaminum dictæ Terræ, apud Sarnum tunc Actuarium, & debere abstinere à tali prohibitione Vtilem Dominum Terræ Valuæ reperio prouisum aliàs, vt in Banca de Mõdellis, existente Commissario Regio Consiliario Vitello.

4 Secluſa inquam necessitate propriæ Terræ, huiusmodi extractio non potest prohiberi, imò necessitate non vigente
5 in Regno Tracta datur extra illud, vide *Reg. de Pont. in tract. de Potestat. Prorog. tit. de tract. seu extract.*

Tempore siquidem caristiæ, & quando est suspicio deficiendi in proprio loco, Sindici, & Electi Vniuersitatum possunt procurare huiusmodi Banna prohibentia extractionem à proprijs Terris, & Ciuitatibus, & ita intelligo loquutum fuisse *Montanar. in pragm. 2. num. 63. de Administr. Vniuers.* quatenus generaliter concludit, Sindicos, & Electos posse facere Banna, ad hoc vt Annona sit in Ciuitate, quòd nemo extrahat de Ciuitate Victualia ex *Bal. in l. cætera §. sed si quis, ff. de leg. 1. & ibi Artin.*

Digitized by Google

Aretin Rip. de pest. in tit. de Remed. ad cõseruand. vbertat. num. 42. Guid. Pap. dec. 373. sicque videtur innuere *Viscont. in concluſ. Iur. in verbo vendere, fol. mihi 282. column. 1. in princip.*

SVMMARIVM.

1 *Aleæ nomen omne fortunæ luſum complectitur, omneſque ludos in fortunæ varietate conſiſtentes.*
2 *Ludi, in quibus caſus euentuſque expectatur prohibitus.*
3 *Aleæ inſtabilitas atque incertitudo fallax.*
4 *ludi vſus deteſtabilis propter plura, & infinita mala, quæ inde oriuntur.*
5 *Luſores odoſi ſunt.*
6 *Ludi materia odioſa.*
7 *Ludens in ludo prohibito, & in magna quantitate vix datur caſus quòd non peccet, propter tot mala, & delicta, quæ ex ludo proueniunt.*
8 *Omnis ludus in pecunia, vbi agitur de lucrando, vel amittendo prohibitus.*
6 *ludus de per ſe, ac de ſui natura non eſt prohibitus, ſed propter mala accidentia.*
10 *Clerici omninò debent eſſe alieni à ludo.*
11 *Clericl luſores diuerſis pœnis plectuntur.*
12 *Clerici luſores nequeunt obtinere beneficia Eccleſiaſtica, & ſi conferanntur collatio eſt nulla etiam ſi non fuerit monitus, quod tamen declara, vt num. 13. & 14*
15 *Clericus ludens incidit in peccatum mortale.*
16 *Pœna luſus quæ ſit in Epiſcopo, & alijs Clericis in ludo perſeuerantibus.*
17 *Clerici ludentes non excuſantur ex conſuetudine, niſi tamen cum luderent in ludis permiſſis, & cauſa recreationis, num. 18.*
19 *Iudex tenens ludum, ſeu baraptariam poteſt priuari officio.*
20 *Voluntas teſtatoris omninò ſeruanda eſt, & ab ea nullatenus eſt recedendum.*
21 *Tutor teſtamentarius poteſt remoueri à tutela, non obſtante quòd teſtator eius qualitates non ignorauerit.*
22 *Luſor repellitur à teſtimonio ferendo, nec poteſt facere teſtamentum, aut admitti ad aliquod publicum officium.*
23 *Ludus in quibus permiſſus, & quando etiam in foro conſcientiæ.*
24 *Baro grauat Vaſſallos ſi prohibeat ludi ludis non prohibitis à Regia Pragmatica, & num. 28.*
25 *Ludus pilæ non eſt prohibitus, nec pilæ magnæ flatu plenè vulgo (dello Pallone)*
26 *Ludus ſcaccorum nec Clericis eſt prohibitus & dè eius origine & inuentione, num. 27.*
29 *Ludens in ludo prohibito ſi perdiderit, nec in foro conſcientiæ tenetur ſoluere, & ſecus ſi in ludo permiſſo, num. 30.*
31 *Ludus quando appelletur crimen.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi vetentur ludere Aleis, & alijs ludis in caſibus de iure non prohibitis.

GRAVAMEN LXII.

1 ALeæ nomen omne fortunæ luſum complectitur, omneſque ludos in Fortunæ varietate conſiſtentes, vt ſcri-
2 bit *Cuiac. libr. 4. Cod tit. 43.* Et idcirco hi ludus, in quibus caſus euentuſque expectatur fortuitus prohibiti fuere; qua de re

de re meminit *Horatius libr. 3. Carminum*, dum inquit:

Seu magis vetita legibus Alea.

3 Propterea sui instabilitatem, atque incertitudinem fallacem illam appellauit *Ouid. libr. 4. de Ponto*.

Nam neque me vinum, nec me tenet Alea fallax.
Per quæ clam tacitum tempus abire solet.

4 Vnde ludi vsum detestabilem esse propter plura, & infinita propè modum mala, quæ inde veniunt: Nemo est
5 qui ignorat; Idcirco lusores odiosi sunt,
6 prout materiam ludi odiosam appellat *Monach. decis. Florent. 2.* & vide *in l. fin. C. de Relig. & sumpt. funer.*

7 Et propter tot mala, & delicta, quæ ex ludo proueniunt, vix datur casus, in quo ludens in pecunia in magna quantitate, & præsertim ludo prohibito non peccet.

8 Quare meritò omnis ludus in pecunia, hoc est vbi agitur de lucrando, & de perdendo pecuniam de iure prohibitus est, *l. solent §. Senatus Consultum ff. de Alea lusu, & Aleat.* cuius verba sunt, *Senatus Consultum vetuit in pecu-*
9 *nia ludere*, *Gratian. decis. 40.* licèt ludus de se, ac de sui natura non sit prohibitus sicuti prohibita sunt alia delicta, sed prohibitus sit propter mala accidentia, cùm ex ipso proueniant Insaniæ, Blasphemiæ, patrimonij Dissipatio, Furta, & alia similia, & peiora, vt quotidie videmus, & considerátur in *Pragmat. 2.* & alibi *sub Rubrica de Aleator.* & notauit *Gramat. in decis. 11.* qui nonnulla cumulat.

10 Quæ omnia præuidendo Sanctissimi Pontifices meritò sanxierunt, Clericos debere omninò esse alienos à ludis, *cap. Clerici il 2. de vita, & honestat. Cleric. cap. Episcopus 35. distinct. cap. inter dilectos de excessibus Prælat. Sacrum Concil. Tridentin. sess. 22. cap. 1. de Reformat.*

11 Ita quòd Clerici lusores diuersis pœnis plectuntur, quarum prima est, vt ne-
12 queant obtinere beneficia Ecclesiastica, *Rot. diuers. decis. 526. part. 1. Verall. decis. 219. part. 3.*, in tantùm, quòd si illis conferatur collatio erit nulla, *capit. 1. 34. distinct.* quod est verum, etiam si
13 non fuerit monitus, vt à ludo desisteret & licèt nequeat beneficium obtinere.
14 Clericus lusor, non tamen priuabitur obtento, nisi postquam fuerit ter monitus, vt à ludo desistat, & ipsis monitionibus non obstantibus luderet, quia tunc posset etiam priuari beneficio iam obtento, *Graff decis. aur. libr. 3. cap. 8.*
15 qui pariter asserit incidere in peccatum mortale, & hæc erit secunda pœna.
16 Tertia pœna est, vt Episcopus, Presbyter, vel Diaconus in ludo perseuerantes deponantur, Subdiaconi ac cæteris Ordinibus insigniti sunt excommunicandi, *cap. Episcopus 35. distinct.* quæ pœnæ sunt confirmatæ *per Sacrum Concil. Tridentin.* vt habetur *in cap. 1. in fin. sess. 22. de Reformat. & sess. 24. cap. 2. etiã in fin. de Reformat.* Sed magis practicabile est, vt pœna Clerici ludentis sit pœna extraordinaria arbitrio Iudicis imponenda.

17 Et in tantum est verũ, quòd Clerici ludentes nõ possunt excusari cõtraria cõsuetudine, quia talis consuetudo est dãnata, & diceretur potius corruptela, *cap. inter dilectos, vbi DD. de excess. Prælat. Addentes ad Capell. Tholos. in decis. 192.* nisi tamen luderent ludis permis-
18 sis, puta in ludo Schaccorum, quia tunc excusarentur, vel si aliquando de raro recreationis causa, videndus latè *Graff.* qui plura cumulat in *tract. de effect. Clericat. effect. 22.*

Ex causa igitur huius pessimi criminis
19 ficta ludũ appellare fas est, oritur, q̃ Iudex propter ipsum ludum, seu Baraptariam, quam tenet, potest eius officio priuari, *Gram. decis. 40.* & licèt vo-
20 luntas Testatoris omninò sit seruanda, & ab ea nullatenus recedendum *l. cum quæ scio, in fin. ff. de leg. l. in conditionib. primũ locum in princ. ff. de condit. & demonstrat.* Tamen Tutor testamentarius lusor potest remoueri à tutela, non obstante, quod eius qualitates sciuerit Testator, vt decisum refert *Castil. in decis. 20. part. 1.* Et nos practicauimus in Anno 1623. in causa Iudictæ de Thebano pupillę cum Ioanne Angelo Lambuccio Tutore Testamentario, nam illum remouere fecimus tamquam publicum, & quotidianum Aleatorem, & lusor repellitur à testimonio feren-
22 do, nec potest facere Testamentum, neque admitti ad aliquod publicum

offi-

Digitized by Google

Officium, vt ex *Conſtit. Regni, Mores diſſolutè viuentium*, notat *Gram. deciſ. 11.*

23 Cæterùm quamuis Aleæ luſus ſit tam pernicioſus, tamen ſunt multi caſus, in quibus talis luſus eſt pmiſſus, videlicet, à Picchetto, Tarochi, Venti figure, Gile, Sbracare, allo Malecontento, a Trapolare, alla Gabella, à Primera ordinaria, à Primera ſcouerta, ſeu Mammaria, & à Rumſo, vt extitit declaratum in *Pragmatica 9. ſub* Rubric. *de Aleator.*

24 Vndè ſi nec in iſtis ludere ſub dictos Barones vetent, vtique grauant.

25 Prout, & grauare dixi quemdam Baronem, qui bannum pœnale à ſua Curia promulgare fecerat, ne Ciues luderent ad pilam, vulgò (alla Palla) cum & iſte ludus non ſit de prohibitis *l. ſolet §. Senatus conſultum, ff. de Aleator. Griuel. deciſ. Senat. Dolan. 57. Farinac in practic. Crimin. quæſt. 109. part. 3. num. 106. Thomat. deciſ. Macerat. 20.* De quo *Galenus* fecit proprium Comentarium, cui titulus eſt: *De parua Pila Exercitatione.* Prout ſic etiam ludus Pilæ magnæ flatu plenæ, vulgò (Palloni) vt per *Borrell. in tractat. de Magiſtrat. libr. 3. cap. 11.* vbi plura conſarcinat in materia ludorum permiſſorum, & prohibitorum, & pœnas contra luſores ſtatutas reportat.

26 Sicque etiam reſpectu ludi Scaccorum dicendum eſt, *§. interdicimus & ibi Gloſ. de Sanctis Epiſcop. Thomat. dicta deciſ. Macerat. 20.* qui nec Clericis etiam eſt interdictus, ne dicam laicis, *Comitol. Reſponſor. Moral. lib. 1. quæſt. 91. Sayr. in Claui Regia lib. 11. cap. 12. num. 5.* De cuius origine, & inuentione vltra *Actium in ſpecial. tract. de ludo Scaccorum, Cornel. Kilian. in ſuo Dictionario Teutonico-latino in verbo Schaeck. Barroſ. libr. 4. Decad. 2. cap. 5. Gregor. Sintag. Iur. lib. 39. cap. 4. num. 8. Orozco nel Theſor della lengua Heſpañola in verbo Axedrez pagin. mea 106.* Poſt cæteros nouiſſime *Maurit. de Alzedo in Praxi de Epiſcop. function. & Poteſt. tit. de habit. candid. Epiſcop. cap. 5. num. 18.*

28 Et ne logior eadem ſufficiat generalem conſtituere concluſionem, non licere vtilibus Terrarum Dominis prohibere ludos fieri, qui à Regijs pragmaticis & Coſtitutionibus non ſunt vetitis, quia eſſet alterare illas, quod non licet inferiori, vt probauimus *Grauam. 223. tom. 1.*

29 Sed hac occaſione obſeruabis, quòd ludens in ludo prohibito, puta taxillorum, ſi perdiderit pecuniæ quantitatem, nec in foro conſcientiæ tenetur ſoluere *Molin. de Iuſtit, & Iur. tract. 2. diſp. 515. concluſ. 4. tom. 2. Ledeſma in ſumma tom. 2. tract. 31. cap. 2. concluſ. 11, Malder. in 2. 2. tract. 1. cap. 12. dub. 3. Philiarc. de Offic. Sacerdot. tom. 2. part. 2. lib. 6. cap. 2. num. 11. Aragon. in 2. 2. quæſt. 21. Artic. 7. & alij quos* nouiſſimè recenſet *Dian. reſol. moral. part. 2, tract. 3. Miſcellan. reſol. 8.* & perplura ad hanc materiam habes apud *F. Barthol. de S. Fauſto in ſpecul. confeſſ. tit. de Reſtitut. eorum, quæ per ludum acquiruntur*, vbi multas quæſtiones ſuſcitat, & reſoluit.

30 Vt è contra ludens ludo permiſſo poteſt cogi ad ſoluendum, quia contra talem datur actio ad ſoluendum, vt ex plurium mente probat *Farinac. in pract. Crim. cit. quæſt. 109. num. 197. Griuel. deciſ. ſenat. Dolan. nuper adducta ſub. num. 7. & num. 8.*

Nec obſtat vulgaris concluſio ex ludo minimè dari, nec actionem oriri *ex l. fin. C. de Relig. & ſumpt. funer. Pariſ. de Put. in tract. de ludo num. 25. Theſaur. forenſ. quæſt. 19. lib. 4.*

Siquidem illa procedit in ludis prohibitis non autem de permiſſis, vt poſt cæteros tutatur *Ludouiſius deciſ. Rot. Rom. 47.* & recenter probat. *Thomat. d. deciſ. 20.* vbi ideò firmat in ludo permiſſo nè dum non repeti quod iam eſt ſolutum ex *Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. deciſ. 193.* Sed etiam ad ſoluendum non ſolutum actionem dari.

31 Quare licet regulariter ludus appelletur crimen, & veniat appellatione criminis, *Bar. in progm. ff. in princ. Conſtit. §. fin.*

Tamen id eſt verum vbi illè erit de prohibitis, non autem de permiſſis.

Inde oritur, vt ludens permiſſo, & honeſto ludo minimè agat contra cautionem præſtita de benè viuendo, Illuſtriſſimus Epiſcopus *Riccius in prax. fori Eccleſ. reſol. 395. tom. 2*

Multa autem de Alea, & Aleatoribus quàm recenter cumulat *Dauid Dorinus. in Biblioteca Iure conſultorum in verbo Alea, & Aleator.*

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, quando pro damno dato nulla interueniente violentia criminaliter agitur.*
2 *Damno facto cum violentia, vel iniuria, criminaliter est procedendum.*
3 *Iniuria vel violentia cessante, cessat potestas criminaliter procedendi.*
4 *Damnum si fit cum amotione, & rei contrectatione, dicitur furtum, & non damnum.*
5 *Damnum si sit culposum, & non dolosum, datur actio ex lege Aquilia.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando pro damno dato, nulla interueniente violentia, criminaliter agitur.

GRAVAMEN LXIV.

1 GAneant Barones mandare, & eorum Officiales practicare, vt bulla interueniente violentia pro causa dãni dati criminaliter agant, quia vtiq; subditos in tali casu grauarent; & ita consulebam, dum casus accidisset ex facto, & meum expetebatur consilium à quodam Magnifico Capitaneo; sicque vidi pluries prouisum per Sacrum Regium Consilium ad fauorem multarum Vniuersitatum.

2 Stat inquam communi calculo apud Nostrates acceptata conclusio, quod quando damnum est factum cum violentia, vel incuria, eo casu criminaliter est procedendum, *Bar. in l. fin. ff. de priuat. delict. Afflict. in Constit. Regni, Baiuli locorum, Niger in cap. Regni 85.*

3 Igitur cessante violentia, vel iniuria, cessat potestas procedendi criminaliter, habent inquam in tali casu ligatas manus exercendi criminalitatem, vt in quodam Collegio habito vna vice decebam, & receptum videbam à Collegis.

4 Qua occasione obseruabis, quòd si damnum fieret cum amotione, & rei contrectatione, tunc diceretur furtum, & non damnum, vt comprobat *Capiblanc. in pragmat. 8. part. 1. num. 365. de Baron. tom. 1.* vbi etiam, quòd si fuerit damnum culposum, & non dolosum, in huiusmodi casu datur Actio *l. Aquilia ex Crauett. conf. 96. Marant. in suo Specul. vers. Iudic. Ciuil. vel Criminal. num. 89. Vrsill. ad Afflict. decis. 57.*

SVMMARIVM.

1 *Verbum (occupare) in malam partem sonat.*
2 *Occupatio locorum publicorum, etiam Terrarum Dominis est prohibita.*
3 *Vassalli grauantur, quando à Baronibus occupantur loca publica, pro suis necessitatibus & comoditatibus agendis.*
4 *Quilibet de populo potest agere, vt impedimentum de loco publico tollatur, & remaneat locus ad communem vsum.*
5 *Portulanus potest propria authoritate impedimentum de loco publico amouere, destruere, & tollere absque læsione.*
6 *Locorum publicorum proprietas est publica, nec Princeps illius dominium habet.*
7 *Loca publica spectant ad vsum omnium, qui & communis est omnibus.*
8 *Nemini licet in locis publicis opus facere, aut ea occupare absque licentia Principis.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando à Baronibus occupantur loca publica.

GRAVAMEN LXV.

1 VErbum (occupare) in malam partem sonat, & occupatio locorum publicorum etiam Terrarum Dominij est prohibita, *Rota in Mantuana prædÿ coram* R. P. D. *Remboldo in manuscriptis*; vbi quòd loca publica occupare, & ius in eis alicui priuato acquirere prohibitum est, quod de speciali Statuto Mantuæ cautum recenter testatur *Niger Cyriac. controuers. forens.* 178. *num.* 66. *tom.* 1.

3 Inde grauantur Vassalli, quando Barones pro suis necessitatibus, & commoditatibus agendis occupant loca publica, prout inter cętera grauamina oblata per Ciuitatem Theani contra Illustrissimum Principem Hostiliani istud fuit pariter allegatum, dum ipse Princeps pro refectione, & ampliatione suæ domus in dicta Ciuitate occupauerat viam publicam, vulgo vocata (la Via Noua) & in illa fabricare fecerat subtus, & supra, domum pro coquina, & stalam cum maximo incommodo Ciuitatis prædictæ, vnde peritum fuit, quòd sublato omni Aedificio locus restituatur in pristinum, & iuridicè grauabatur Vniuersitas Sanctæ Catharinæ contra Baronem, dum ipse sibi appropriasset quamdam quantitatem Terreni in loco dicto S. Sebastiano, quod erat Vniuersitatis prædictæ.

4 Locus enim publicus occupari non potest, quòd si de facto occupatus reperiatur, vel etiam impeditus, cuilibet de populo competit Actiò, vt illud impedimentum tollatur, & remaneat locus ad communem vsum, vt probat *Bertrand. cons.* 234. *lib.* 3. *per text. in l.* 1. *de loc. & itiner. public. l.* 2. §. *hoc interdictum*, & ibi *Glos. Ne quid in loc. itin. public. Gratian. forens. disceptat.* 658. *num.* 16. *tom.* 4. Sequitur *Reg. Rouit. in Rubric. Pragmatica, Ne quid fiat in loco publico num.* 17. dicens *num.* 18. quòd Portulanus potest sua authoritate illud impedimentum tollere, & destruere, & amoueri facere absque lęsione, per textum in *l. ædiles, versic. curent in fin. ff. de via public. Paul. Castr. in l. lectos, ff. de petit. & comod. Rei vendit.*

6 Locorum, inquam, publicorum proprietas est publica, cum nec etiam Princeps illorum dominium habeat, *Andr. in Rubric. quæ sint Regalia propè fin. versic. hoc non videtur obstare*, & *in cap.* 1. *eiusdem Rubric.* licèt spectent ad vsum omnium, qui & communis est omnibus, *l.* 1. *ff. de loc. & itiner. public. Molin. de Iustit. & Iur. disput.* 707. *Surd. decis.* 42. *Mastrill. de Magistrat. libr.* 3. *cap.* 10. *nu.* 271. *Gratian. discept. forens. tom.* 4. *cap.* 658. *num.* 18.

8 Et nemini licere in locis publicis opus aliquod facere, vel ea occupare, nisi de licentia Principis, patet ex *l.* 2. *in princip. ff. ne quid in loco public. &* l. 1. §. *permittitur, ff. de Aqu. quotid. & æstiu.* notantque *Peregrin. de Iur. Fisc. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 16. *Cabed. decis.* 18. *sub num.* 6. *part.* 2. *Borrell. de Præstant. Reg. Catholic. cap.* 7. *num.* 3. & alij, quos congerit nouissimè *Niger Cyriac. controuers.* 178. *num.* 10. *tom.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, quando Barones mutant viam publicam in aliam, & quomodo eo casu Vassalli agant, num.* 7.

2 *Viam publicam claudere non licet.*

3 *Pontem facere de vna domo ad aliam super via publica, aut vicinali non licet.*

4 *Viam publicam in aliam mutare non licet absque Principis, vel Ciuitatis licentia, maximè si inde via fiat angustior, & transitus difficilior, & num.* 6.

5 *Viam publicam claudere, & solum sibi applicare, aut alienare nemo potest absque licentia Principis, aut Ciuitatis.*

8 *Viæ publicæ mutatio, vt fiat, quæ fieri*

Digitized by Google

fieri debeant ante mutationem.

9 *Via publica non est ex quo per omnes longo tempore per eam itum est.*

10 *Viam publicam occupasse non dicitur, quando non constat aliàs esse publicam, nisi quia per eam publicè itum fuisse ab omnibus constet.*

11 *Via publica vt dicatur, quæ requirantur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones mutant viam publicam in aliam.

GRAVAMEN LXVI.

1 SVb prætextu quòd sunt Domini Terrarum, putant Barones habere largam manum etiam circa loca, & vias publicas, & tamen fallunter.

Inde cùm pro comoditate sui Castri quidam Baro viam publicam reclusisset, & alteram pro comoditate Ciuium, ipsis inuitis, facere curauisset, pro grauamine fuit id reputatum, & deducta prætensione ad Superiores, coactus est ad pristinum omnia reducere, licèt absque sententia consultus inquam habere malam causam.

2 Non licet siquidem viam publicam claudere, vt dixit *Glos. in l. 1. ff. de loc. & itiner. public. l. 2. §. ait Prator ff. Ne quid in loco public. Angel. cons. 181. Berous consil. 136. volum. 3. Surd. decis. 412. nu. 7.* Sequitur etiam hanc conclusionem *Mastrill. de Magistrat. libr. 3. cap. 10. nu.*

3 *273.* vbi pariter, quòd est prohibitum facere pontem de vna domo in aliam super via publica ex *Molin. de Iustit. & Iur. disput. 707. num. 19. & Surd. consil. 137. vol. 1. ante eos Glos. in l. 2. §. tractatus, ff. ne quid in loco publico, latè Syluan. cons. 60.* vbi probat, idem esse in via vicinali.

4 Nec licet viam publicam in aliam mutare sine Principis, vel Ciuitatis licentia, vt fundat nouissimè *Anton. Menach. decis. Bononiens. 3.* vbi quod est

5 prohibitum absque dicta licentia viam claudere, & eius solum sibi appropriare, & occupare, aut alienare, *Franc. Marc. decis. 596. tom. 1.* vltra alios, quos adducit, firmans ideo maximè debere procedere, quando ex clausura antiquæ viæ, & subrogatione nouæ redditur vsus illius deterior, & transitus difficilior, & angustior; addo *Visont. in conclus. Iur.* in verbo *via publica*, dum dicit, occupantem viam publicam puniri, neque illam posse absque iussu Principis alienari.

7 Inde, quando huiusmodi, & similia attentantur per Vtiles Terrarum Dominos, competit Vassallis agere interdicto, vt restituatur in pristinum, *d. l. 2. §. Prator ait, Cæpoll. de seruitut. Rustic. prad. cap. 3. num. 27. 29. & 30. Franc. Marc. d. decis. 596. num. 1. qui in fine dicta decis. & 592. eodem tom. 1.* an-

8 nuit, quòd antequam mutatio viæ fiat, debent sumi prius summariæ informationes super vtilitate, comodo, vel incomodo Ciuitatis, aut necessitate mutationis vocatis vicinis, & alijs quorum interest, idque confirmat *Monach. d. dec. Bonon. 3. num. 5.*

9 Est autem in hac materia obseruatione dignum, viam non per hoc dici publicam, ex quo per eam ab omnibus itum est longo tempore, *Mathesil. singul. 92. Arnon problem. 92. 10. de Amic. cons. 1. num. 27. Rota Lucens. decis. 101. Ludouic. conclus. fin. versic. ad probandum, Menoch. cons. 448. num. 9. Bertazzol. consil. crimin. 470. num. 6. Calà de modo articulandi, & probandi pagin. mea 219. num. 1218. Surd.* qui alios concordantes secum vehit, *alleg. decis. 42.*

10 *num. 4.* Vbi quòd non dicitur occupasse viam publicam, quando non aliter constat esse publicam, nisi quia per eam publicè iter habitum fuisse ab omnibus constet.

11 Via, inquam, vt dicatur publica, tria sunt de essentia, nempè quòd per eam publicè iter fiat, quòd solum publicum fit, & quòd illa ducat ad Ciuitatem, Villam, vel Flumen, *Ripa in l. quo minus, num. 92. ff. de flumin. per text. in l. 2. §. via ff. ne quid in loco publico, Surd. cit. decis. 42. num. 4.* & vide *Barzium decis. Bonon. 156, & Mascar. de probat. conclus. 1411.* Vbi quæ nam dici possit via publica, & quæ nam ad eam requirantur.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo asportandi mustum cum vtris, non potest reijci.*
2 *Officiales, & Barones grauant, si prohibeant Ciues, ne vtantur vtris pro asportando musto.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si prohibeantur portare Vinum cum Vtris, sed cum Cadis, vulgò (Barrili.)

GRAVAMEN LXVII.

1 IN multis Regni Regionibus viget consuetudo asportandi mustum, vel vinum cum vtris, & Vtiles Terrarum Domini, vel Officiales intendunt vetare, vt pro tali effectu vtantur cadis, vulgò (Barrili) & quia prohibitio hæc tendit in diminutionem libertatis, ideo subintrat in hoc casu Subditorum grauamen.

2 Hinc cùm in facti contingentia grauaretur Vniuersitas Terræ Vici de Montanea, quòd Officiales Marchionis Vtilis Domini dictæ Terræ emiserant Banna, sub pœna, quam exigebant, ne particulares asportarent vinum cum vtris, sed cum barrilibus, idque erat contra solitum, cum numquam in dicta Terra in vsu fuerint barriles, ratione maioris comoditatis, nam cum reuertebantur ad domus cum vtris, emebant tritica, & alia, & onusti regrediebantur ad proprios lares, *die 17. Mensis Aprilis 1581* Visis Actis per Regium Consiliarium Vincentium de Franchis Commissarium fuit prouisum, quòd veniat copia Banni, & interim non impediantur Ciues dictæ Terræ Vici asportare eorum vina cum vtribus, vt patet in processu grauaminum dictæ Terræ, fol. 285. in Banca Figliolæ.

SVMMARIVM.

1 *Schalas, aut gradus etiam in proprijs parietibus facere non licet, quando nocent in via publica, siue noceant de præsenti, siue in futurum num. 2.*
3 *Expectari non debet, vt quod indebitè positum est cum effectu noceat, sed statim coercetur, siue noceat quod positum est, siue non.*
4 *Attentari ne dum in publico, sed etiam in proprio prohibetur, quod nocet viæ publicæ, aut loco publico.*
5 *Fossam in proprio fundo quis facere nequit, vt aqua in viam collecta, in illam decurrat.*
6 *Nemo in suo ædificare potest, vt aqua in via publica restagnet.*
7 *Vassalli grauantur, si existentes in possessione tenendi, & construendi ante eorum domus scalas fabricæ, & ligneas, nec non cisternas, & piscinas pro conseruatione aquarum, ac foueas pro conseruatione victualium turbentur in ea, & num. 8. & 9.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauãtur, si existentes in possessione tenendi, & construendi ante eorum Domus schalas fabricæ, & ligneas, nec non Cisternas, & piscinas pro cõseruatione aquarum, ac Foueas pro conseruatione Victualium turbentur in illa.

GRAVAMEN LXVIII.

1 QVamuis non liceat facere scalas, aut gradus etiam in proprijs parietibus, quando nocet in via publica, *l. 2. §. si quis in suo, & ibi Bar. ff. Ne quid in loco public. Franc. Marc. dec. 595. num. 2. tom. 1. Surd. decis. 42. num. 8.* Vbi quòd nec primus gradus scalarum poni potest super via publica

ex

ex Cepol. de seruitut. Rustic. præd. cap. 3. tit. de seruitut. via quæst. 13. addo Gratian. forens. discept. tom. 4. cap. 658. nu. 14. Reg. Rouit. in pragmat. 3. num. 8. sub Rubric. Ne quid in loc. public. dicens nè
2 dum quando actualiter nocet, sed quãdo posset nocere in futurum, vt puta quia aliquid positum, aut proiectum sit, cuius casus nocere possit transeuntibus, *l. si verò plures §. Prator ait ff. de his, qui deiecer. vel effuder.*

3 Nam non debet expectari, vt id quod indebitè positum est cum effectu noceat, sed statim coercetur siue nocuit quod positum est siue non, *d. l. si verò plures, §. Prator ait, versic. coercetur.*

4 Imò nedum prohibitum est aliquid attentari, & innouari in loco publico, sed etiam nec in suo proprio, vt ex eo aliquod nocumentum viæ, aut loco publico afferatur, vnde in proprio fundo non potest quis facere fossam, ita
5 vt aqua in viam collecta ibi decurrat, *l. 2 §. si quis nemine in fin. ff. Ne quid in*
6 *loc. publico*, & pari modo nulli licet in suo ædificare, vt aqua in viã collecta restagnet, *cit. l. 2. §. Idẽ labeo scribit in prin.*

7 Tamen annis elapsis grauata est Magnifica Vniuersitas Pisticij contra Matteum Comitem, tunc Vtilem Dominum, quòd cùm illa esset in pacifica possessione, seu quasi ab immemorabili tempore tenendi constructas, & de nouo construendi, & habendi ante Ciuium domus schalas fabricæ, & ligneas, ipse Baro prætendebat turbare, & inquietare ipsam Vniuersitatem, & Homines ipsius in dicta pacifica possessione, supponendo facere destruere, & disfabricare dictas schalas, & exigere pœnas à dominis dictorum ædificiorum, illosque carcerare, & per Consiliarium Cęsarem Vitellium *die 11. Mensis Martij 1568.* tamquam Commissarium fuit prouisum quòd caperetur informatio, & interim ædificia constructa non deuastentur.

Et ad fauorem hominum Terræ Auigliani reperio quòd sub *die Mensis Iunij, 1574.* per Cæsarem Vitellium Regiũ Consiliarium, & causæ Commissarium extitit prouisum licere ipsis facere scalas ante eorum domus, vt comodius ascendere possint ad illas, quòd Magnificus Baro abstineat à prohibendo Actuario Figliola, licèt ibi supponatur locum in quo fabricare intendunt, non esse publicum, nec priuatum.

8 Idemque fuit seruatum respectu Cisternarum, nam decreto eiusdem Cõmissarij extitit prouisum, licere Ciuibus dictæ Terræ Pisticij vti, & de nouo cõstruere posse alias, prout respectu piscinarum, & puteorum pro conseruatione aquæ ad vsum animalium reperio prouisum ad fauorem Vniuersitatis, & Ciuiũ Vici de Montanea contra Illustr. Marchionem eius Dominum, vt in Banca Figliolæ.

9 Vt similiter idem extitit prouisum respectu fouearum pro conseruandis victualibus, nam licere hominibus dictæ Terræ Pistieij constructis vti, & nouas facere fuit determinatum.

Prout cum effectu semper Ciues dictæ Terræ continuarunt deinde ad cõstruendas nouas schalas, cisternas, & foueas, & in hac pacifica possessione reperiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Materia vbi agitur de crimine, & pœna eorum, qui fines seu terminos agrorum mutant euellunt vel furantur, vbi tractetur recensetur,*

2 *Mouens terminos, vt lapidem furetur, pena furti tenetur, & nõ amotionis terminorum, & quando, n. 3.*

5 *Terminos mouens, non vt sui agri fines versus vicinium extendat, sed vt litem de finibus inter eos pẽdentẽ in sui fauorem determinari faciat, pœna arbitraria punitur.*

4 *Terminos mouens, ut sui agri fines exendat iudicis arbitrio punitur.*

6 *Terminos mouens non vt sibi prosit, sed vt vicino noceat pro altero vicino, pœna ordinaria punitur.*

7 *Terminos existentes intra propria Territoria potest quisque rumpere, & amouere.*

8 *Termini apponi solent ad finem distinguendi bona diuersarum personarum.*

9 *Vassalli grauantur, si processentur de termino amoto, quando rempunt terminos existentes intra propria Territoria.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si processentur de termino Amoto, quando rumpunt terminos existentes intra propria Territoria.

GRAVAMEN LXIX.

1 HAbemus totum titulum in nostro Iure de crimine, & pœna eorum, qui fines, seù terminos Agrorum mutant, euellunt, vel furantur, *vt ff. de Termino moto cap. tanta vbi Glos. 3. 86. distint. cap. in legibus 12. quæst. 2.* vbi recensetur illud *Deuteronom.* 27. Maledictus, qui transfert terminos proximi sui *Abb. & Decius in cap. ex literis ille num. 13. iste num. 18 de probat. Clar. in practic. Crim. §. fin. quæst. 83. num.* 10. *Auiles in cap. Prator in verbo lei à num. 7. cum seq.* fusè *Menoch. in tractat. de Arbitrar. Iudic. cas.* 293. vbi quatuor casus distinguit.

2 Primus est, vbi quis mouet terminos non eo animo vt limites atque fines obscuret, vel corrumpat, sed vt lapidem furetur, & tunc pœna furti, & non amotionis indicitur, nisi tamen ignorantia

3 motoris interueniat.

4 Secundus casus est, cùm quis eo animo terminos mouet, vt sui agri fines versus vicini fines extendat, & tunc iudicis arbitrio, secundùm personæ qualitatem punitur ex *l. 2. ff. de terminis amot.*

5 Tertius casus est, quando quis terminos ex ratione mouet, non vt sui agri fines versus vicinum extendat, sed vt litem de finibus inter eos pendentem in sui fauorem determinari faciat, idque agitur vt obseruentur limites, & tunc etiam arbitraria subintrat pœna attenta personæ qualitate, & factorum violentia ex *l. fin. versic. ij quoque cit. tit.*

6 Quartus casus est, cũ quis terminos eo solo animo mouet, nè sibi prosit, sed vt vicino noceat, vt si vni⁹ sui vicini ad alterius vicini comodum terminos moueat, & hoc casu, quia vicino suo negotiũ gerit eamdem arbitrariam cadere pœnam scribit, vt latius de his omnibus apud eum, cum in compendio illos reassumere visum sit.

7 Inter hos casus certè non reperitur, qui a nobis propositus est, quando rumpũtur, amouentur, & euellũtur Termini existẽtes intra propria Territoria, quo in casu nulla poterit intrare pœna, quia nulli officere tunc Amotor videtur, & alterius conditionem deteriorem non facit, sed rei suæ moderator est, quod iura non prohibent, vt probant *Menchac. quæs. Illustr. cap. 28. num. 15. Mar. Antonin. var. resolut. libr. 2. resolut. 45 num. 6. Perez in l. 1. versic ex qua infertur tit. 2. lib. 5. ordin. fol. mihi 76. D. Præsul Ric. in Praxi fori Eccles. resolut. 149. num 3. tom. 1. in Magn.*

8 Isti enim confinium termini apponi solent gratia distinguendi bona diuersarum personarum ad rem ipsam demonstrandam, *Gratian. forens. disceptat. tom. 4. cap. 657. num. 29. cap. 775. num. 18. & cap 855 num. 6. tom. 5.* non autem quãdo bona ad eumdem dominum spectãt *Seraphin. decis. 826. num. 1.* quem refert & sequitur nouissimè *Vrsellius in examin. conclus. legalium in verbo Actio finium Regum dorum, conclus. 38. num. 5.* vbi perplura cumulat in hac materia.

9 Inde cùm Vniuersitas, & Homines Terræ Sibaris iuridicè grauabantur de Comite eorum Vtile Domino, qui prohibebat rupturam, & amotionem terminorum existentium in medio propriorum Territoriorum, non obstante quòd termini erant eorumdem Dominorum, & in casu contrauentionis illos processabat de termino amoto, per Regium Consiliarium Ioan. Felicem Schalaleonem Commissarium destinatum, fuit prouisum, quòd pro tali causa minimè ipsi Vassalli molestentur, & quòd Illustris Comes abstineret a tali prohibitione pœnès Sarnum Actorum Magistrum.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Transitus per vias publicas, ne impediatur regulariter prohiberi potest, ne in illis aliquid reponatur.*
2 *Super Vijs publicis superimponi non possunt Ballæ, merces, & Sbarræ.*
3 *Arena in viam publicam immitti non potest.*
4 *Vassalli grauantur, si prohibeantur immittere tigna ædificijs minantibus ruinas, nec reponere calcem, arenam, lapides, & similia ad fabricam necessaria in vijs publicis, vel perticas pro arescendis pannis, num. 5. 6. & 7. sed declara vt num. 8.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si prohibeantur immittere tigna Aedificijs minantibus Ruinas, nec reponere Calcē, Arenam, lapides, & similia ad fabricam necessaria in vijs publicis.

GRAVAMEN LXX.

1 REgulariter ne impediatur liber transitus per vias publicas, nè in illis aliquid reponatur prohiberi valet, vt *toto titulo, Ne quid in loco publico, & itinere fiat.*

2 Vnde super illis non posse poni Ballas, Merces, & Sbarras tutantur *Bertazzol. consil. crim. 393. num. 4. Bertrand. cons. 334. libr. 3. & Gratian. forens. discept. tom. 4. cap. 658. num. 18.*

2 Et arenam non posse immitti in via publica, probat *Reg. Rouit. in Pragm. 3. num. 5. Ne quid in loco publico fiat*, allegat textum in *l. 1. in fin. & in l. 3. versic. curent ff. de via public.*

4 Cæterùm cùm grauata esset Magnifica Vniuersitas Pisticij, quòd suus Baro, & Officiales prohibebant, ne ciues potuissent immittere tigna, & reparare cum trabibus, & alijs materijs ædificia ruinam minantia, quousque illa resarcirent, & fabricarent, vel de nouo construerent, & id agebant sub prætextu, quòd dicti trabes starent in vijs publicis, per Regium Consiliarium Vitellium fuit prouisum, licere dictis Ciuibus ponere trabes ad hunc effectum congruo loco, & tempore.

5 Et cum idem Baro prohiberet, quòd homines dictę Terræ, quando fabricare faciebant, vel volebant, non deberent reponere Calcem, Arenam, Lapides, & alia in vijs publicis, ab eodem Cōsiliario vti Commissario destinato fuit prouisum, vt Baro abstineret à tali prohibitione, & quòd Ciuibus (durante necessitate fabricæ) liceret, prout sic etiam prouidit, respectu Tabularum, Trabum, & similium deseruientium pro tegendis domibus, quas posse tenere in vijs publicis fuit concessum.

6 Et cùm conquesta esset eadem Vniuersitas Pisticij, quòd Baro exigebat pęnam à pauperibus Ciuibus, sub prætextu, quod tenerent ante eorum domus fasciculos frascarum, quousque reperirent qui eas emerent, dum non habebant alium locum illos tenendi, fuit prouisum die 22. Martij 1568. licere illos tenere cum moderamine tamen, ne impediatur vsus viæ publicæ.

7 Prout sic pariter fuit prouisum circa aliud caput grauaminis oblati contra eumdem Baronem, qui prohibebat nè mulieres possent tenere perticas ab vno muro ad alium, vel ab vna feneſtra ad aliam pro arescendis pannis, fuit, inquam dictum per Commissarium Cęsarem Vitellium Regium Consiliarium debere Magnificum Baronem abstinere dummodo non impediatur vsus viæ publicæ.

8 Declara autem supradicta procedere, quando non haberent alium locum aptum, congruum, & commodum, quia aliàs possent prohiberi tenere huiusmodi in talibus plateis publicis, nec erit tunc grauamen.

In Subsidium enim huiusmodi facultate possent vti ciues, alio scilicet non existente apto, & commodo loco.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si cogantur intrare in societate cum Baronibus*

Digitized by Google

in faciendis mercaturis, massarijs, Calcareis, & tũnarijs, & n. 4. & 5.

2 *Nemo cogitur facere cõmunionem, & in illa stare.*

3 *Communio solet excitare discordias.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si cogantur intrare in societate cum Baronibus in faciendis Mercaturis, Massarijs, & similibus.

GRAVAMEN LXXI.

1 AD instantiam Vniuersitatis, & hominum Terræ Sibaris per Regium Consiliarium Io. Felicem Schalaleonem Commissarium specialiter deputatum fuit prouisum, Ciues dictæ Terræ non posse cogi per Comitem Vtilem Dominum ad faciendam Massariam, nec ad exercendam mercaturam cum illo, nisi accedente eorum voluntate, vt in processu grauaminum dictæ Terræ pẽnès Sarnum Actuarium.

2 Stat enim regula, vt nemo cogatur facere communionem, & in illa stare *l. si non sortem §. si centum ff. de condit. indebit. leg. in re communi, versic. propter immensas ff. de seruitut. Vrb. prad. l. cum pater § dulcissimis ff. de legat. 2. l. sancimus §. ne autem C. de donat. l. 2. ibi Naturale quippe vitium C. quando*, & *quibus quarta pars libr. 12.* tradunt *Mascard. de Probat. conclus. 328. Card. Tusc. pract. conclus. tom. 1. lit. C. conclus. 535.*

3 Quia communio solet excitare discordias, vt in dictis Iuribus, *Tiraquell. de Retract. lign. §. 23. glos. 1. num. 17. Ceual. practic. quæst. commun. contra commun. quæst. final. num. 220. tom. 4. Picard. ad Rubric. Instit. de societat. n. 18.*

4 Inde cum ad societatem Calcarearum exerceri solitarum per subditos vellet intrare quidam Baro, & renitentiam reperijsset, dum vellet illos cogere, habito recursu ad Superiores, exititit prouisum, vt Baro abstineret.

5 Et alias reminiscor vidisse prouisiones Sacri Regij Consilij, quibus mandabatur, non licere Baroni adstringere Ciues ad habendam societatem cum ipso in Tunnaria, quam in Mari adiacenti suo Territorio reposuerat, & proinde quòd cessaret à coactione, pro cuius prouisionis obseruatione erat iniuncta potestas Gubernatori Regio loci conuicini, qui in casu contrarij expensis contrauenientium ita obseruare fecisset.

SVMMARIVM.

1 *Interdictis, & relegatis de iure cõmuni datur terminus, infra quem à loco vetito recedere debeant, & quomodo seruetur in* Regno, *nu. 4.*

2 *Verbũ (potest) exponitur pro (debet.)*

3 *In Iudice potestas non est absque necessitate.*

5 *Fauorabiliores sunt rei, quàm actores, illisque potius fauere debemus in apicibus iuris.*

6 *Potior causa est eius, qui tractat de damno vitando, quàm eius, qui de lucro captando.*

7 *Data Iudicis consuetudine, seu necessitate impartiendi terminum relegatis & exulatis, terminus ille habetur pro dato, quamuis non fuerit datus.*

8 *Quod consuetum est fieri, habetur pro facto.*

9 *Solita apponi in contractibus habentur pro appositis & si nõ apponãtur*

10 *Clausula consueta si non fuerit apposita habetur pro apposita, quamuis non fuerit scripta.*

11 *Clausula consueta censetur apposita, & scripta de voluntate partium.*

12 *Notarius videtur semper rogatus apponere clausulas consuetus.*

13 *Verba in lege apposita accipienda sunt iuxta solitum, & consuetum, & communem vsum loquendi, & ita promulgata censentur.*

Pactum rescissorium pro capitale si fuerit omissum habetur pro apposito, ibidem.

14 *Vulgaris appellatio pro lege habetur.*

15 *Mora bidui modica est censenda, habito respectu ad terminum mensis.*

16 *Mora modica non nocet, nec mora breuis consideratur.*

17 *Lex mandans aliquid fieri ad priuatam*

Digitized by Google

uatam vtilitatem, intelligitur si à parte petatur, declara tamen vt num. 19.

18 *Iudex parte instante debet dare terminum relegatis discedendi à loco vetito.*

20 *Petitio termini pro recedendo à loco exilij, an sit necessaria.*

21 *Frustra precibus impetratur, quod iure communi conceditur.*

22 *Cautela ad euitandam pœnam fracturæ exilij, termino ad discedendum à loco vetito non concesso.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Barones faciant exequi pœnam contra exulatos captos post cautionem præstitam de seruandis finibus intra Mensem, solitum cõcedi ad recolligendas sarcinulas, licèt talem terminum non petierint.

GRAVAMEN LXXII.

1 ATtenta iuris communis dispositione Interdictis, & Relegatis datur terminus, infra quem à loco vetito recedere debeant *ad textum in l. Relegatorum §. his, qui relegantur*, vbi *glos. & Alber. ff. de interdict. & Relegat.* qui

2 licèt vtatur verbo (potest) in iudice tamen exponitur pro (debet) iuxta theoricam *glos. in l. 1 ff. de Iurisdict. omn. Iudic.* quam ibi sectãtur *Bar. Purpurat. & Dec. Fortunat. Garsias fusè in l. Gallus in princip ff. de liber. & posthum. Fontanell. de pact nuptial clauf. 4. glos. 10. nu. 23 part. 1. Antonin. var. resolut. libr. 3. resolut. 25. num. 13. Morla in Empor. Iur. tit. 2. in præmiss. num. 18.* cùm in

3 Iudice potestas non sit absque necessitate, *Monter. decis. Arag. 29. num. 14.*

4 Quare in Regno seruatur, facta condemnatione solere fieri memoriale per condemnatum, & impartiri communiter terminum vnius mensis ad colligendas sarcinulas, de quo & *Annæ sing. 504.*

Accedit autem in facti contingentia, Euangelistam de Mirto, & Ioan. Franciscum Sanctillum fuisse condemnatum in exilium per eorum Curiam Baronalem ad triennium, illudque exilium acceptasse, & cautionem de seruandis finibus præstitisse, sed minimè petijsse hanc dilationem ad colligendas sarcinulas, cùmque post dictam cautionem præstitam duobus diebus subsequẽtibus in loco, a quo exulati erant, fuerint capti, incusata eisdem fuit pœna fideiussionis, præstita de seruandis finibus, & illam exigi mandauerat Baro, ob quod sentientes dicti se grauatos meum expetere consilium, si iuridica esset Baronis prætensio, & si potuissent excusari.

5 Et quia fauorabiliores sunt Rei, quã Actores, illisque potiùs fauere debemus in apicibus iuris, *l fauorabiliores ff. de Regul. Iur. § retinẽda Instit. de interdict. cap cum sunt partium de Regul. Iur. in 6.* Et in hoc casu Baro erat Actor, Vassalli autem Rei, qui tractabant de dam-

6 no euitando, & ille de lucro captando, quo in casu subditorum causa potior debet esse, *l. fin. ff. ex quib. cauf. Maior. l. verum, §. fin. num. 7. de Minor.* cum fusiùs adductis per *Trentacinq. var. resolut. libr. 1. tit. de Rescript Resolut. 1.*

Ideo in æquiorem sententiam volui descẽdere, non licuisse absque grauamine Baroni incusatam pœnam exigere me conformando cum decisione Magnæ Curiæ Vicariæ, de qua apud *Præsid. de Franch. decis. 487.* per quam in hisce terminis fuit determinatum, non debere molestari Reum pro dicta pœna, à qua fuit liberatus.

7 Fouet hanc opinionem Regula illa, vt data iudicis consuetudine, seu necessitate impartiendi terminum recedendi Relegatis, & Exulatis, perinde est ac si dedisset, *arg. text. in l. nouissimè ff. quod*

8 *falsi. Tutor. Author.* Et quod consuetum est fieri pro facto habetur, *l. si cui cum ibi notatis ff. de an. legat. Salic. in l. excepto num. 1. & 3. C. locat.* latè *Everard. in topic. legal. in loco ab vsitato nu. 6. & sequ. Bero conf. 48. Brunor. à Sol. in locis communi. in verbo factum num. 14. Surd. decis. 199. num. 4.*

9 Et tolita apponi in contractibus, & si non apponantur pro expressis habẽtur vt per *Diaz in Reg. 147. Valasc decis. 72.*

10 *num. 12. Surd. decis. 223. nu. 9.* Et clausula consueta si non fuerit apposita habetur pro expressa, & cẽsetur apposita

Digitized by Google

etiam si non adsit scripta, *Souſa in Relect. de cenſur. Bull. Canæ cap. 23. diſputat. 99. num. 7. Azeued. in l. 15. num. 8. tit. 3. libr. 4. Nouæ Recopilat. Cardoſ. in prax. Iudic. in verbo clauſula num. 31. Sanchez de Matrimon. libr. 8. diſput. 25. num. 19. Caldas Pereira de poteſtat. eligend. cap. 6 num. 3. Farinac. de falſit. & ſimulat. quæſt. 157. num. 39.* imò cenſe-
11 tur appoſita de voluntate partium, vt percipitur *ex l. fin. C. de fideiuſſor.* & tradunt *Brunor. à Sol. in compend. Reſolut. in verbo Clauſul. num. 55. Guttierez in Repetit. Auth. Sacramenta puberum num. 102. C. ſi aduerſ. vendit. Molin. de primogenit. libr. 4. cap. 2. num. 51.*
12 Et Notarius videtur ſemper rogatus illam apponere, *Bertazzol. de Clauſul. gloſ. 34. clauſ. 4. Mathienſ. in l. 8. gloſ. 14. num. 11. tit. 11. libr. 5. Nouæ Recopilat. Florez Diez de Mena var. quæſt. libr. 1. quæſt. 11. num. 6. Cardin. Mantic. de taeit. & ambig. conuent. libr. 2. tit. 9. num. 10.* quemadmodum in clauſula Conſtituti, & Precarij probant *Tiraquell. de Iur. Conſtit. poſſeſſ. part. 3. limit. 31. Coſta in prax. Conuent. part. 2. clauſul. 70.* Nam in omnibus contractibus adeſt Conſtitutum, & Precarium de ſtilo Notariorum, *Reg. de Ponte conſ. 147. num. 26. vol. 2.*
13 Inde deſcendit, vt verba in lege appoſita accipienda ſint iuxta conſuetũ, & ſolitum communem vſum loquendi, & ita promulgata cenſentur, *l. librorum §. quod autem Caſſius vbi Bart. ff. de legat. 3. l. labeo, ff. de ſuppellect. legat. l. cùm autem C. de Donat. ante nupt.* Eo
14 quia vulgaris appellatio pro lege habetur, *Gonzalez in Regul. 8. Cancellaria, gloſ. 11. num. 68. & 69.*

Conducit nouiſſimè *Thor. in vot. 60.* quatenus firmat pactum reſciſſorium pro Capitale, ſi fuerit omiſſum apponi in inſtrumento, cenſeri deberi appoſitum, ſi ob defectum tertiarum non ſolutarum contingerit vigore pacti expreſſi contractum reſcindi etiam pro capitale, quia etiam ſi ſint executiua pacta ſolita apponi, habentur pro expreſſis, *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. Conuent. libr. 3. d. tit. 9. num. 25.*

Eoque magis ad hanc ſectandam ſen-
15 tẽtiam ferebar, quia pauca mora erat ſubſecuta poſt præſtitam cautionem, quia non erat elapſum biduum, quod modicum cenſendum eſt, habito reſpectu ad terminum menſis de iure debi-
16 tum, & mora modica non nocet, nec breuis mora conſideratur, *Anchar. conſil. 75.* & nos loquendo in hac materia fractionis exilij diximus *forenſ. quæſt. 28 tom. 1.*

17 Et quamuis contra ſupradicta obſtare videatur Regula illa, vt quando lex aliquid fieri mandat ad priuatam vtilitatem, intelligatur ſi à parte petatur *l. 2 §. quod ait Prætor, ff. de collat. bonorum Gloſ. & Iaſ. in l. vniuerſa C. de precibus Imper. offerend. Dec. in cap. licèt cauſam, col. 7. probat. Gaill. obſeruat. 46. libr. 2. Frece. de liquid. inſtrum. part. 9. quæſt. 3.* fusè *Surd. deciſ. 57.* Vnde cùm datio huius menſis reſpiceret illorum priuatam vtilitatem, nec petierint, non debet eis prodeſſe, quin inciderint in pœnam fide-
18 iuſſionis, cùm Iudex parte inſtante teneatur dare terminum hunc ex *Dec. in l. 1. col. 3. verſ. 2. ff. de Iuriſd. omn. Iudic.*
19 Tamen idem Præſes remouet obſtaculum declarando, hanc concluſionẽ iuuare, vt Iudice non faciente minimè teneatur ad aliquid, vel quòd actus non ſit nullus, & ſic ad alium procedit illa concluſio, quàm ad finem noſtrum, in quo agitur de pœnæ ſolutione ob dilationem non petitam, quæ neceſſariò concedenda erat, ſi petita fuiſſet.

Confert vlteriùs pro corroboratione, talem menſem ad colligendum far-
20 cinulas ipſo iure cenſeri conceſſum, nec petitionem eſſe neceſſariam, *Guazzin. de Reor. defenſ. cap. 9. defenſ. 12. num. 58. Thor. in compend. deciſ. Reg. in verbo condemnatus tom. 1.* Quia fruſtra precibus impetratur, quod à iure communi conceditur *l. 1. ff. ad Munic. l. Imperatores de priuileg. Creditor. l. 1. C. de Theſaur. libr. 10. Surd. deciſ. 173. num. 18. Eſcobar. de Ratiocin. cap. 6. num. 29. in fin.*

Quare viſa mea conſultatione per Baronem, ne ſibi præiudicaret in futurum, mediante gratia eiſdem reis conceſſa, moleſtare non fecit, præcedente tamen memoriali eidem, nomine ipſorum porrecto, & ſic Clientuli obtinuerunt intentum,

Non nego autem (inſpecto iuris rigore) quòd dum Fiſcus in caſu relato per Præſidem, fuit admiſſus ad recurſum, Sacrum Conſilium illum pro grauato habuiſſe, prout idemmet Præſes aduer-

tit

Digitized by Google

tit in fine, qui licèt testetur fuisse Reum pariter per Sacrum Consilium liberatum, subiungit, nam & erat exter, & multa in facto probauit eum excusantia.

21 Vnde vt Aduocati tutiori via in hoc mari nauigent, pro exclusione fractionis exilij in casu simili aduertant etiam coloratam adducere causam & si friuolam, quæ vnita cum dubietate quæstionis iudicis mentem vtique quiescet, quiescereque debet ad faciendam euadere pœnam reo.

Et hæc erit optima cautela pro condemnatorum defensione, quam ligare digito minimè obliuiscantur.

SVMMARIVM.

1 *Exulatus fines exilij rumpens, si capiatur, exilij tempus reduplicatur, nisi ex probabili causa fuerit fractum exilium, num. 2. & qua pœna tunc puniatur, num. 3.*

4 *Amoris furore corruptus, si ruptis exilij finibus ad locum, à quo exulatus fuerat venerit, excusatur.*

5 *Baro non potest exigere pœnam fideiussionis de seruandis exilij finibus, sed tenetur indicere pœnam reduplicationis tantùm, sed vt possit exigere fideiussionis pœnam cautela, num. 22.*

6 *Vnica pœna debetur rumpenti exilium, legalis scilicet, non conuentionalis, & ita decisum.*

7 *Pœnis legalibus contenti esse debemus, & vide num. 9. 10. & 14.*

8 *Duæ pœnæ ad vindictam publicam non exequuntur.*

11 *Pœnæ rigorosæ apponuntur ad terrorem potius, quàm vt exigantur.*

12 *Iudicis electio est, si velit exequi pœnam legalem, vel conuentionalem.*

13 *Iudicis electio est, quando pœnarum vna est corporalis, alia pecuniaria.*

15 *Pœnalia non sunt extendenda, sed restringenda, etiam si ex similitudine rationis fiat extensio.*

16 *Pragmatica comprehendere non dicitur id, de quo mentionem non fecit.*

17 *Pragmatica quæ non dicit, ab homine non est præsumendum.*

18 *Benignior fit interpretatio ad excludendas pœnas.*

19 *Lex debet esse clara vt liget, dubia sibi ipsi parat insidias.*

20 *Interpretatio facienda est contra eum, qui potuit apertius legem sibi dicere, & non dixit.*

21 *Pœna non irrogaiur, nisi expressè à iure caueatur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si sub prætextu quòd ruperint fines exilij vltra illius reduplicationem, pœnam fideiussionis soluere cogantur.

GRAVAMEN LXXIII.

1 SI contingerit exulatum fines exilij rumpere, & fuerit captus, ad reduplicationem exilij erit condemnandus, vt in *Pragmat. 1. de Relegat.* & tradunt *Damouder in practic. criminal. cap. 58. Caualcan. de Brachio Regio part. 4. nu.* 2 32. *Peguer. decis. 41.* Quam reduplicationem euitabit, si ex probabili causa 3 fuerit fractum exilium, quia erit condemnandus, vt redeat in causam suam absque additione duplicationis exilij, seu alterius pœnæ, *Reg. Rouitus in* 4 *pragmat. 7. num. 2. de condemnat.* inde Amoris furore correptus, si fractis exilij finibus ad locum, a quo exulatus fuerat Reus venerit, excusandus erit, vt copiosè tutatur *Giurba cons. crimin. 47.* vbi sic iudicatum testatur.

5 Cæterùm non per hoc Vtiles Terrarum Domini possunt exigere pœnam cautio-

cautionis præstitæ de seruandis finibus, quando Vassalli exulati illos ruperint, sed sufficiet illis exilium reduplicare.

6 Vnica siquidem pœna, nempè legalis debetur frangenti exilium, & sic reduplicationis exilij, non autem conuentionalis, quæ ex cautione præstita deberetur, prout sic latè tutatur omninò videndus *Anna allegat. 40.* dicens iuxta hanc sententiam iudicatum per Magnam Curiam Vicariæ ad fauorem Illustr. Iulij Carrafæ Comitis Policastri, & facto verbo in Sacro Regio Consilio die 5. Nouembris 1563. fuisse decretum confirmatum, Actuario Capua.

7 Contenti enim debemus esse pœnis legalibus, *l. si ita stipulatio, ff. de verb. obligat. D. Riec. decis. Cur. Archiepisc. Neapol. 42. sub. num. 2. & decis. 57. part. 2.*

8 Et duæ pœnæ ad vindictam publicam tendentes non exequuntur, vt de communi testatur *Laderch. conf. 195. num. 3.* & probat *Mastrill.* qui alios allegat *decis. 219 num 8.*

9 Nec officit, pœnam reduplicationis exilij descendere ex contrauentione fractionis exilij, & sic ex delicto; pœnam autem conuentionalem ex stipulatione ratione contempus. Igitur vtraque debetur *ad text. in l. si quis rem, §. fin. vbi glos. de Arbitr.*

10 Respondet namque idem *Anna* nuper *citat. allegat. 40. num. 7.* istud procedere vbi petitus ex diuersa causa vna pœna, & altera ex alia, quia petitus rei vendicatione pœna ex stipulatu, secus si ex eadem causa allegat *Bar. in l. ita stipulatus in vltima part. in vndecima oppositione num. 31. ff. de verb. obligat.* allegat *textum in l. celsus ff. de Arbitr.*

Nec obstat, cautionem solitam præstari pro finibus seruandis seruire deuento, quando non posset exigi, & sic frustatoriam euadere, & tamen nihil frustra debet esse factum, sed aliquem operari effectum.

Siquidè duas inuestigo Responsiones, quarum prima est, illam apponi ad terrorem Reorum, potius, vt adimpleant,

11 quam vt exigatur, pro vt de pœnis rigorosis loquuntur *Riminal. Iun. conf. 327. num 2. Bimius conf. 143. num. 15. Bertazzol. consil. 103. num 8. & 14. Roland conf. 47 num 60. volum. 2. Sola in cõment. ad decret. Sabaud. tit. de fals. glos. 1. nu. 1. Castill. decis. Sicul. 188. nu. 14.*

12 Secunda est, vt sit in electione Iudicis, quam nam velit pœnam exigere, nempe legalem, vel conuentionalem iuxta *l. qui fidem ff. de pactis*, vbi quod vna tantum debetur pœna, aut legalis aut conuentionalis, *D. Riec. d. decis. Cur. Archiepisc. 42. num. 2.*

13 Nam quando pœnarum vna est corporalis, altera verò pecuniaria, Iudicis est electio, vt plenè docet *Andreas in cap. si verò violator, versic. similes num. 24. de pac. tenen. Abb. in cap. inter cæteras de rescript. Bandell. conf. 33. Reusner decis. 15. num. 22. part. 2. Paz ad ll. Stil. 63. num. 7. Cardin. Tusc. conclus. 102. num. 36. & 37. lit. E. Carthar. de execut. sent. capt. bannit. cap. final. à num. 444.*

14 Et quamuis vigore *Pragmaticæ 5. sub Rubric. de Relegat.* vltra pœnam duplicationis relegationis debeatur etiam pœna conuentionalis fideiussionis præstitæ.

Tamen cùm dicta Pragmatica in fine loquatur tantùm de Relegatis, & non de exulatis, non procedet contra illos, vt videtur in proprijs terminis tenere *Petr. ad Gram. decis. 5. num. 5.*

15 Pœnalia siquidem non sunt extendenda, sed restringenda, *Burg. conf. 8. nu. 2.* nec debent extendi ad alios casus, *l. factum §. in pœnalibus, vbi Dec. ff. de Regul. Iur. cap. in pœnis eod. tit. in 6. Sard.* cum multis ab eo recollectis de *aliment. tit. 1. quæst. 51. num. 12.* etiam si extensio fiat ex similitudine rationis, *Io. Andr. in Regul. odia de Reg. Iur in 6. Imol. in l. si verò §. de viro col. 8. ff. solut. matrimon. Duen. reg. 287. Girond. de Priuileg. seu exempt. explicat. nu. 540.*

Si enim Pragmatica illa voluisset in-

16 cludere exulatos, expressisset, sicuti expressit Relegatos, vnde cum de illis non fecerit mentionem, comprehendere noluisse dicendum est, *Gonzalez in Regul. 8. Cancellariæ glos. 9. §. 1. num. 33.*

17 cùm quod pragmatica non dicat, non fit ab homine præsumendum *l. dissentientis C. de Repud. cap. illa, ne sede va-*

18 *cante, Surd. conf. 219. num. 21.* maximè cùm simus ad excludendas pœnas, in quibus benignior fit interpretatio, *l. pœn. ff. de pœn. cap in pœnis de Regul. Iur. in 6. cap. ex litteris de constitut.*

19 Et lex debet esse clara, vt liget, dubia enim sibi ipsi parat insidias, *Eman. de*

Valle

Digitized by Google

Valle de Ensalmis,& incantat.sect.1.cap.
20 *5.num.23.* ex regula quod contra eum qui legem dicere potuit apertius est interpretatio facienda,vt *cap.contra eum de Reg.Iur.in.6.*

Quare cùm non reperiatur cautum in dicta Pragmatica,pœnam istam conuentionalem respectu exulatorum esse
21 exigendam, dicendum est, non deberi pœnam, in quam non irrogatur,nisi expresè a iure caueatur, iuxta *auth. de non eligend.secund.nubtas, §. sin autem,* & quæ notantur *in l.cum quidam, ff. de liber.& posthum.Glos.in cap. fin. de iur. patronat.* cum adductis per *Mar. Anton.uar.resolut.libr.3,resolut. 39.num. 11.& 32.Girond.de priuilegijs, seu exempt.explicat.num.563.*

22 Quare, vt securius nauigent Vtiles Terrarum Domini, in huiusmodi casibus ad exigendam pœnam cautela erit, quòd aduersus contrauenientem exilio incusare faciant fideiussionem præstitam,nec de exilij duplicatione quidquid agant.

SVMMARIVM.

1 *Relegati, siue exiliati ex causa necessaria,si accedant ad locum prohibitum excusantur,& quare, nu. 6. intellige tamen vt num. 9. & 11.*

2 *Amoris furore correptus, & fractis exilij finibus ad locum,à quo exulatus est accedat,excusatur.*

3 *Exiliatus accedens ad locum prohibitum pro confitendo peccata, vel sumendo Eucharistiam in die Paschatis excusatur,si in Ecclesia viciniori non potuerit.*

4 *Confinia exilij non seruans causa implendi votum excusatur.*

5 *Facta Religionis gratia excusant.*

7 *Necessitas voluntatis libitum excludit.*

8 *Agens aliquid imminente necessitate caret culpa.*

10 *Necessitas vera dicitur, quæ habet principium necessarium.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si contra exiliatos, vel Relegatos, eorumque fideiussores incusetur, & exigatur pœna fideiussionis, quando ad locum, à quo fuerunt exiliati ex causa necessaria accesserint,vel à loco Relegationis discesserint.

GRAVAMEN LXXIV.

POena cautionis præstitæ de seruandis finibus exilij, & Relegationis non potest exigi,nec fideiussio incusari valet contra exiliatos, & Relegatos,quando ex causa necessaria ad locũ, a quo exulati fuere accesserint, vel de Insula,ad quam fuerunt relegati discesserint,quod si agatur,vtique subditorum grauamen oritur.

1 Excusantur si quidem ex necessaria causa exiliati,& relegati,ille accedere ad locum prohibitum, & iste recedere ab Insula assignata,vt hanc conclusionem egomet reassumpsi, & probaui *forens. quæst.28.à num.9.cum seq.tom.1.*

2 Et illam nouissimè probat *Giurba consil.criminal.47.* vbi quòd si Amoris furore correptus,si fractis exilij finibus ad locum, a quo exulatus fuerit deuenerit,excusandus erit, & magis aperte
5 *consil.81.à num.12. cum sequent.* vbi & nos allegat,& sequitur firmando, debere excusari exiliatum,qui ex causa confitendi peccata, & sumendi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Paschate accessit ad Ecclesiam loci,ei prohibiti, dum in alia viciniori Ecclesia id
4 agere nequiret,quia contrauenisse non dicitur ad instar pro explendo voto,non seruans confinia dicitur contrauenire ad textum *in l. illud ff. de offic. Præsid. Bott.in Rubric.ff de interdict. & Relegat. Marsil.sing.149.Cardin. Tusc. practic. conclus. lit. C. conclus. 691.num. 2.*
5 quasi quod facta Religionis gratia excusant.

6 Redditur & vera hæc opinio, quia ille accessus, & recessus videtur prohibitus,qui est voluntarius, at si implicitam quodmodo habeat necessitatem

excu-

excusatur, *Paul. de Castr. in l. filius familias num.* 10 *ff. de procurat.* nam necessitas voluntatis libitum excludit, *Bellam. cons.* 6 *num.* 10. *Gall. cons.* 28. *num.* 11. *Cardin. Tusc. conclus.* 21. *num.* 19. *lit. N.* cum sit illi contraria, *Monald. cons.* 50. *num.* 9. *vol.* 1. Nec præcepto impositio impugnare, & cõtradicere videtur; *Odd. in tract. de fideicommiss. quæst.* 31. *n.* 28.

8 Culpaque caret imminente necessitate aliquid agens, *Signorol consil.* 42. *num.* 3. *Card. Tusc. conclus.* 19. *num.* 2. *lit. H.*

9 Cessaret tamen grauamen, quando contrauentio limites necessitatis excessisset, puta quia post cessatã necessitatem in loco exulatus adhuc steterit, & fuerit captus, vel Relegatus ad insulam destinatam non redierit, quia tunc licitè posset exequi pœna, *arg. l. Senatus ff. de offic. Præsid. l. Iulianus §. sed quod dicitur, ff. ad Maced.* & ex dictis per *Cardin. Mantic. in tractat. de tacit. & ambig. conuent. libr.* 8. *tit.* 15. *num.* 7. Conferunt quæ latiori calamo disseruimus supra in *Præludio* 6 *hoc tod. tom.* 2.

10 Et hac occasione obseruabis, eam dici veram necessitatem, quæ principium habet necessarium, *Rimin. Iun. cons.* 679 *num.* 44. *Surd cons.* 215. *num.* 30. *Anna cons.* 4. *num.* 21. *& 63. tom* 1.

11 Ita quòd si à principio recessus à loco Insulæ destinatæ, & accessus ad locum prohibitum non inerit necessitas, licèt deinde illa subsequuta sit, non per hoc excusabit à contrauentione, prout in facti contingentia votabam.

SVMMARIVM.

1 *Guidati grauantur, si capiantur sub prætextu, quòd reperiantur extra Mœnia locorum prohibitorum.*

2 *Guidati vetiti accedere ad Ciuitatem, non prohibentur extra Mœnia commorari, num.* 2. *vbi decis.*

3 *Exulatus à propria patria qualiter censeatur exulatus à Territorio, & districtu remissiuè.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si existentes Guidati capinatur, sub prætextu, quòd extra Mœnia locorum eis prohibitorum reperiantur.

GRAVAMEN LXXV.

1 SE iuridicè grauant Vassalli habentes guidatica, si sub prætextu, quòd reperiantur extra mœnia locorum, eisdem prohibtorum accedere ibi carcerentur.

2 Quia Guidati vetiti accedere ad Ciuitatem, & Terram non prohibentur extra mœnia commorari, vt fuit iudicatum per Magnam Curiam Vicariæ in Guidatico concesso Hieronymo Andriettæ, qui fuerat captus propè Mœnia huius Ciuitatis Neapolis, & per Regiam Audientiam Principatus citra, & Basilicatæ ad fauorem Thomæ de Rosa, & alias ad fauorem Gabrielis Rugij, teste *Paschal.* qui hanc tutatur sententiam *in tractat. de Patria potest. part.* 4. *cap.* 3. *à num.* 23. *cum sequ.* sicque pariter decisum per Sacrum Consilium ad Relationem Magnæ Curiæ Vicariæ retulimus *forens. quæst.* 130. *tom.* 1. vbi quia satis abundanter hanc probauimus conclusionem respondendo contrarijs, ideò amplius hic non insistimus, sola remissione ad illum locum contenti, meminit nouissimè de hac nostra opinione *Thor. in compend. decis. Regni in verbo Guidaticum tom.* 2.

3 Sed qualiter exulatus à propria patria censeatur exulatus ab eius Territorio, & districtu, *Gizzarell. decis.* 23. determinationem Sacri Consilij reportat, & articulum declarat, cumque talis Codex ab omnibus præ manibus habeatur, eiusdem relatione contentus amplius non immoror.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Hominem habere, & pœnam exigere satis iniquitatis sapit.*
2 *Res, & pœna haberi non potest.*
3 *Hospitatione Militum destinata impensis delinquentium non potest rata illis applicare contra vnum ex dictis carceratum, sed contra cæteros vagantes tantum.*
4 *Pœna fideiussionis exigi non potest præsentato Reo, etiam post ineusatam fideiussionem, & num. 5. vbi deciso Sacri Consil. & Reg. Cameræ Summar. & num. 8. vide tamen num. 6. & 7.*
9 *Fideiussores de præsentando aliquem infra certum tempus, si elapso tempore per aliquos menses, & non facta incusatione pœnæ, sed tantùm perquisitione, non possunt molestari facta præsentatione, & purgata mora.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando coguntur soluere pœnam fideiussionis præstitæ ob non præsentationem Rei factam in tempore præfixo, quamuis post illud in effectu Reus non fuerit præsentatus.

GRAVAMEN LXXVI.

1 HOminem habere, & pœnam exigere satis iniquitatis sapit, *l. apud Celsum § labeo, ff. de dol. except. l. Rescriptum § si facto ff. de pact. Vrsill. ad Afflict. decis. 130. num. 7. Carauit in Rit. 102. num. 2. Reg. de Ponte in tractat. de potestat. Proreg. tit. 1. de diuers. prouis. fieri solit. num. 28. in fin.* Sicuti nec res, & pœna
2 haberi potest *l. Rescriptum § pactum, & ibi DD. ff. de pact. l. si duo, § item si duo ff. si quis caution. Borrell. in addit. ad Bellug. in Specul. Princip. Rubric. 31. §. quãuis lit. E. Carocc. decis. 28. num. 12. Anna allegat. 40. num. 8.*
3 Ex qua regula dicebam hospitatione militum destinata impensis quorumdam delinquentium, non posse ratam illius applicari contra vnum ex dictis, quia reperiebatur carceratus, sed contra cæteros vagantes tantùm.
4 Inde Barones grauarent Vassallos, si illos cogerent ad soluendam pœnam fideiussionis incusatæ ob non præstationem Rei factam in tempore præfixo, quamuis post illos Reus fuerit in effectu præsentatus, quia sequuta præsentatione etiam post tempus præfixum, nequit fieri exequutio, nec contra principalem, nec contra fideiussorem, *Reg. Tapia in suo oper. Iur. Regni in Constitut. 230. Incip. legem veterem*, vbi testatur sic indistinctè seruari in magna Curia Vicariæ, & in Sacro Regio Consilio, *D. Ricc. decis. Cur. Archiepiscop. Neapol. 42. par. 2.* vbi ita iudicatum in dicta Curia fatetur.
5 Et *Gram. decis. 95.* scribit fuisse decisum in Sacro Consilio, quod fideiussor citatus ad præstandum principalem, si post paucos dies præsentauerit, non poterit exigi pœna incusatæ fideiussionis, sed excarcerandum esse fideiussorem, & supersedendum in executione pœnæ quousque causa principalis fuerit determinata, quia si absoluatur à delicto principali, debet etiam absolui a pœna conuentionali, pro vt sic reperio nouissimè obseruatum per Regiam Cameram Summariæ die 29. Mensis Maij 1619. in causa Io. Leonardi Fanuzzi fideiussoris Nardi Lacannæ, & Innocentij Martaccij inquisitorum in Regia Audientia Menepecudum Apuleæ, nam seruatis seruandis decisum fuit, quòd stante Decreto liberationis cassetur fideiussio, & non molestetur pro pœna, apud Scongnamigium Actuarium meminit *Thor. in compend. decis. Regni, in verbo pœna fideiussionis incusatæ tom. 1. addo Muscatell. in praxi fideiussor. part. 2. quæst. 1. Caualcan. de Bracchio Regio part. 2. num. 241. Carrab sing. 76. Marescott. variar. resolut. libr. 2. cap. 124 num. 33. Cabal. resolut. crimin. cas. 190.* & præter cæteros nouiter *Maur. Aretin in tract. de fideiussor. part. 1. sect. 2. cap. 3. num. 69. & 72.*
6 At non reticeam dicere, quod *Guazzin. in suo tractat. de tregua, & pace part. 2. § 3. quæst. 66.* cum supradicta tran-

siendo

Digitized by Google

fiendo ſententia, illam declarat ceſſare, quando Reus ſpontè non præſentatus ſed captus fuiſſet, quia tunc nec Reus, nec fideiuſſor erint excuſati a pęna, allegat *Carauitam in Rit. M.C.V. 163. &*
7 *Baiard. ad Clar. queſt. 46. num. 58.* declaratque inſuper non habere locum quando pęna fuiſſet in totum, vel pro parte exacta allegat *Rimin. Sen. conſ. 425. num. 8. vol. 2. Iaſ. in l. ſi in Inſulam num. 31. de verb. oblig. Crauett. conſ. 446. num 5.* & ita ait deciſum per *Rotam Romanam coram Emiuentiſſimo D. Cardinali Platto.*

8 Cæterùm nouiſſime *Giurba conſil. crimin. 33. num. 17.* ad mittit primam declarationem, ſed *num. 26.* impugnat ſecundam, putans veriorem *Bellug.* ſententiam *in ſpecul princip Rubric. 31. de Offic. in Carcer. Milit. num. 27. ad fin.* & ibi *Borrell. lit. B.* quòd imò pęna in totum, vel in parte exacta poſſit mora purgari præſentato etiam Reo allegando concordantes, *Bertazzol. conſ. crimin. 560. num. 24. Herculan. de caution. de non offendend. cap. 23. num. 21. Foller. in practic. crimin. part. prima 2 partis, gloſ. verum ſi citati num. 4.* Sicque ait iudicatum per ſuam Magnam Curiam, dicens vlterius non dici factam executionem, niſi realiter pecunia pęnæ fuerit imburzata, vide eum, quia quàm latiſſimè loquitur circa hunc articulum, & rationum, atque Doctorum cumulum magnum reportat reſpõdendo contrarijs.

9 Sed fideiuſſores de præſentando aliquem infra certum tempus, ſi elapſo tempore per aliquos menſes non facta incuſatione pęnæ, ſed tantùm perquiſitione, An moleſtari poſſint facta præſentatione principalis purgando morã cauſatam ex mora creditoris, non accuſantis tẽpore præfixo, tractat *Thor. recenter in vot. 63,* Vbi cum negatiua pertranſit ſententia, & ita dicit fuiſſe expeditas prouiſiones prouiſiones per Magnam Curiam ſub die 5. Nouembris 1624. in Banca Seraphini, & fuiſſe executum per Regiam Curiam Monopolitanam die 9. Ianuarij 1625.

SVMMARIVM.

1 *Pęna fractionis exilij non exigitur, niſi capto exiliato, nec ſufficit fuiſſe uiſtum, & num. 3. vbi quòd ſi aliter fiat grauatur Vaſſallus, vide tamen num. 10. 17. 27. 45.*

2 *Capiblanchi ſententia refellitur in Pragmatica 7. num. 42. de Baronib. tom. 1. & cap. 34 tom. 2.*

4 *Bannũ Indultus conceſſum bannitis pro bello Lombardiæ refertur.*

5 *Bannum Indultus expedit, vt ſit prohibitorium ingreſſus Terræ, & Territorij partis offenſæ.*

6 *Poteſtati incumbit obuiare quantum poteſt, ne delicta patrentur, & patrata puniri.*

7 *Poteſtas diſſimulando vel tacendo ſe permittat delicta non excuſatur, & dicitur conſentire delicto.*

8 *Delictum, cui non reſiſtitur approbatur.*

9 *Iudex negligens in puniendo delinquentes dicitur fautor eorum, & particeps criminis.*

11 *Statim quòd quis ingreditur locum prohibitum committit delictum.*

12 *Capi in crimine dicitur qui poſt crimen commiſſum capitur.*

13 *A verborum ſignificatione non eſt recedendum.*

14 *Verba banni ſunt ad vnguem obſeruanda.*

15 *In bannis non habet locum argumẽtum à contrario ſenſu.*

16 *In incertis non certis locus eſt coniecturis, & argumentis.*

18 *Bannum vtile Reipublicę iuuandum eſt interpretatione fauorabili.*

19 *Statuta diſponentia ſuper delictis puniendis ſunt fauorabilia.*

20 *Verba banni ſunt accipienda in proprio ſignificatu, licèt dura ſint.*

21 *Menti, & intentioni inhærere debemus.*

Lex

Digitized by Google

22 *Lex non debet esse frustratoria, & in superuacuo posita.*
23 *In bannis quæ sunt stricti iuris, solùm rigor attenditur.*
24 *Recedẽs à signis qua pœna puniatur.*
25 *Vnumquodque verbum appositum in aliqua ordinatione, intelligitur appositum cum ministerio aliquid operandi.*
26 *Iteratus accessus semper magis punitur.*
28 *Banno, quòd aliquis non accedat ad Terras partis offensæ, an possit delinquens accedere de licentia bannum statuentis.*
29 *Transgressores mandatorum Principis sunt atrociter puniendi.*
30 *Desertores vexilli morte naturali puniuntur.*
31 *Voluntas animi cum conatu, & effectu sequuto punitur.*
32 *Confugiens ad Ecclesiam non est tutus, si sit sibi interdictus accessus ad illam.*
33 *Clericus interdictus ab ingressu Ecclesiæ non potest ibi orare, & si moritur non potest ibi sepeliri.*
34 *Crimina indulgentia subleuari non debent, si daretur occasio maiora committendi.*
35 *Magis delinquit, & grauius peccat qui contemnit Iudicem, quàm qui legem.*
36 *Dolus adesse dicitur contra illos, qui Principis mandata contentempserunt, & non paruerunt.*
37 *Iudex debet esse promptus in puniendo inobedientes, & transgressores.*
38 *Hoc ipso, quòd quis paruit malo, nocet bono.*
39 *Partes Iudicis sunt in exequendo in confessis.*
40 *Vbi aliquod licitum percipitur sub pœna excommunicationis, tamen & si illud præceptum non fiat pro mortali, illud tamen veniale ob contemptum efficitur mortale.*
41 *Ingrediens clausuram Monialium est excomunicatus excomunicatione latæ sententiæ, etiam si clausurã ingrediatur per duos pedes, & retrogrediatur, si tamẽ animo deliberato contemnendi ingrediatur.*
42 *Modicũ semper excusat à mortali.*
43 *Oppositum dissoluit propositum.*
44 *Apprehensio requiritur, cùm statutum imponit pœnam inuento, vel reperto in maleficio.*
46 *Non exprimens omnia crimina, indultu non gaudet, sed captus debet puniri.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si sub prætextu, quòd fuerint visi in locis, à quibus erant exulati, contra eos incusetur fideiussio, de seruandis finibus præstita.

GRAVAMEN LXXVII.

1 CAutio à Subditis condemnatis ad exulandum pro obseruandis finibus præstita incusari nequit, nec exequi potest, nisi in fraganti exulati ipsi capti fuerint.

Ita quòd si constiterit Curiæ, illos fuisse visos in locis, ad quæ accedere vigore exilij habiti erant prohibiti, non per hoc licita erit incusatio fideiussionis præstitæ de finibus seruandis, & cõsequenter nec Rei ipsi, nec fideiussores possent pro tali causa molestari, pro vt in hisce terminis hanc tutatus sum partem *forens. quæst. 3. part. 1.* quam vide in vltima editione, & hanc meam opinionem nouissimè confirmat *Additio ad Costam consil. 93.* vbi talem locum in specie allegando affirmat, exulatum, qui fregit fines exilij puniri non posse, nisi fuerit captus, nec sufficere fuisse repertum, & esse necessariam apprehensionem, & capturam, vt pœna exequi possit.

2 At non reticeam in fauorem Baronum dicere ex *Peguer. decis. Rotæ Lusitan. 90.* hanc sententiam titubantem reddi, vt contra eam pariter tutatur *Capiblanc. in Pragmat. 7. n. 42. 1. 1. de Baron.* & nouissimè magis apertè *tom. 2. c.*

Digitized by Google

34. vbi quòd exiliatus licèt non fuerit captus in loco prohibito, tamen si cõuincatur fines exilij fregisse cõdẽnatur.

Sed quia huiusmodi sentẽtia est maximæ rigiditatis plena, illã nõ video apud Regia Tribunalia in praxi seruari, vt testatur *Visiõt. in cõcl. Iur. in verb. Relegatus*, qui cũ antesignana trãsit opinione.

Et proinde tutò inferri potest, quòd
3 si sub tali prætextu incusetur fideiussio contra Vassallos, & illa exigatur, Barones tunc grauare videntur, ex dictis per *Viuium in silua commun. opinion. conclus. 763. Mart. decis. Rot. Pisan.* 80. & per Illustrissimom D. Episcopum *Riccium decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapol. 257. part. 2.*

Sumus enim in odiosis, & pœnalibus contra quæ in dubio est iudicandum, & apices iuris aduersus ea sunt interpretandi.

Cæterùm cùm concernentia circa hunc articulum fuerint exarata in quadam Allegatione, & si meæ opinioni contraria, placuit allegationem ipsam per extensum reponere, quæ est tenoris sequentis.

4 Publicatum fuit Bannum Indultus ordine illustrissimi, & Excellentissimi Domini Proregis pro pace, & quiete vniuersali, vt delinquentes huius Regni inseruiant Regi nostro Catholico in bello Lombardiæ, exceptuando nonnulla delicta, & expressè prohibendo, delinquentes ipsos, (ne intrent Terras, & Territoria partis offensæ, & Neapoli, ne transeant per Vicos, & Plateas, in quibus partes offensæ commorantur.

Philippus Vega, Petrus Raduazzus, Benedictus Neapolillus, & Achilles Ciccone delinquentes, & contumaces, etiam ad forju dicando Mag. Cur. Vic. pro homicidijs, in comitiua cum Paulo Magnaceruo Baronæ Terræ Candidæ, & S. Pititi commissis in personam Clericorum Doctoris Io: Baptistæ Amatucijs, & Lucæ Santulli dictæ Terræ S. Petiti cum archibugiatis, & corteltacciatis, ex animo, & proposito deliberato, præmeditato, & appensato, omni dolo pleno, & quod peius cum denegatione Sacramentorum, ex causa, quod prædicti defendebant causas eorum patriæ, assentati ad militiam equestrem, nuncupatam delle Corazze (absque tamen remissione partis offensæ) contrauenerunt per plures vices legi, & banno prædicto, non solum intrando Territorium, & Terras partis offensæ, sed ibidem commorando per plures dies, & noctes, deambulando per plateas, eundo, & redeundo sursum, & deorsum, & ante domus ipsius partis offensæ, equitando, & giostrando, armati etiam cum armis proibitis, publicum scandalum inferendo, indulcu, & gratia prædictis gaudere minimè possunt, carcerarique, & ad carceres criminales Mag. Cur. V. reduci, & puniri debent, & ex infrascriptis clarè patebit.

5 Expediens enim fuit bannum prædictum fieri prohibitorium ingressus Terræ, & territorij partis offensæ, ne ex homicidijs, & delictis homicidia, & delicta maiora
6 orirentur; cùm Potestati incumbat obuiare quantum potest, ne delicta patrentur, & patrata puniri, ne sanguis occisorum de manibus suis re-
7 quiratur *cap. irrefragabili de off. ord.* & si aliàs dissimulando, vel tacendo permitteret, non esset excusatus *cap. quamuis de reg iur.* & tacendo. & negligendo, diceretur delicto consentire, *cap. ephesis* 43. *d. cap. ne-*
8 *gligere*, & *ibi gl.* 3. *q.* 2. quia delictum, cui non resistitur, approbatur
7 *cap. error.* 83. *d.* Et Iudex negligens in puniendo delinquẽtes quos punire potest, dicitur fautor eorum, & Princeps criminis, *cap. quanto de sent. excomm. Cranett. cons.* 314. *col.* 3. *vers. Iudex negligens*, & *cons.* 132. *col.* 2. *Baiard. ad Iul. Clar. q.* 73. *num.*

Digitized by Google

num.32.vers.Iudex negligens;

Bannum prædictum inhæret personæ delinquentium, prohibendo
10 introytum Terræ offensæ partis, & non requiritur apprehensio *cap. is,cui de sent.excommun. in 6.* quia
11 statim quòd quis ingreditur locum prohibitum committit delictum, & tenetur ad pœnam, & si statim, & in continenti exeat, *text.ad literam in l.quod ait lex §.quod ait.ff. de adulteriis,& ibidem Bart.* tunc enim
12 dicitur capi in crimine, qui post crimen commissum capitur, *Bald. in l. ictus fustium vltim. col.ff. de his, qui notant infamia,* cum verbis bãni prædicti non sit ambiguitas, de mente ipsius non est disputandum,
13 *arg.tex.in l.illud.ff. de legat. 3.* & à verborum significatione non est recedendum *l. non aliter ff.eod.de* qua conclusione *latè per Fabrum Dec.13.de verbor.significat.* verba
14 enim banni prædicti sunt ad vnguem seruanda, *l.1.§.is, qui nauem*
15 *ff.de exercit.actione*, nec in eis habet locum arg. à contrario sensu *Bart. in l. vnctos popul. C. de Sum. Trinit. & fide Catholit.* quia in in-
16 certis, non certis, locus est argumentis,& coniecturis *l.continuus §. cum ita de.verb.oblig.* at verba Banni sunt clara, & prohibent introytus Terræ,& territorij partis offensę,inquisiti prædicti non modo intrarunt, sed commorati sunt per plures dies,vt supra, idcircò non gaudent gratia,& indultu prædictis, sed principaliter pro delictis prædictis puniri debent *argum. l. Ancillæ C.de furt.& l. quod labeo ff. ad Carbon.* & tanquam transgressores banni prædicti dolosè ex animo deliberato,Principem, & bannum contempserunt, & vltra partes offensas, magnopere deliquerunt. Vndè finalis ratio banni prædicti non tantum consistit in quiete, & pace, quæ respicit fauorem publicum totius Regni in extirpando,& exmorbando delinquentes intuitu militiæ prædictæ, sed etiam respicit fauorem priuatum partis offensę expresse prohibendo ingressum Terræ, & ipsarum territorij, ideò ingrediendo absque commoratione contrauenitur banno, cum delictum consistat in ingressum tantum, & non requiritur captura, vt
13 *DD. in §.fere instit. de rer. diuis.& Cepoll. ad literam in cap* 103. *alias* 21.*num.3.de seruit. vrb. præ. l. iniuriarum actio §.fin.ff.de Iniur.* Idcircò interpretationem in contrarium recipere nõ potest, *l. Iubemus nullam C. de sac. Ecclesiis*, quia Ban-
18 num vtile reipub.iuuandum est interpretatione fauorabili, *tex. in l. hoc modo,ff.de conditionibus, & demostrat.* vt puniantur delicta, quia fauorabilia dicuntur statuta, quæ
19 disponunt super delictis puniendis,quamuis videantur pœnalia, & odiosa,& ratio,quia respiciunt publicam vtilitatem,ita *Bart.ad litteram in l.quemadmodum C. de agric. & censit.lib.11.circa medium, & in l.2.§.exercitium ff.de his qui notant. infam.Bald. in l. non sine ff. de bon. quæ liber.Paul.in l.bona fides ff. depositi.Vasq. contra. vsu frequent. cap. 39.num 13 lib.2.*

20 In tantum quod verba banni sunt actendenda,& obseruanda in proprio eorũ significatu, vt sonãt, licèt dura sint *l.qui, & à quibus l. prospexit alijs,de sepulchro viol.* men-
25 ti enim & intentioni statuentis inhærere debemus *l.gallus §. & qui si in tantum ff. de lib. apostli. l. non dubium de leg.* vnde cùm bannum dicat, vt non intrent in Terras, & Territoria partis offensæ, statim quòd sponte intrant, contraueniunt banno, & committunt delictum, & gratia, & indultu prædi-

ctis gaudere non debent, & pro transgressoribus, & inobedientibus ex animo doloso, de iure habentur, & reputantur, quia pro
22 deuictis habentur, ne lex sit frustratoria superuacuo posita, *l. post liminij in fin. ff. de postlim. & §. in quib. in 1. constitut. C.* cùm in ban-
23 nis, quæ sunt stricti iuris solum rigor attenditur, *l. constitutionibus ad municipal.* & verba stricti iuris in banno apposita, important id, quod ipsorum verborum tenor significat, *l. 1. & 2. C. si plures vna sent.* & non attenditur aliud, nisi quod placuit statuenti, § *quod autem instit. de vsu cap. l. 1. de constitut. Princip. Paris de Puteo de re militar. ad litteram in capit. 28. incipiente duello patrato fuit bannum per text. in l. desertores §. si quid ad hostes in*
24 *verbo*, qui recedit à signis debet puniri pœna capitis, si ex voluntate transcēdit signum punitur pœna Banni, *text. est ad litteram in l. tribuni, C. de re militar. lib. 12.*

Nam bannum puniens intrantem palatium certo tempore pœna mortis, habet locum in spontè intrantem palatium illo tempore, secùs si per vim, & coactè, quia delictum consistit in ingressu spontaneo ex voluntate, At sponte delinquentes in contemptum ipsius Principis, & banni prædicti, non solum intrauerunt, sed commorati sunt per plures dies, vt supra in terris, & territorijs partis offensæ, quare puniri debent, & gratia, & indultu prædictis gaudere non possunt *Bald. in auth. habita in 5. col. vers. item si non ingreditur C. ne filius pro patre*, sed verba banni conueniunt in spōtè intrantibus, ergo conuenit eius dispositio *l. 4. §. toties ff. de dāno infecto l. hoc accusare. § omnibus ff. de accus. cap. indēnitati. §. sed cum*
25 *eas. de elect. in 6.* nam clarum est, quod vuūquodq; verbum appositum in aliqua ordinatione intelligitur appositum cum ministerio aliquid operandi *Bald. in rubr. C. de contraben. empt. in 1. quæst.* si aliter, ergo diceretur, sequeretur, quod dictum verbum (quod non intrēt) positum in banno prædicto nihil operaretur, quod non est dicendum, *per Iura supra* allegata, *Hippol. de Marsil. ad litteram in cons. 99.*
26 *num. 4. 14. & 15.* quia iteratus accessus semper magis punitur *cap. ita nos 25. q. 2.*

Bannum contra personas delinquentes, quando rationabili ex causa est publicatum in eorum præiudicium, & odium valet, & obseruandum est in eius forma specifica, Idcircò dum ingressus ad Terras, & territorium partis offensæ per bannum nostrum est prohibitus, statim quod dicti delinquentes intrauerunt, & puniendi sunt, nec indultu, & gratia prædictis gaudere debent, *text. est rotundus ad hunc*
27 *propositum in l. 1. §. hoc interdictum ff. de cloacis. Ang. in l. impetrata C. sent. rescin. non posse, & l. neque & l. doctitij C. de Decur. lib. 10. Bald. in l. amissione §. 1. ff. de cap dim. & in authen. habita num. 18. (nè filius pro patre.*

28 In tantum, quod nec de licentia statuentis delinquentes prefati in Terras, & territorium prohibita intrare poterunt, quia bannum prædictum non modo respicit vtilitatem publicam, sed etiam priuatam, partium offensarum, & est præceptum negatiuum, quod obligat semper, & ac semper durante tempore banni prędicti, nè iniuriētur de nouo, & nè ex homicidijs homicidia oriantur; cum delinquentes prædicti non sunt pœnitentes, & satisfacientes de delictis, pro quibus interdicti, & prohibiti sunt intrare in

Terras

Digitized by Google

Terras,& territorium partis offensę *arg. tex. cap. reprehensibilis de appell. & cap. cognoscentes. de const.* & dum non solum intrauerunt,sed per plures dies commorati sunt in Terris prædictis,vt supra,cõmiserunt noua delicta,& tanquam inobediẽtes, & transgressores mandatorum Princi-
29 pis, veniunt atrociter puniendi, *text. in cap. Monathia. 16. quæst. 1.* &
30 tanquam desertores vexilli morte naturali puniendi,*l. 1. C. de desertoribus lib. 12.* quia voluntas animi cum
31 conatu, & sine effectu punitur sæpe,quanto magis effectu sequuto *cap. Anastasius 32. q. 5. cap. quod studet 1. q. 1. Archid. in cap. nullitas nu. 1. & 2. dist. 19.*

32 *Decianus tractatu crim. tit. de casibus, qui respiciunt personas intrantes ad Ecclesiam num. 14. lib. 6.* dicit quod is, cui est interdictus accessus ad Ecclesiam,si ad eam confugiat, non est tutus, quia capi, & extrani potest, & adducit *Fęli. in cap. à nobis nu. 5. de except.* qui affirmat ad litteram,& ponit exemplum in clerico
33 interdicto ab ingressu Ecclesiæ, quod ibi non potest orare, & si moritur, non potest ibi sepeliri *per text. in cap. is, cui est §. 1. de sent. excom. in 6.*

34 Vnde crimina,& delicta,quæ indulgentia subleuantur si non punirentur, daretur occasio maiora committendi,& indulgentia subleuari non debent,*text. in l. si apparitor C. de cohortalibus lib. 12.* & contra præfatos sponte cotemptores, & inobedientes banno prædicto, lex exclamat,quod puniantur,quia Bannum, & Principẽ contempserunt,& nouis iniurijs partes offen-
35 sas affecerunt, ex vulgata *Iuris* regula, quod magis delinquit, qui contemnit Iudicem, quam legem, idest grauius peccat non obediens Iudici,quam legi. *glos. in cap. dolen-*

tes de celebr. Miss. Dec. in cap. 1. num. 22. de postulatione prælatorum, quia
36 dolus adesse dicitur contra præfatos,qui sui superioris mãdata contempserunt, & non paruerunt *cap. 2. de maiorit & obed. & 13. q. 1. &*
37 Iudex debet esse promptus in puniendo inobedientes,& transgressores ex sententia *Apost.* relata *in cap. 1. de postul. prælat & ibidem Dec. 19. notab.* alia ad propositũ adducit *l. fin. C. de delatoribus lib. 10.* quia hoc ipso, quod quis parcit malo,
38 nocet bono, *text. in §. homicidia in auth. de manumiss. princip.* Idcirco gratia,& indultu prædictis gaudere nõ debẽt,& tanquã spontè cõfessi, & conuicti de delictis prędictis pęna mortis naturalis sunt plectendi,
39 & sic partes Iudicis sunt in exeqnendo *cap. nos in quemquam, & c. multi 2. q. 1. cap. Lotharius 31. q. 2. & l. quod sententiam de Pęnis l. 1. C. de confessis.*

40 Item vbi aliquod licitum cuipiaam precipitur sub pæna excommunicationis,tamen si illud præceptum non fiat pro mortali,illud tamen veniale ob contemptum efficitur mortale,*secundum glos 25. dist. §. nimis in verb. plus accepti, in cap. qualis in verbo blasphemias. Decius in cap. cum non ab homine post nu. 7. de iudic. & in cap. 1. in 2. lect. colum. 2. in fin. de constit.* vbi plenè; Ex quibus intrat comm. opin. Canonist. &
41 Summist. tenentium, ingredientes clausuram monialium, qui sint excommunicati excommunicatione latæ sententiæ,quod si quis ex animo deliberato contemnendo ingreditur clausuram prædictam per duos pedes,vel quasi,& postea retrogrediatur, est excommunicatus,non obstante regula quod modicum semper excusat à mortali,&
42 ratio propter contemptum, *ex Cath. Neapolit. lib. 3. cap. 11. num.*

Digitized by Google

92. & *Nau. in Manual. cap. 27. nu.* 109. At quanto magis delinquerunt prefati delinquentes, qui non pœnitentes, nec satisfacientes de delictis prædictis, Bannum, & Principem contempserunt, & non per modicũ, sed per reiteratas vices, & dies in Terris prædictis commorati sunt, & tanquam desertores vexilli in mortis naturalis pœnam sunt incursi, quæ absque noua sententia de iure exequi debet, Nam *S. Thomas ad Rom. cap. 13. lect. 3. vlt. colum.* sic exponit verba illa. Mihi vindictam; & ego retribuam, quando quæritur vindicta delicti authoritate Iudicis ad comprimẽdum malitiam, non propter odium, suam defensionem procurat, intelligitur locum dare iræ. i. Diuino iudicio, cuius ministri sunt Iudices, qui sunt obnoxij delicta punire, vt ipsi non puniantur à Deo benedicto.

Additur, quod Bannum prædictum respectu delinquentium est indulgentia delictorum (quod sine partis remissione de iure sustineri non potest) & quando Princeps indulget, sperat beneficia, & grata seruitia recipere, alias non facturus, At delinquentes prædicti vti ingrati, tanquam gens Anglorum, & peius, in bello sæculari non fortes, in fide non stabiles, hominibus non honorabiles, nec Deo amabiles, & tanquam omni nota infamiæ pleni bannum prædictum non seruauerunt, Principem spretu contempserunt, partes offensas nouis iniurijs affecerunt; Ideò gratiam prædictam perdiderunt & indultu
43 non gaudent, quia oppositum dissoluit præpositum *Bald. de Vbald. de pace constant. num. 7. cap. fi. gens Anglorum 56 d.* ex quibus non obstant, quæ forsan in contrarium adduci possent per *l. fi. barsatorã C. de fideiussor.* quia *DD.* per illũ *text.* loquuntur in terminis, in quibus requiritur captura, nàm loquuntur super articulo, quando imponitur per statutum pœna contra illum, qui fuerit inuentus, vel repertus in
44 maleficio, tunc requiritur apprehensio, siuè capturatio, *vt Cœual. com. opin. quæst. 651.* quia dicta verba important, vt quis deprehendatur, Secus verò si verba banni propiciunt inobseruantiam facti, vt in proposito casu Banni nostri (vt non intrent Terram, & territorium partis offensæ) nam tunc sufficit constare contrauentionẽ, vt quis condemnari possit pœna banni prædicti, & in casu nostro etiam pœna delicti principalis,
45 *Rip. de pest. tit. de remed. ad conser. vber. vers. 9. quæro nu.* 103. quem citat *Regens Rouitus in Prag. 1 nu. 7. de armis, et dicit ad litteram.*

Accedat tandem, quod præfati Philippus Vega, Petrus Raduazzus, Benedictus Napulillus, & Achilles Ciccone sunt notati, & inquisiti de alijs homicidijs, vulneribus, ictu scoppicti simul cum Paulo prædicto Barone de morte fratris Thomæ delo Mastro Ord. S. August. Terræ Candidæ, de morte Hieronymi, seù Ciõmi Sbirri Terræ Atripaldę, de morte Ascanij de Iaso Terræ Candidę, de ictu scoppicti in capite D. Ascanij Magnacerui Archipresbiteri Terræ Pulchareni, de furtis in massarijs, & per campaneam, & alijs delictis, pro quibus tã in Regia Audiẽtia Principatus Vltrà, quam in alijs Tribunalibus sunt contumaces, & delicta prædicta in supplicatione pro gratia, & indultu prædictis obtinẽdis, prout de iure obnoxij erant, non expresserunt, cum omnia crimina, & delicta qualitercumque de illis sint notati, vel de eis sit præsumptio,

prio, quod conscij sint, referre debebant, eò fortius, quod de delictis prædicis capta est informatio; Quò circa gratia, & indultu prædictis gaudere minimè possunt, nec eò fortius debent, & propterea ad carceres criminales Mag. Cur. reduci, vt puniantur dicit *Auen. dec. 42. Regens Rouit. titulo de exulibus num. 20. Ioannes Gran. de Bello exulum tit. de quibus q. 3. requisit. 25.* & sic concluditur fieri, & exequi omni cum instantia Iuris, saluo semper rectius sentientis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si exigatur pœna apposita, nè accedant ad aliquẽ locum, cùm solum pertranseunt.*
2 *Simplex transitus non est prohibitus illi, cui est prohibitum ad locum aliquem accedere, contra num. 3. Quid si prohibitio fit, nè introeat locum, vel appropinquet, num. 4.*
5 *Transiens non dicitur stare.*
6 *Venisse, ac comparuisse non dicitur qui non stat.*
7 *Abesse non dicitur qui statim est reuersurus.*
8 *Poenam excommunicationis impositam contra non venientes ad Synodum incurrit qui veniens statim abijt.*
9 *Veniens ad Iudicium, & non stans vsque quo à Iudice dimittatur, nõ dicitur venisse.*
10 *Prohibitus habere prædia in Territorio non vetetur habere, si illicò sit venditurus.*
11 *Fratres mendicantes possunt capere etiam immobilia sibi relicta non animo retinendi, sed illa vendendi, & eorum pretio vtendi.*

ARGVMENVM.

Vassalli grauantur, si contra eos, & fideiussores incusetur fideiussio, & exigatur sub prætextu, quòd transierint per loca, à quibus fuerunt exulati.

GRAVAMEN LXXVIII.

1 MVltoties occurrit, exiliatos à locis transire per illa animo alibi migrandi, & per Barones prætenditur incusari, & exigi pœnam cautionis præstitæ de seruandis finibus, ob quod Vassalli iuridicè grauantur.

2 Siquidem simplex transitus non est prohibitus illi, cui vetitum est ad locum aliquem accedere, vt post cæteros *Farinac. in pract. Crim. quæst. 107. num. 267. Viuius decis. 505. num. 15.* vbi in poprijs terminis annuit *Nell. de S. Gemin. in tract. de Bannit. in prima part. tempor. quæst. 58.* firmasse, à loco exulatum iter illac facere non prohiberi, allegat pariter *Ancharan. consil. 74 in fin. Marsil. consil. 122. num. 7. & consil. 136. nu. 16. & Cephal. consil. 204. volum. 2.* & proinde varijs medijs roborat conclusionem, licere impunè exiliato transire per Territorium, à quo exulatus fuit, quod & nos latiori calamo fouimus *forens. quæst. 28. tom. 1.* vbi eùm plura sint conglomerata, quæ veram hanc reddunt opinionem, ne iterum eadem recanere videar, prætermitto, addo *Giurb. cons. crimin. 91.* vbi fusè similiter hanc probat sententiam, & *Nos in cit. forens. quæst.* in specie adducit, & sequitur, & ex alijs confirmat *Paschal. in tractat. de patria potestat. part. 4. cap. 3 num. 21. & 22.*

Sed non reticeam dicere, nouissimè *Reg Rouit. in decis. 4. num. 37.* esse in opinione, vt prohibito accessu ad aliquem locum, transitum per illum adhuc videri prohibitum, firmando, concessa Reo gratia cum prohibitione non accedendi ad Ciuitatem Neapolis per triginta milliaria, si in Ciuitatis eiusdem littore captus ipse fuerit, vltimi supplicij pœnam pati debere, sicque in facti contingentia refert iudicatum per Magnam Curiam Vicariæ, & confirmatum per Sacrum Consilium, quod per-

Digitized by Google

per prius scripserat *in pragmat. 1. num. 10. de Guidatic.*

De quo quidem mirandum non est, nam conditio, de qua ipse loquitur, erat minus stricta, quoniam nè dum erat prohibitus accessus ad Ciuitatem, sed etiam per triginta milliaria circumcirca, & verba apposita ibi in Guidatico (*con che non habbia d'accostare*) enixam demonstrabant Principis intentionem, vt nè dum inquisitus introiret Ciuitatem, sed nec appropinquaret per triginta milliaria circum circa, vt pariter aduertunt *Giurb. & Paschal. locis citat.* ille *num. 10.* iste autem *sub nu. 22.* vnde cùm constet de voluntate prohibentis, & habentis potestatem prohibendi, cessant coniecturæ, & iuris Regulæ.

5 Transiens enim non dicitur stare,
6 & venisse, ac comparuisse non dicitur qui non stat, *Tiraquel. in l. si vmquam in verbo susceperit num. 176. C. de Reuocat donat.* vt è contra abesse non dicitur, qui statim est reuersurus, *l. postliminium §. captiuus, & l. nihil ff. de captiu & postlimin. reuers Rebuff. in concord. Franc. Rubric. de Collation. §. 1. In verb. & si residentiam deseruerit Dionys. Paul. de vera quatuor Patriarcharum sede erect. cap. 9. num. 31. Barbos. de offic. & potest. Episcopi, allegat. 53. num. 92. part. 3.*

8 Hinc si sit pœna excommunicationis contra non venientes ad Synodum, potest declarari excommunicatus, qui venit, & statim abijt absque licentia. Idem *Barbos. in cap. de quo vult Deo, nu. 8. de Iudic. allegat Duen. Regul. 271. Ampliat. 2.* vbi etiam quòd veniens ad iudicium, & non stans vsquequò à Iudice dimittatur, non dicitur venisse, sicque in facti contingentia considerabam pro Domino Vicario Prioralis Curiæ Regalis Ecclesiæ Sancti Nicolai Ciuitatis Barij contra Canonicos eiusdem Ecclesiæ Io. Baptistam Venturam, Prosperum Risolæm, & Petrum Constantinum.

10 Et ex hoc pariter descendit, vt prohibitus habere prædia in Territorio, non vetetur habere, si illico sit venditurus, *Menchac. Illustr. quæst. cap. 32.*
11 *num. 3.* vbi quòd ideo Fratres Mendicantes possunt capere etiam immobilia sibi relicta, non animo retinendi, sed illa vendendi, & eorum pretio vtendi, de quo *Nauarr comment. 2. de Regular. num. 54. Duen Regul. 381. Ampliat. 8. Peregrin de Iure fisci, libr. 3. tit. 14. num. 2. Fut. decis. 286. libr. 1. Rodriquez quæst. Regular. tom. 2. quæst. 125. Art. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, quando cum ignominia ducuntur carcerati.*
2 *Carceratio ignominiosa iniuriam Carcerato afficit.*
3 *Grauamen iniuriam parit.*
4 *Carceratus cùm remittitur, debet mitti de vno Tribunali ad aliud absque ignominia, & si mittatur cum ignominia, Iudex mittens puniendus est, & num. 7. & pœna legis Iuliæ de vi num. 5.*
6 *Regens M.C.V. priuatus suo officio quòd clericum suo Episcopo remiserat cum catena ad collum.*
8 *Carceratus quando dicatur mitti cum ignominia, & num. 9.*
10 *Ignominiâ sicut facit crescere qualitas personæ carceratæ, ita & facit decrescere.*
11 *In atrocioribus, & ex qualitate criminis potest quis carcerari cum ignominia.*
12 *Infames non debent includi sub regulis generalibus.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando cum ignominia ducuntur carcerati.

GRAVAMEN LXXIX.

1 CAuere summopere debent vtiles Terrarum Domini, eorumque Officiales, ne carceratio Vassallorum fiat cum ignominia, cum oriatur grauamen, quando ignominiosè subditi ducuntur carcerati, prout & ita in facti con-

Digitized by Google

contingentia declarasse Sacrum Regiũ Consilium ad instantiam Vniuersitatis S. Ioannis Rotundi contra eius Barohem annis iam diù elapsis in quodam processu antiquo patet.

2 Ignominiosa siquidem carceratio carcerato iniuriam apportat personalem, quia personæ, & in personam fit, *Honded. consil. 103. num. 14. libr. 1. Bellug. in speul. Princip. Rubric. 27. §. Milites nu. 42.* igitur & illum grauat, cum ex iniu-
3 ria grauamen nascatur, sicuti grauamen iniuriam parit.

4 Confert pro corroboratione, quia quando remittitur carceratus de vno ad aliud Tribunal, absque ignominia debet mitti, *Bar. in l. Iulia ff. ad l. Iuliam de vi public. Boer. decis. 303. circa finem*, affirmantes, quòd si cum ignominia mitteretur, Iudex teneretur lege Iulia de vi, refert & sequitur *Carauit. in Rit. M.C.V. 235. num. 8.* subdens ex *Parid. de Put. in tract. de Syndicat. in verbo. Remissio*, quemdam Regentem M. C.
6 fuisse priuatum Officio, eò quia cum catena in collo remiserat Clericum suo Episcopo, comprobat omnia *Præsul Ricc. in Prax fori Eccles. resolut. 87. part.*
7 2. vbi etiam quòd Officialis remittens inquisitum cum ignominia venit puniendus.

8 Exemplificat autem idem *Carauita* loco nuper citato *num 9.* quod esset mittere cum ignominia, quotiescumque mitteretur carceratus cum mitra in capite, cum catena in collo, vbi casus hoc non requireret, quia tunc potius ob ignominiam, quàm ad custodiam diceretur fieri, & idem confirmat *D. Ricc. loco nuper adducto*.

9 Et si quis alicuius bonæ conditionis, & qualitatis, & alicuius existentiæ carceratus duceretur cum manibus ligatis præposterè, vulgò (da dietro) & sine pileo, vulgò (scouerto) ignominiosè carceratus poterit dici, prout in facto sic fuit habitum pro vero, dum quædam persona honesta cuiusdam Ciuitatis tali modo fuisset carcerata de ordine sui Baronis.

10 Sed non reticeam dicere, quòd sicuti qualitas personæ carceratæ facit excrescere ignominiam, ita & pariter illam decrescere.

11 Nec non, quod licèt aliquoties ex qualitate criminis, si sit de atrocioribus, infamibus, & horribilibus ignominiosè criminosum carcerare, & cessabit grauamen, cessare (inquam) debet fauor iste cum huiusmodi personis, & contra eos armantur leges, & sub regulis vniuersalibus non debent illi includi.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, quando Barones differunt ad recipiendos carceratos sibi remissos per superiora Tribunalia, & quid eo casu sit agendum, num. 2.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones differunt ad recipiendos Carceratos sibi remissos per Superiora Tribulia.

GRAVAMEN LXXX.

1 AD instar solent vtiles Terrarum Domini esse solliciti, & infestosi ad petendas remissiones suorum Vassallorum à Tribunalibus superioribus, in quibus carcerati reperiuntur.

Sic è contra solent esse tepidi, imò frigidi ad procurandum receptionem carceratorum, postquàm obtinuerunt illorum remissiones, quo in casu vtique grauant, post obtentam, inquam, remissionem causæ tenetur Baro procurare transmissionem carcerati ad suos carceres ad finem, vt de iustitia prouideri in illa causa possit, & condemnari, vel absolui iuxta Iuris tramites.

2 Inde, quando Baro non mittit ad recipiendum carceratum sibi remissum, solet prouideri, quòd infra tot dies procuret transmissionem carcerati, aliàs causa remaneat, vt scribit *Anna in singul. 271.* de qua obseruantia ego testis oculatis esse possum, nam non vna vice vidi seruatum in Regia Audientia Capitinatę

Digitized by Google

pétinacæ Apuleæ, per quam similia præcepta Baronibus fiebant, & elapso termino, & ipsis non curantibus mittere ad recipiendos carceratos non obstante remissione concessa procedebatur in eadem Regia Audientia.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, quando Barones prohibent, & impediunt ne eis notificentur prouisioues, & ordines Regij, & num. 6. Et quid eo casu solitum sit prouideri, num. 2. & 7.*

3 *Prohibere, quòd notificentur prouisiones est per indirectum tollere defensiones Vassallis.*

4 *Recursus ad legitimos Superiores nõ est denegandus.*

5 *Superioris aditi ordines impediri nõ debent, quin suos sortiantur effectus.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones prohibent, & impediunt, ne eis notificentur prouisiones, & ordines Regii.

GRAVAMEN LXXXI.

1 PRo releuamine grauaminum, vel prætendentiarum, quæ sunt inter subditos, & Vtiles Terrarum Dominos solent impetrari rescripta à Principe, & à superioribus Tribunalibus prouisiones, & ordines obtineri, & quando illos notificare facere intendunt, Vassalli non reperiunt personas quæ intimare tales prouisiones velint, quia Barones ipsi, vel eorum Officiales prohibuerunt, & certè grauantur in hoc Vassalli, pro vt ita reperio iudicatum per Sacrum Regium Consilium inter Illustrissimum Principem Hostiliani, & Ciuitatem Theani, quæ cùm conquererentur, quòd Officiales eiusdem Principis prohibebant seruientibus, & Iuratis eius Curiæ, ne ad instantiam Ciuium notificarẽt prouisiones, & ordines Regios, & multoties, quia illi intimauerant carceraverant dictos seruientes, fuit per dictum Sacrum Consilium prouisum, vt abstineret, & quòd caperetur informatio, & ideò alias iure optimo cùm de eodem grauamine conquereretur Vniuersitas Vallis Vitulani contra Baronem, per Ferdinandum Fornarium 2 Commissarium deputatum fuit decretum, quòd liceret facere intimare Regias prouisiones per quoscumque seruientes absq. vlla licentia die 11. Aprilis 1581.

3 Impedire siquidem huiusmodi citationes, nihil aliud est, quàm modum defendendi per indirectum eripere Vassallis, & recursum ad Superiores denegare, quod iura negant, *Rota in Ariminen. Recursus coram R.P.D. Accorambono*, vbi quòd recursus ad legitimos Superiores non est denegandus, 4 & illo adito eiusdem ordines non debent impediri, ne suos legitimos habeant effectus, quia alias importarent recursus impedimentum, & ideò impedientes possent puniri. 5

6 Quare, cum Baro Terræ Auigliani ordinasset Baiulis dictæ Terræ eisque expressè prohibuisset, nè deberent intimare prouisiones Sacri Regij Consilij, & aliorum Tribunalium ad instantiam Ciuium, & Vniuersitatis dictæ Terræ porrecto de hoc grauamine in Sacro Consilio extitit prouisum, quòd Magnificus Baro abstineret, & quòd prouisiones eiusdem Sacri Consilij, & cæterorum Tribualium liberè potuissent intimari dicto Magnifico Baroni, existente Commissario Regio Consiliario Vitellio, vt in processu in Banca Figliolæ.

7 Et iuxta supradicta alias prouisum reperio pro Vniuersitate Vici de Montanea contra Marchionem Vtilem Dominum, existente Commissario Regio tunc Consiliario Vincentio de Franchis, per quem fuit ordinatum, vt deberet Iuratus Curiæ Terræ Vici intimare Regias prouisiones, etiam absque licentia Magnifici Capitanei,

cum

Digitized by Google

cum mandato, quòd Capitaneus pro tempore ipsum impedire non debeat, vt in processu fol. 349. in eadem Banca Figliolæ.

SVMMARIVM.

1 *Proreges Regni eligunt æstiuo tempore Capitaneos ad guerram in locis maritimis, & illis non disponentibus Præsides Prouinciarum.*
2 *Barones grauant Vassallos, si eligãt Capitaneos ad guerram, sed vide num. 3. & 4.*
5 *Verba Mastrilli de Magistratibus libr. 4. cap. 16. num. 127. reponuntur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones vltra ordinarios Annales Officiales, Ius Ciuibus reddere debentes, constituunt pariter Capitaneos ad Guerram.

GRAVAMEN LXXXII.

1 AD Illustriss. & Excellentiss. Regni Proreges, vti Capitaneos Generales, vt in eorum litteris patentialibus patet, & scribit Dominus Iudex *Tasson* in *obseruat. Iurisdictional. ad Pragmat. de Antefat. versic. 2. obseruation. 4.* spectat creare Capitaneos ad Guerram, qui solent per illos eligi æstiuo tempore, & in locis maritimis reponi, & illo non disponente in casibus necessarijs ad prouinciarum Præsides tale ius pertinet, pro vt sic vidi seruari, & patet etiam in eorum litteris patentialibus, in quibus Capitanei ad Guerram nominantur.

2 Vnde ad Barones tale ius minimè spectare dicendum est, quòd si secus agant grauare vtique videntur Vassallos.

3 Quare cum Vtilis Dominus Terræ S. Catherinæ, quotannis soleret constituere vltra Capitaneum ordinarium pro regenda iustitia alium Capitaneum ad Guerram, à quo facere multos excessus contra Ciues patiebatur, sub prætextu quòd non esset redditurus rationem, quia agebat illos vti Capitaneus ad Guerram, habito recursu ad Sacrum Consilium fuit per Dominum Vincentium de Franchis die 26. Augusti Anno 1580. tunc Consiliarum, & deinde per idem prouisum contra Baronem, vt deberet abstinere, & si quid prætenderet, vt deberet exhibere priuilegium apud Actuarium Roppulum.

Ex quo sanè decreto satis patet, quòd vbi ex priuilegio tale ius Baroni non competit, minimè illud exercere absque grauamine valeat.

4 Inde secluso priuilegio meritò cum Vniuersitas Terræ Sibaris conquesta esset contra Comitem Vtilem Dominum, quod ipse vellet creare Capitaneum ad Guerram, mediante prouisione Regij Consiliarij Io. Felicis Schalat. Comissarij destinatifuit ordinatũ, ne talis electio fieret, nisi de ordine Illustrissimi Proregis, vt in processu grauamin dictæ Terræ in Banca Sarni Actuarij Sacri Regij Consilij.

5 Sed non reticeam hic reportare verba *Mastrilli in tractat. de Magistratibus lib. 4. cap. 16. num. 127.* quæ sunt tenoris sequentis, videlicet.

Amplia decimosexto, quòd Barones habentes merum, & mixtum imperium possunt in eorum Terris tempore belli constituere armorũ Capitaneum ad eas custostiendas secundùm *Luc. de Penn. in l. 2. C. de exactor. & executor. libr. 12. Capyc. decis. 26. Anton. de Ball. libr. 4. quæst. 2. num. 2.* Vbi subdit, quòd non per hoc prohibetur Rex, si vult ipse ponere armorum Capitaneum, eoque casu cessabit positus per Baronem, *Ioann. Anton. de Nigris capit. 20. num. 51. & seq. Andr. & Afflict. in constitut. cùm satis*, licèt in Regno hoc fieri non consueuit per Barones, sed benè ipsi ijdem à Domino

mino Prorege armorum Capitanei in casu prædicto nominantur.

SVMMARIVM.

1 *Barones habentes Terras cum Casalibus, si vnum constituant Iudicem curare debent, vt Iudex pro rata temporis modò in vno Casali, modò in altero Iustitiam regat.*

2 *Iudex plurium locorum in locis pro rata temporis assistere debet, nisi aliud sit de consuetudine, vt num. 4. & 6.*

3 *Quilibet debet participare de commodo, & incommodo.*

5 *Mutanda non sunt quæ certam habuernnt obseruantiam.*

7 *Curia debet exigi in loco solito.*

8 *Gubernator Agerulæ residet, & ex antiqua consuetudine non descendit, nisi volens ad alia loca pro iustitia ministranda.*

9 *Gubernator Amalphiæ, qui præest quoque Ciuitati Minorum accedit ad regendam Curiam in Ciuitate Minorum intra hebdomadam, quamuis non vadat ad alia Casalia, num. 10.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si vbi Terra reperiatur diuisa in Casalia, & vnum habeat Officialem, pro rata temporis in vnoquoque ex dictis Casalibus Baro Officialem assistere non faciat ad regendam Curiam.

GRAVAMEN LXXXIII.

MVltæ sunt Terræ diuisæ in Casalia, quæ per vnum reguntur Officialem, itaquòd Ciues dictorum Casalium pro consequenda iustitia ad ipsum confugere tenentur, nec ad quem pro primis 1 causis recurrant alium habent, in huiusmodi enim casu æquum est, vt Barones pro rata temporis modò in vno Casali, & modò in altero iustitiam regere faciant, prout sic in varijs quippe locis vidi seruari.

2 Hinc cùm grauata esset in Sacro Consilio Ciuitas Litterarum, quòd Magnificus Iudex continuè assisteret in Terra Graniani, & Ciues dictæ Ciuitatis cogebantur ire ad procurandas prouisiones in causis occurrendis in dicta Terra Graniani cum eorum magno damno, & interesse, per Regium tunc Consiliarium de Franchis, fuit prouisum, quòd assistat Magnificus Iudex pro rata temporis in vnoquoque ex locis prædictis die 20. Mensis Octobris 1588. apud Actuarium de Ferrarijs.

3 Quilibet enim debet participare de commodo & incommodo, nec vnus semper in pace stare, & alter in bello existere, sed correlatiua debet esse boni, & mali coaceruatio; arescereque debet quis quandoque, aliusque opimus euadere, & repartitio commodi est inter Casalia facienda.

4 Cæterùm si consuetudo existat standi in vno loco, & ibi sit solitum ministrare iustitiam, ibidem absque grauamine residere poterit Officialis.

5 Mutanda enim non sunt, quæ certam obseruantiam habuerunt, *l. minimè, ff. de legat. Glos. in cap. 1. §. præterea de cap. Corrad Viuius decis. 255. num. 29. & decis. 339. num. 21. Decian. consil. 22. num. 40. volum. 1. Roland. consil. 80. num. 50. volum. 3.*

6 Et proinde cùm tempore meo in Regia Audientia Capitinatæ similis casus accidisset trutinandus ad instantiam nonnullorum Ciuium, qui ab vno ex Auditoribus Collegis obtinuerunt prouisiones cõtra eorum Officialem constitò deindè Regio Tribunali de Antiquo solito, fuerunt illæ reuocatæ, & ordinatũ ne illis habeatur ratio, & quod solitum obseruaretur me existente Relatore, & commissario de ordine Illustrissimi Marchionis Orioli præfidis, & habito recursu ad Sacrum Regium Consilium ita audiui deindè fuisse confirmatum instante Barone, quoniam Ciues ipsi post obtentam prouisionem Sacri Consilij non curabant amplius causã prosequi.

Recipit

Digitized by Google

7 Recipit incrementum huiusmodi declaratio ex dictis supra *in grauamine*, vbi quod Curia debet regi in loco solito.

8 Et testis ocularis esse possum, quòd cum Regius Gubernator expediatur in Terris Agerulæ, & Praiani ac in loco montis Pertusij, quia in electione Gubernatorum pro tempore existentium ab immemorabili, fuit regere Curiam vel in Terra Praiani, in qua soluerunt habitare Officiales, vel in Terra Agerulæ, numquam fuerunt astricti ascendere, vel descendere ad dicta loca pro regenda Curia, sed semper iuxta inueteratam consuetudinem ab arbitrio Gubernatorum id processit, idque testor, quia in mea adolescentia tempore quo Illustrissimus, & Excellētissimus Dux Albę hoc regebat Regnum, tali functus sui officio per annos quasi duos, & quamuis Terra Agerulæ sit diuisa in plura Casalia, quorum vnum vocatur Planillum, aliud Camporum, aliud S. Lazarus, & aliud Mumaranum, non per hoc Officiales vadunt ad regendam Curiam, modo in vno Casali, & modò in altero, sed in loco, in quo degunt.

9 Verùm non derelinquam annuere, quòd Regius Gubernator Ciuitatis Amalphiæ, in qua etiam ego Iudex præfui, solet intra hebdomadam accedere ad regendam Curiam in Ciuitate Minorum, in qua ipse etiam præest, & stante tali solito cogitur id facere, & ego vti Iudex destinatus tempore debito non effugi ire, nosebam enim ad id agēdum antiquam & inueteratam consuetudinem me attingere, ob quod renuentes Gubernatores adhuc mecum non vna vice duxi, & quando ipsi accedere non curabant, ipse promptus eram, & ibi me conferebam subministrandi causa Iustitiam quærentibus illam.

10 Et quamuis sub dicto gubernio subsint & alia Casalia, nempè Casale Furoris, Casale Conchæ, Casale Vesficæ Minoris, tamen ad illa non accedunt Gubernatores ad regendam Curiam, sed in Ciuitate Amalphiæ assistūt, & ibi Ciues dictorum Casalium eoguntur ire.

SVMMARIVM.

1 *Barones, & alij Officiales non possunt committere actuarijs, vt ipsis absentibus Curiam regant, aut causas audiant, vel decidant, & contrarium agentes grauant Vassallos, num.* 42.

3 *Baro in casu absentię Officialium non potest facere ministrare suos Aerarios, sed Locum tenentes sunt substituendi per Officiales in casu modicæ absentiæ.*

4 *Capitaneus eligens Locumtenentem in casu suæ absentiæ, tenetur de culpis, & defectibns electi.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando committitur Actuarijs, vel Aerarijs locorum, quòd in absentia officialium causas audiant, vel decidant.

GRAVAMEN LXXXIV.

1 ADuertere debent Vtiles Terrarum domini, eorumque Capitanei nè committant Actuarijs quod in eorum absentiam, curiam regant, aut causas audiant vel decidant, quia nequeunt vt per *Constit. Regni Iustitiarij non per Kalendas* vbi *Bartholom. de Capua*.

Quare si contrarium practicare faciant, vtique subditos grauant, prout ita reperio prouisum ad instantiam Vniuersitatis S. Agathæ annis iam diu elapsis.

13 Nec in casu absentiæ Officialium possunt facere administrare suos Aerarios, sed Locumtenētes sunt substituendi per Officiales ipsos, vt in facti contingentia fuit decretum ad fauorem Terræ Sanctę Catherinę, quę cum conquesta esset, quòd suus Baro ordinariè vteretur suo Aerario pro Locumtenēte Capitanei, obtinuit prouisionem, esse

4 Locumtenentem eligendum per Capitaneum in casu modicæ absentiæ, qui

Digitized by Google

teneatur de eius culpis, & defectibus apud Roppulum Actuarium existente Commissario ad Vincentio D. Franchis in Anno 1580.

Et iuxta hanc sententiam quoque aliàs reperio prouisum per Regium Consiliarium Scalaleonem pro Vniuersitate Terræ Sibaris contra Illustr. Comitem Vtilem Dominum penès Sarnum Actuarium.

SVMMARIVM.

1 *Officialis & non Baro eligit Locumtenentem in casu suę absentiæ, & ipse tenetur de defectibus electi in sindicatu, vt num. 2.*

3 *Officialis discedens debet relinquere substitutum, & eo non eligente eligit Baro, num. 5.*

4 *Parochus discedens debet relinquere Successorem in Parochia.*

6 *Episcopus ne Ecclesia careat Rectore, potest se ingerere in beneficijs spectantibus ad Sanctam Sedem Apostolicam, & ponere Rectores quousque fuerit prouisum à Sanctissimo.*

7 *Lite durante inter præsentatos à cõpatronis, Episcopus potest ponere Vicarium in Parochia taxata sibi mercede, donec de Rectore prouideatur.*

8 *Electio Rectoris Episcopo non potest impediri collitigantibus præsentatis, etiam interposita appellatione ab electione Oeconomi, quamuis Parochialis institutio spectet ad inferiorem, num. 9.*

10 *Deputatio Vicarij (donec prouideatur de Rectore) spectat ad Episcopum, & sede Vacante ad Vicarium.*

ARGVMENVM.

Vassalli grauantur, quando pro absentia Officialium Baroues ipsi volunt facere Locũtenentes, nec illos à Capitaneis deputari permittunt.

GRAVAMEN LXXXV.

1 AD instantiam Vniuersitatis Terræ Sancti Gregorij conquerentis de suo Barone, quòd in casu absentiæ Capitanei destinati in dicta Terra Vtilis Dominus deputabat Locumtenentem, nec permittebat Officiali destinato illum ponere, fuit prouisum quòd Baro nequiret deputare locumtenentem sui Officialis & in casu absentiæ eundem Officialem, siuè Capitaneum tantum posse eligere locumtenentem, qui teneatur 2 stare sindicatui, de culpis, & defectibus ipsius Locũtenentis, iuxta fusissime tradita per *Giurbam consil. crim. 36.* ita quidem patet in processu grauaminum dictæ Terræ pænès Iubenum Actuarium Sacri Regij Consilij existente Causę Commissario Regio Consiliario Cęsare Vitello.

Idemque grauamen fuit porrectum contra Illustrissimum Ducem Sicinniani pro parte Vniuersitatis vt cernitur in processu grauamin. dictę Terrę in Banca de Mondellis.

3 Debet enim Officialis discendens relinquere substitutum, vt tenetur Parochus discedendo à sua Parocchia, *Posseuin. in tract. de Offic. Curati cap. 1. num. 13. Barbos. in tract. de potest. Episcopi allegat. 53. num. 107. part. 3. & patet ex Concil. Trid. sect. 6. de Reformat. cap. 1.*

5 Et quamuis *tom. 1. grauam. 195.* enunciauerim Barones põsse Locumtenentes ponere in casu absentiæ Officialium, ne contradictio oriatur, id intelligitur verum, vbi Officiales discedunt nullo relicto Locumtenenti, At secus si ipsi Locumtenentes deputauerint, quia illi debent administrare &, sunt præferendi.

6 In subsidium enim proprio Officiali non disponente tale ius competit Baroni, ne Terra absque Capitaneo stare videatur; ad instar Episcopi, qui ne Ecclesia

Digitized by Google

clesia suo careat Rectore, & defraudetur seruitijs necessarijs, poterit se ingerere in Beneficijs spectantibus ad Sanctam Sedem Apostolicam, & ponere Oeconomos quousque fuerit prouisa à Sanctissimo, ex latè traditis per *Costam in tract. de Remedijs subsidiarijs remed. 115. & per Thesaur. decis. 131.* vt etiam occurrente Parochialis Ecclesiæ vacatione, vel intra quadrimestre nullo præsentante, aut inter præsentatos à compatronis lite durãte, debet Episcopus in ea Vicariũ constituere, qui res Ecclesiæ custodire, & administrare debeat, eiusq; onera sustinere, taxata sibi mercede, donec de Rectore prouideatur, *cap. cum vos de Offic. ord. Sacr. Concil. Tridentin. sect. 24 de Reformat. cap. 18 Graff. decis. Aur. part. 2. libr. 6. cap. 26. num. 28. D. Ricc. in, Praxi fori Eccles. resolut. 495. part. 1. in Magn. vbi ex Canale. decis. 37.*
8 *n. 51. & 52 part. 2.* firmat non posse impediri à collitigantibus, etiam interposita appellatione ab electione Oeconomi, sequitur *Barbos. in tract. de potest. Episcopi allegat. 60. part. 3.* vbi ampliat
6 procedere, quamuis Parochialis institutio spectet ad inferiorem, quod ante eũ probauerunt *Leon in Thesaur. fori Eccles. part. 2. de collat. benefic. cap. 18. num. 52. & Vilian. in tract. de Iur. patronatus cap. 8 part. 2. libr. 8.* vbi & alia habes, quia huiusmodi deputatio Vicarij, donec prouideatur de Rectore, spectat semper ad Episcopum, in cuius Diœcesi Parochialis est, *Armendariz in Recopilat. leg. Nauar. libr. 1. tit. 18. l. 7 de Episco-*
10 *pis num. 86. &* sede Vacante ad Capitulum, *Reginal. in praxi fori Penitent. lib. 30. tract. 3 num. 241.*

SVMMARIVM.

1 *Officialium in absentia quando soliti sunt Camberlinghi, siue Camerarij Iustitiam administrare, non possunt eligi alij Locumtenentes, quòd si secus fiat grauantur subditi.*

2 *Vniuersitas Terræ Turturellæ ex priuilegio, & antiquissimo solito eligit Locumtenentem, qui Iustitiam regat, & Curiam in defectu Capitanei.*

3 *Recedens à solito, & consueto grauat, quando illi pro quibus assistit solitum, conqueruntur.*

4 *Non seruans consuetum, dicitur cõtrauenire legi.*

5 *Consuetum habet paritatem cũ lege.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si quando est consuetum in Terris in absentia Officiaalium Iustitiam administrari per Camerarios, vulgò (Camerlenlenghi) alius in Locumtenentem eligatur.

GRAVAMEN LXXXVI.

1 QVando in Terris, & Ciuitatibus est solitum, & consuetum in absentia Officialium, & Gubernatorum, siue Capitaneorum curiam regi, & iustitiam administrari per Camerarios, vulgò (Camerlinghi) quod in multis Regni nostri partibus ex priuilegio esse agnoscimus, & præsertim in Terra Turturellæ, vti vidi ex priuilegio, quod ostendit mihi V. I. D. Ioannes Iacobus Annichinus cum multis prouisionibus Magnæ Curiæ, per quas mandabatur, vigore dicti priuilegij, & antiquissimæ possessionis, quod liceret locumtenentibus electis per Vniuersitatem exercere iustitiam in absentiam officialium, & Capitaneorum, non obstante quòd Baro dictæ Terræ, cuius est confirmare electum, noluerit dictis electis facere litteras commissionales, stante hoc solito, & priuilegio, non possunt alij Locumtenentes eligi, quod si secùs fiat grauantur subditi.

Hinc iuridicè cum Vniuersitas Terræ Auigliani ab antiquissimo tempore esset in hac pacifica possessione, in absentiam ordinarij Capitanei Camerarios, vulgò (Camerlenghi) regendi Curiam, & iustitiam administrandi cum perceptione dirictuum, & iuris Portelli, & Vtilis Dominus dictæ Terræ cæpisset ipse in casu absentiæ ponere Locumtenentem, & administrari facere, habito recursu ad Sacrum Regium Consilium,

existente Commissario Regio Consiliario Vitellio sub die 29. Mensis Octobris 1574. fuit prouisum, esse obseruandum antiquum solitum, & consuetum, apud Figliolam Magistrum Actorum.

3 Non est enim nouum, recedentem à solito, & consueto grauare, quando illi pro quibus assistit solitum conquerentur, *Rota in vna Bononien. soliti 1572. coram Eminentissimo Aldobrandino, deinde Sanctissimo Clemente VIII. Pontifice Optimo Maximo*, quia non seruans consuetum, dicitur contrauenire legi,

5 cum qua habet paritatem, *cap. consuetudo 1. distinct.* cum adductis per *Bernard. Græue ad practic. Camer. Imperial. libr. 1. conclus. 36. Guid. Pap. singul. 803.* & tamen lex, quamuis dura, seruari debet, *l. prospexit ff. qui & à quibus*, Armendariz *in proœm addit. ad Recopilat. leg. Nauarr. num. 152. Scacc. de Appellat. quæst. 17. limit. 48. num. 11. Cardin. Tusc. pract. concl. tom. 5. lit. L. concl. 262.*

Conferunt pro corroboratione eâ, quæ nuper cumulauimus *Grauamin. 177. tom. 1. à num. 3. cum. sequent.* vbi lubeat videre, & quæ adducuntur à *Vinio decis. 255. num. 29. & decis. 339. n. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Officium Capitanei, & Actuarij est distinctum & separatum.*

2 *Officium Iudicis, in quo consistat, & in quo Actuarij, & num. 4.*

3 *Actuarius debet actitare coram eius Officiali, siue ordinarius ille sit, siue delegatus.*

5 *Actuarius dicitur pars quotitatiua ad Iudicium.*

6 *Acta facta per Capitaneũ sunt nulla, & si de facto Iudex scribat ei non creditur, num. 7. lim. tamẽ vt num. 18. 19. & 21.*

8 *Iudices debent habere Actuarios.*

9 *Nemo valet Iudicis, & Actuarij officiò fungi.*

10 *Vassalli grauantur, si Barones faciant exerceri officium Actuariatus à Capitaneis.*

11 *Actuarij, & Iudicis officium exerceri potest in paruis Terris, & Villis si ita sit consuetudo in loco deficiente tamen consuetudine sunt eligendi distinctim, vt num. 12.*

13 *Iudex, & Notarius, quis possit esse in his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, nisi tamen de suo comodo ageretur, num. 15.*

14 *Notarij de iure communi dicuntur Iudices, & habent voluntariam Iurisdictionem, cuius vigore percipiunt guarantigiam.*

16 *Notarius causæ potest deputari ad officium receptionis testium, & quomodo tali casu se habeat, lim. vt num. 17. & 18.*

19 *Causæ breuiores possunt agitari sine scriptis.*

20 *Iudici, & eius scripturæ creditur in causis breuioribus, etiam si non sint Notarij.*

21 *Iudex scribere potest in his quæ non fiunt in forma Iudicij.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Barones faciant exercere officium Actuariatus ab eodem Capitaneo.

GRAVAMEN LXXXVII.

1 DIstinctum, & separatum est officiũ Capitanei, & Actuarij, cùm Capitaneus sit merè officialis, & habeat potestatem iudicandi, & regendi iustitiam, Actuarius verò habet nudum dictandi, & scribendi ministerium, *Viscont. in concl. Iur. in verb. Actuarius.* vbi etiam

3 quòd debet actitare acta coram eius officiali, nõ solùm quando ille procedit vt ordinarius, sed etiam si vti delegatus, quod extat prouisum *per pragmatic. 89. cap. situata in Rubric. de Offic. Iudic. & alior. Offic.* & notarunt *Boer. decis. 258. & Anna sing. 4.* vbi testatur multoties in facto habuisse in Actuario Montis Fuscoli cum Capitaneo.

4 Eius enim munus est scribendi actus ordinatorios, & conseruandi scripturas, & processus, nec non capiendi fideiussiones, cum patrator scripturarum dicatur

tur *Danza in tract. de pugna Doctorum tit. de offic. Actuarij num. 1.* vbi etiam quod dicitur Actuarius pars quotatiua
5 ad iudicium, vt pariter fundarunt *Gizzarell. decis. 24. & Reg. Rouit. decis. 72. n. 51.* dum firmant, Actorum Magistrum officium esse partem iustitię veluti quotatiuam.

6 Et adeò ad Actuarios spectant scribere acta, vt alias confecta per Capitaneos minimè valeant, & sint nulla, vt scripsimus *in pragmat. Regni 9. nu. 3. sub Rubric. de Actuar. & scrib. & forens. qu. 21. num. 8. tom. 2.* & fundauit *Viuius decis. 48.* non est Iudicis scribere officium,
7 & si de facto scribat, illi non creditur *Perez l. 5. glos. 1. tit. 8. lib. 3. ordina. Barbos. in cap. quoniam contra nu. 24. de probat.*
8 Iudices, inquam, debent habere Actuarios *l. vniuersos C. de decur. lib. 10. & §. ex prouinciali Auth. de defensor. Ciuit.* & ideò in causis, quæ coram ipsis agitãtur non possunt acta scribere, & iudicare, cũ nemo valeat Iudicis, & Actua-
9 rij officio fungi, vt probatur *in cap. quoniam contra de probat.* & notarunt *Abb. & Aret. in cap. ex literis eod. tit. Bar. in l. 2. ff. de stipul. seru. & in l. iubemus §. sanè C. de sacros. Eccles. Angel. in §. illud Auth. vt Iud. sine quoquo suffrag. Innocent. in cap. cum nobis de Testibus Alex. in l. hac consultissima §. si quis autem C. de Testam. Ruin. cons. 149. nu. 11. vol. 5.*

10 Hinc vt ad nostrum veniamus, iuridicè grauari possunt Vassalli, quando Barones facerent exercere officiũ Actuariatus à Capitaneis.

11 Cessaret tamen grauamen, si in paruis Terris, puta Casalibus existeret consuetudo, quod Capitaneus esset pariter Actuarius ex theorica *Bal. in Auth. nisi breues C. de sentent. ex breu. recitand.* vbi dicit, quod in Villis ijdem possunt esse iudices, & Actuarij, si hoc dictat cõsuetudo earum *Salic. in l. iubemus §. his quoque C. de Sacros. Eccles.* vbi quod minimi Iudices, qui in parua quantitate iurisdictionem habent, & iurare inter Rusticos ius reddant, possunt vtrunque officium exercere ex consuetudine, sequitur *Alex. in cons. 120. vol. 7.* & omnes refert, & testatur *Trentacinq. var. resolut. lib. 2. tit. de Iudic. resol. 1. num. 3.* vbi annuit id probari *in cap. cum dilectus de fide instrumentorum.*

12 Quod si non extaret consuetudo, etiã in paruis Terris, Barones cogerentur distinctim huiusmodi officia exerceri facere, licet possit officium Actuarij tunc facere exercere ab vno de loco, & sic Ciue, prout sic reperio in facti contingentia iudicatum, cum enim Vniuersitas, & Homines Terræ Cobattæ se grauassent de suo Barone, quod faceret exercere officium Capitaniatus absque Actuario, & instaret, quod officiũ Actuariatus dictæ Curiæ exerceretur per Actuarium idoneum, & non per eundem Capitaneum, & pro parte Baronis opponeretur, dictam Terram esse foculariorum triginta tantum, & fuisse difficile venire Capitaneum, & Actuarium pro exercitio iurisdictionis, cum non valerẽt ex emolumẽtis viuere, & propterea permittendum esse, nè dicta Terra remaneret absque Officiali, mediante decreto Præsidis de Franchis tunc Regij Consiliarij, & causæ Commissarij extitit prouisum, quod Magnificus Baro destinare debeat Actuarium, qui sit in loco, vt in processu grauaminum dictæ Terræ fol. 24. in Banca de Felice.

Sed non grauabor reportare, quod idem *Trentacinq. cit. resol. 1.* ad regulam illam, quod Iudices non possunt acta scribere, reponit tres declarationes.

13 Dicit enim primò, non procedere in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, nam in his quoque potest esse Iudex, & Notarius *Bar. in d. §. sane Anto. de Butr. & Abb. in dict. capit ex literis, tradit Dec. in cons. 42.* Hinc est quod *Alber. in l. consul. ff. de adoption.* dicit quod fiunt aliqui Notarij, & Iudices, qui instrumenta cõficiunt tamquam Notarij, & authoritatem impartiuntur tanquam iudices, &
14 *Innoc. in cap. cum à Nobis de testib.* concludit, quod de iure communi Notarij dicuntur iudices, & quod similiter habẽt voluntariã iurisdictionem, cuius vigore præcipiunt guarentigiam; Declara pro-
15 cedere quando de commodo eius non agitur, aliud .n. esset si de sua vtilitate tractaretur, *Bar. in dict. l. si consul. et Dec. in dict. cons. 42.* vndè infert, quod Notarius causæ potest deputari ad officium receptionis testium, & sic vti duplici officio in eadẽ causa, ideſt vt deputetur tãquã nudus minister in receptione testiũ, itaut non efficiatur iudex, vt puta, quia examinatis articulis, & interrogatorijs, & approbatis psonis testiũ p iudicẽ fit

Digitized by Google

commissio Notario super receptione quo casu sit propriè examinator & non iudex vt *notant glos.in clem.vnic.de officio delegat.* & istud potest fieri, quia dicto casu Notarius non habet officiũ contentiosum quamuis dicat hanc conclusionem non habere locum quando
17 in receptione Notarius sit iudex, vt quia habet examinare capitula interrogatoria arctare & compellere seu punire testes *dict. Clem. vnica cum glos.* Item contestari & alia facere quæ iudi-
18 cialem iurisdictionem requirunt nam tunc no n potest facere & fungi duplici officio R*uin.in cons.149. num. 11.* & *12.vol. 5. & Dec.in dicto cap. quoniam contra num.44.*

19 Secũdo annuit non præcedere in causis breuioribus quæ possunt agitari sine scriptis *vt in authent.nisi breues cod.de sentent.ex prine. recitand.* nam tunc iu-
20 dici creditur & eius scripturæ,ita declarat *Bartol.in dict. §. sane quem sequitur Abb.in dict.cap.ex literis num. 11.* vbi dicit esse singulariter notandum pro istis Vicariis Castrorum qui etiam scribunt acta vt in istis modicis eorum scripturis credatur,etiam si alias non sint Notarij & in hoc casu loquitur *Bart. in l. comperimus num.3.cap.de proxim.sacror. scrin.lib.12.*

12 Tertio firmat non procedere in his quæ fiunt in Iudice non in forma Iudicij qnia nihil tunc repugnat quo minus iudex scribere possit, *Giul. de Cun. & Bartol.in d. §. sanè*, sequitur *Dec. in cons.42. num. 5. in vers. secus est*. Et hinc est, quòd litteras testimoniales ipsemet Iudex potest scribere, *l.Diuus ff.de offic.Præsid.& l.si publicanus. §.1. ff.de public.*

SVMMARIVM.

1 *Capituli Regni quia de non ordinãdis dispositio recensetur.*

2 *Iudices Baiulorum habent Iurisdictionem, & non dicuntur assessores baiulorum, sed dicuntur Iudices.*

3 *Baiuli vnà cum eorum Iudicibus debent proferre sententias, Baiulis præsentibus, aliàs non valet.*

4 *Baiulus absque licentia Iudicis non potest exequi.*

5 *Baiulus absque Iudice non potest facere mandata.*

6 *Baiulus, & eius Iudex habent Iurisdictionem simul.*

7 *Baiulatio si exerceatur absque Iudicibus Vassalli grauantur.*

8 *Baiuli tenentur habere Iudices, & cum eorum voto iudicare, vbi requiritur causæ cognitio, & num. 9.vbi ita iudicatum refertur.*

10 *Baiulus non tenetur tenere assessorem, & Iudicem ordinarium, sed sufficit causas expediri per baiulum cum voto consultoris.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones faciunt exercere baiulatiouem absque Iudicibus Annalibus.

GRAVAMEN LXXXVIII.

1 INter cœtera contenta *in cap. Regni quia de non ordinandis Vicarijs est*, quod huius Regni nostri fideles per Iusticiarios & Baiulos, ac Iudices proue consuetum est hactenus regantur fideliter,& salubriter gubernentur,*vbi Niger in comen num.5.* annuit istum textum facere pro eo quod dicit *Allit. in Constit:Regni cum noua col.2.notal.3.& col. fin.in fin.* quod Iudices Baiulorum habent iurisdictionem, & non dicuntur Assessores Baiulorum sed dicuntur Iudices, vt *ibi per Glos.* & ideo infert *Affli.ibi* Baiulos vna cum Iudicibus de-
3 bere proferre sententias, & debere esse ipsos Baiulos præsentes alias sententiam non valere.

4 Nec Baiuols posse exequi absque licentia Iudicum scribit *Sebast.de Neap in Consuet.Incip.Baiulus in glos. in verbo Iudicum.*

5 Nec Baiulos absque Iudice posse facere mandata tutatur *Niger loco cit. num.*

Digitized by Google

num. 16. dicens omnes habere Iuris
6 dictionem simul ponderando textum *in Constit. Baiulos, ibi Baiulos, & omnes Iudices, & in Constitut. Omnes Baiuli Ibi, Omnes Baiuli locorum, & Iudices.*

8 Quare si Baiulatio exerceatur absque Iudicibus vtique Vassallorum resultat grauamen, quia tenentur habere Iudices, & Consultores, & cum voto ipsorum iudicare, vbi cognitio causæ requiritur *Rendella de pascuis pag. 29. versic. ad etiam.*

9 Hinc cum Magnifica Vniuersitas Piscicij grauata esset, quòd eius Baro exercere faciebat Baiulationem absque Iudicibus super ea deputatis, qui solebant eligi per ipsam Vniuersitatem duo quotannis, existente Commissario Regio Consiliario Cæsare Vitello fuit prouisum quòd caperetur Informatio, & interim Baiulum debere exercere Iuris dictionem cum Iudicibus Annalibus seruata forma Constitutionum Capitulorum, & pragm. Regni pœnes Carum Actuarium in Anno 1567. die 23. Mensis Septembris.

Et sub die 12. Mensis Iulij 1583. ad instantiam Vniuersitatis Vallis Vitulani reperio prouisum, visis Actis per Cõsiliarium Ferdinandum Fornarum quod Baiuli dictæ Terræ procedere debeant in causis cum consilio iudicis pœnès Stellatellum Actuarium vt in processu fol. 431.

Et alias ita reperio prouisum per Regium Consiliarium Schalaleonem ad fauorem Vniuersitatis Terræ Vici de Montanea, vt in Processu grauaminum dictæ Terræ grauamin. 40. in Banca Figliolæ.

10 Sed non reticeam dicere, hac nactus occasione, per Regiam Cameram Summariæ in causa Matthæi Pagani, Baiuli Ciuitatis, & Casalium Cosentiæ prætendentium illum esse obligatum tenere ordinarium Consultorem fuisse iudicatum sufficere causas cum voto Consultoris decerni, & quòd si expensis dictæ Ciuitatis ordinarius consultor peteretur esse dandum, sic testatur *Capibiblanc. in Pragmat. 3. num. 229. de Baron. tom. 1.* dicens *Pragmat. 8. num. 370 part. 1.* de eadem re loquendo, non astringi tenere Consultorem exterum assidentem, sed sat esse tenere vnum de Terra, vel extraneum, sed non assidentem, sicque ait decisum per Collaterale Consilium eade ratione, quia tale Officium erat ibi tenue, refer tnouissime *Thor. in compend. decis. Regni in verbo Baiulus tom. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Baro non potest impedire ne à Curia baiulationis possit appellari ad Ordinarium Capitaneum, vbi ita Iudicatum, & quòd Capitaneus iustitiam faciat in appellationibus à baiulis, num. 2.*

3 *A baiulo appellatur ad Capitaneum in terris Baronum, & quare id sit num 8. 9. & 10. Quid si Baro non habeat causas appellationum, vt num. 4. & à Capitaneo ad Iudicẽ secundarum causarum, si illum Baro habeat, num. 5. & quid in terris demanialibus à Baiulo appellatur ad Regium Secretum, vt num. 21.*

7 *Capitaneus Baronis quomodo procedat in causis baiulationis.*

9 *Marinus Frezza in ratione quare Capitanei Baronum sint Iudices appellationum, refellitur à Capiblanco, eius opinioni adhaeret Vincentius de Franchis, num. 10. refertur ad illam rem Afflict. senten. num. 17. Rendellę sentent. num. 18 vbi fusè ratio approbatur.*

11 *Barones non se intromittunt in Iurisdictionibus, sed Capitanei ab eis destinati, & num. 19. vide num. 13. in causis baiulationis.*

12 *Baiuli sententia, & Capitanei ad quem appellatum fuit putatur prima causa respectu secundarum causarum, si baro eas habeat.*

14 *Consuetudo appellandi ab Episcopi Officialibus ad Episcopum non valet.*

15 *Officialis Episcopi an sit Iudex, vel sit vti assessor Episcopi loco, & n. 16.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENVM.

Vassalli grauantur, quando Barones impediunt, nè à Curia Baiulationis possint appellare ad ordinarium Capitaneum.

GRAVAMEN LXXXIX.

1 CVm conquesta esset Nobilis Vniuersitas Pisticij quòd Matthęus de Comite Vtilis Baro dictæ Terræ ordinauerat suo Capitaneo pro regenda iustitia destinato, ne se intromitteret in appellationibus, quas Ciues faciebant sentientes se grauatos à Curia Baiulationis eiusdem Terræ, ob quod Capitaneus audire illos nolebat, & ideo non habendo, ad quem recurrere, erant coacti iniustè soluere quamlibet extorsionem, mediante decreto interposito per Regium Consiliarium Cæsarem Vitellum sub die 23. Mensis Septembris de Anno 1567. fuit prouisum esse capiendam Informationem, & interim Magnificum Baronè debere abstinere, De Caro Actorum Magistro.

2 Et ad fauorem Vniuersitatis Terræ Pratæ die 6. Mensis Octobris 1578. per Consiliarium Theodorum Commissarium fuit decretum, quòd Magnificus Capitaneus dictæ Terræ recognoscat de granaminibus illatis, & quæ inferuntur per Baiulos, & eius Iudices, & super eis iustitiam faciat, vt in processu fol. 184.

3 Stat enim communi calculo receptum, & in viridi obseruantia viget praxis à Baiulo appellari ad Capitaneum in Terris Baronum, vt in *Constitut. Regni, Officiorum periculosa*, & ibi *Glos. in verſic. ad requisitionem*, & ibi etiam *Andr.* notat, appellari à Baiulo iniustè grauante ad Capitaneum Baronalem, quãuis Baro non habeat causas appellationum, *Frecc. de subfeud. Authorit. 16. præses de Franch. decis. 511. à num. 1. Capiblanc. in pragm. 8 part. 1. num. 179. de Baron. tom. 1.* vbi etiam quòd datur ius appellationis ad Capitaneum, & deindè ad Iudicem secundarum si Baro habeat secundas causas, nouissimè *Rendell. in tract. de pascuis tit. de Baronum Pascuis Pag. mihi 104. versic. Appellatur*, qui cum fusè circa id loquatur, volui pro lectoris commoditate illius verba adamussim reponere & sunt, quæ sequuntur.

Appellatur autem à Baiulo iniustè grauante ad Capitaneum Baronalem, quamuis Baro non habeat causas appellationum, quæ regulariter residen pęnès Regem, quia ita est constitutum in Regno, *not. Andr. per illum textum in Constitut. Officiorum periculosa*.

7 Eoque casu Baro, siue eius Capitaneus dicitur in istis causis Baiulationis procedere vti Principis Delegatus, non vt ordinarius, vel si vt ordinarius ex speciali prouidẽtia dict. legis Regni, non tamen vt Iudex secundarum causarum, si eas nõ habet à Rege, vt post *And.* ibi declarat *Frecc. de subfeud. auth. 16.*

8 Rationem statuti, quò ad hoc dictum de appellatione à Baiulo ad Capitaneum opinatur *Freccia* ex modicitate causarum, & summarum, quæ tractantur, & decidunt in Curia Baiulationis pro euitandis sumptibus, & expensis, si haberetur recursus ad Iustitiarium Prouinciæ, de quo in stabulo de tarenis quinque, vel de porcello.

9 Quam rationem pungit *Capiblanc. dict. Pragmat. 8. num. 88.* Ex quo inquit, in Cutia Baiulorum omnes causæ ciuiles maximæ summæ possunt agitari, nec inuenta differẽtia probabili ratione id euenire dicit ex dicta *Constit. Regni*.

10 *Vincent. de Franch. decis. 511. num. 2.* adhęret rationi *Freccię*, & in idem citat *Foller.* scilicet hoc causari ex modicitate causarum reassumens articulum, quod à Decretis Baiulorum appellatur ad Baronem in cuius locum hodie, inquit ipse, ex prouisionibus, quas in dies facimus, vt Barones non se intromittant

Digitized by Google

tant in exercitio iurisdictionis appellatur ad Capitaneum, allegat *Afflict. Capyc. & Nigrum concordantes Glosæ in ea Constitut. Officiorum periculosa.*

Per quos & aduertitur, quòd li-
12 cèt Capitaneus Baronis videatur Iudex appellationis sententiæ latæ per Baiulum, tamen reputatur prima causa respectu secundæ, si fortè Baro habet priuilegium primarum causarum, & secũdarum causarum, ideò à Capitaneo, qui iudicat per Baiulum, confirmando, vel infirmando appellandum est ad Iudicẽ secundarum, ergo vnà censetur, eademque causa Baiulationis Curiæ & Capitanei, quasi non sit Iudicij variatio in istis modicis.

13 Verum non est propter hæc dicta resoluta difficultas, quin magis augetur, quia *Glos.* ibi plus dicit, quòd à sententia Baiuli, & Iudicis Terræ Baronis appellatur ad Baronem, & sic videtur Baro habere appellationum causas à Iudicibus suæ Terræ, etiam si ad ipsum non pertineat ex speciali concessione secũdæ causæ appellationum, ideò *Andr.* aliam rationem considerat à communi iure deductam, quia (inquit) Baro est Dominus, & Iudex ordinarius Vassallorum, & sicut à Iudice dato appellatur ad eũ, qui dedit, *D. quis & à quo appell. l.* 1. ita est Baro dans Iudicem, & Baiulum ad Vniuersitatem causarum, & nè obstet, quod de Episcopo habetur, & eius Vicario, quorum vnum est Auditorium, ideo nõ
14 valere consuetudinem appellandi ab Officiali Episcopi ad suum Episcopum, in *capit. non putamus de consuetud. in 6. Andreas* respondet diuersificando Episcopum à Barone, quòd Officialis Episcopi non
15 est Iudex, imò sicut assessor loco Episcopi.

16 Quod dictum improbat *Afflict.* probatque Vicarium Episcopi esse Iudicem, verùm esse idem cum Episcopo, propterea ad eum non appellari, Baro verò facit Baiulum Iudicem & Actorum Magistrum Notarium à Rege creatum, & non esse idem Tribunal, ideò infert *Afflict.* appellatur à Baiuli sententia ad Baronem, per *dict. l.* 1. *quis, & à quo appell.*

Ego cogitandam puto, quòd in
11 *dict. Constitut. Officiorum*, nec verbum est de Barone, & Baiulis Baronalibus, sed de demanijs Regijs, vbi Magister Camerarius, seu Regius secretus est Iudex competens Baiulorum, est tamen verum, quòd *glos. ver. ad requisitionem* infert ad determinationem huius quæstionis, *vers. ex hoc videtur*, scilicèt quòd à sententia Baiuli, & Iudicis Terræ Baronis appellatur ad Baronẽ, & ex cõparitione, quã præmisit de Iurisdictione Camerarij ad Baiulũ, vt in eius defectũ iudicet etiã in principali negotio, vt est *glos. præcedens vers. pro iurisdictione sua* dicit sic, *licèt suã cesserit Baiulo, non tamen eam à se penitus abdicauit*, vt *de Officio Præsid. l. legatus*, & sicut dicitur de potestate transacta in Principem à populo Romano, & videtur *dict. Glos.* non tantum in Baiulo dicere, sed in Iudice Terræ Baronis, vt ab eis ad Baronem appelletur, qui non omnino à se ipso iurisdictionem abdicauit, intelligendo eandem esse causę instantiã, non secundam.

Quia verò in Iudice per leges
19 Regni aliud est constitutum, cùm teneatur Baro omnem iurisdictionem in iudicem transferre, quem elegit, probat *Dominus Rouitus in Pragmat. quinta de Baron.* & ibi latius *Capiblanc. Muscatell. in practic. Sacr. Consil.* 2. *part. glos. comm. petentes*,

Digitized by Google

tes, *num.*60.per ipsius Iudicis sententiam, prima instantia finita meritò non ad Baronem eumdum est, sed ad Iudicem secundæ instantiæ.

In Baiulo autem Baronali, cum non sit aliud ordinatum,& id quod poterat Baro, possit eius Iudex, & sit eadem instantia, secundùm sensum *Glosæ*, nimirum si procedit, quod ipsa dicit.

Eoque magis hęc de Baiulo in Terra Baronis vsu recepta animad-
20 uertimus. Nam cùm omnium causarum ciuilium cum mero, & mixto Imperio cognitio sit Iudicis Baronalis, verissimũ est quod *Frecia,& alij* testantur de modicis adiri ad Curiam Baiularem, vt sunt damna, siue iniuriæ illatæ, & rusticorum differentiæ oretenus, quas ad *Baiulos* ijdem Capitanei Baronales remittunt, distinctis igitur Baronalibus à demanialibus causarum instantijs, & Regni vsu in officiorum commissionibus omnia videntur plana ni fallor; attendi namque consuetudinem in appellatione ab inferioribus Officialibus ad committentem interponenda est, *cap.*3.*§.* 1.*de appellat.in* 6.

21 A Curia autem Baiulationis locorum Demanialium appellari ad Regium Secretum *ex Constitut.Regni,Officiorum periculosa*, *& ibi glos. & Scribent.* probat allegatus *Rendell. in eod. tractat. de pascuis pag.*29 *cap.*12.*in fine*, quod ego in nonnullis partibus vidi seruari.

SVMMARIVM.

1 *Pandectę dirictuum ad quem finem affigantur.*

2 *Pandectæ dirictuum in Supporticu ingressus Ianuæ Tribunalium huius Ciuitatis affigi mandatæ per D.Franciscum de Alarcon Visitatorem Generalem.*

3 *Vassalli grauantur, si Baro, & eius Officiales non permittant Pandectas stare affixas in loco publico, in quo debet regi Curia.*

4 *Baiuli tenentur tenere Capitula affixa in loco publico.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Pandectæ Iurium, & Dirictuum spectantium ad Officiales, & Capitula Baiulationum non teneantur affixa in loco publico, vel in quo regitur Curia.

GRAVAMEN XC.

1 AD euitandas fraudes fieri solitas, vel quæ fieri possent in materia solutionis Dirictuum, & Iurium spectantium ad locorum Capitaneos, Iudices, & Actuarios, est satis bonum adhibere medicinam, & Theriacam affixionis Pandectarum, & Capitulorũ Baiulationum, ad finem ex lectura ipsarum possent litigantes se regulare, vnde meritò sic videmus practicari in Regia Cancellaria huius Ciuitatis.

2 Quod satis agnoscens iustum annis elapsis Integerrimus Eques Dominus D.Franciscus de Alarcon Visitator Generalis destinatus à Catholica Maiestate in hoc Regno, meritò in Supportico Supremorum Regiorum Tribunalium huius Ciuitatis mandauit litteris in lapideis marmoribus insculptis huiusmodi reponi,vt in ingressu Supportici Cortilis Tribunaliũ apertè cernitur.

3 Quare grauarentur Vassalli, si Barones, vel Officiales non permittant Pandectas, & Capitulationes Baiulationum stare affixas in loco publico, vel in quo regi solet Curia.

4 Hinc cùm pro parte Terræ Montis Fuscoli esset præsentata comparitio in Sacro Regio Consilio, eo quia Baiulus dictæ Terræ non tenebat affixa Capitula in loco publico, ob quod instabatur ad finem euitandi, nè dictus Baiulus ad suum arbitrium exigeret iura sibi spectantia, die 10. Mensis Ianuarij 1566. existente Commissario Regio Consiliario *Ludouico* Quadra extitit decretum,Capitula esse tenenda affixa in publico

Digitized by Google

blico penès de Felice Actuarium.

Sicque reminiscor non vna vice in Prouincia Basilicatæ vti Iudicem primarum, & secundarum causarum diuersorum locorum relaxasse prouisiones eximium Iurèconsultum Dominum Genitorem meum Io. Dominicum Nouarium.

SVMMARIVM.

1 *Officialis grauat Vassallos, si præsentatis prouisionibus Superioris, vult decernere, quòd obseruentur prouisiones, vt exigat directus, & num. 2. & 3. vbi refertur iudicatum, quòd nihil exigatur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando pro executione prouisionum Superiorum Tribunalium Capitanei locorum, siue alij Officiales interponunt Decreta, & exigunt illorum Directus à partibus.

GRAVAMEN XCI.

1 IN dies accidit, quòd subditi grauati à Baronibus, vel eorum Officialibus ob aliquam causam coguntur adire superiora Tribunalia, a quibus obtinent prouisiones salutares, & necessarias directas eisdem Officialibus, vt aliquid agant, vel sic faciant, aut excarcerent, & similia, ob quod & ipsi prætendunt interponere Decreta super obseruatione dictarum prouisionum, & exigere directus, nec aduertunt non licere, & proinde grauare Vassallos, cùm eorum munus sit simpliciter obedire, & iniuncta a Superioribus executioni demandare.

2 Hinc cùm Vniuersitas Terræ Pratæ se grauasset, quòd de Decretis & prouisionibus, quæ expediebanturab eorum Regio Consiliario Commissario destinato, vel à Magna Curia Vicariæ aut ab altero Tribunali Regio, quod aliquid fieret Capitaneus intendebat interponere aliud decretũ pro obseruantia, & executione, & Directus, expetebat mediante decreto Præsidis Vincentij de Franchis tunc Consiliarij de Anno 1572. extitit prouisum, vt præsentatis prouisionibus Sacri Consilij, vel Magnæ Curiæ Vicariæ super ipsarum executione Magnificus Capitaneus aliquod Decretum minimè interponat, sed illas iuxta eorum continentiam, & tenorem executioni demandet.

3 Et aliàs ad fauorem Vniuersitatis Terræ Vici de Mõtanea per eundem D. de Franchis causæ Commissarium fuit prouisum, quòd Magnificus Capitaneus, & Actuarius Terræ Vici pro intimationibus, & præsẽtationibus Regiarum prouisionum nihil exigant, sed illas obseruet absque aliqua decreti interpositione, vt in processu grauaminũ dictæ Terræ fol. 749. in Banca Figliolæ.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatis, & Procuratoribus partium præmittendum est replicare in dorso scripturarum, & pro replicatione nihil solui debet Actuarijs, nisi pro prima comparitione. quòd si secùs fiat grauantur Vassalli, vt num. 2.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si prohibeantur respondere in calce scripturarum, & comparitionum, quæ sibi intimantur, sed cogantur conficere comparitionem separatim.

GRAVAMEN XCII.

1 VIget Praxis in omnibus Tribunalibus Regni, vt in dorso Scripturarum notificatarum respondeatur, & excipiatur.

Hinc

Digitized by Google

2 Hinc iuridicè cùm Vniuersitas Ciuitatis Boiani conqueretur de Actuarijs, eo quia, quando dabant Iuratis Scripturas notificandas, prohibebant nè facerent in dorso, & in calce illarum respondere ab Aduocatis, & procuratoribus partium, ad finem vt deinde separatim cum speciali comparitione cogerentur respondere, ob quod eis intrabat carolenus pro præsentatione, per Vincentium de Franchis Regium Consiliarium causæ Commissarium die 16. Maij 1573. fuit prouisum, quòd Actuarius permictat fieri tales replicationes, & quod eis nihil soluatur vt patet in processu grauaminum dictæ Ciuitatis fol. 544. à tergo in *Banca* Galterij nunc delicto.

Et ita pariter reperio prouisum ad fauorem vniuersitatis Terræ Pratæ in Anno 1578. per Regium Consiliarium Cæsarem Vitellium Commissarium, per quem fuit ordinatum Actuario vt permitteret fieri replicationes, & pro eis nihil soluatur præterquam in prima comparitione vt in processu grauaminũ dictæ Terræ fol. 576.

Quare in Vassallorum grauamen redundaret, vbi prohiberentur respondere in calce scripturarum, & comparitionum, quæ sibi intimantur, sed cogerentur conficere comparitionem separatim, prout & sic consului, dum casus ex facto accidisset in Ciuitate Vici.

SVMMARIVM.

1 *Decretum, quòd intimetur parti, & pro replicationibus nihil soluitur, ita decisum.*

2 *Vassalli grauantur, si pro prouisionibus quòd intimetur parti, aut pro replicationibus, & responsionibus aliquid soluere mandentur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si pro qualibet prouisione, quòd intimetur parti, & Replichis factis in scripturis intimatis cogantur soluere aliquid Actuario.

GRAVAMEN XCIII.

1 VNiuersitas, & Homines Terræ Iesualdi grauabantur, quia Officiales dictæ Terræ cogebant Ciues illius, & Reos conuentos ad soluenda Magistro Actorum grana quinque pro qualibet prouisione, quòd intimetur parti, & replicatione in qualibet comparitione, vel Scriptura.

Et facta Relatione in Sacro Regio Consilio de hoc per D. Regium tunc Cõsiliarium Vincentium de Franchis causæ Commissarium die 10. Iulij 1566. Decreto ipsius Sac. Reg. Consilij prouisum est, quòd pro prouisione, quòd intimetur parti, & replicationes, & comparitiones, quæ fiunt hinc inde nihil exigatur, præterquam pro prima prouisione, quæ fit in prima petitione Actoris pro qua solui debere grana quinque mandatum est, ita quidem patet in copia Decreti præsentata in processu grauaminum Terræ Siciniani contra Ducem prædictæ Terræ Vtilem Dominum fol. 504. in Banca Io. Baptistæ de Mondellis, & ad fauorem Terræ S. Gregorij in Banca Iubeni.

Et quòd de comparitionibus, quæ fiunt per viam replicationis, nihil exigi debeat prouisum aliàs reperio ad fauorem Vniuersitatis Terræ Valuæ, vt apud eumdem de Mondellis Actuarium.

2 Vnde attenta supradicta decisione Sacri Regij Consilij, grauamen erit, si Vassalli cogantur aliquid Actuario soluere pro qualibet prouisione, quòd intimetur parti, vel pro responsionibus, & replichis factis in scripturis currẽtibus & notificatis.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Dirictus ſoluendi pro literis executorialibus taxantur, & ſi vltra taxam exigantur Vaſſalli grauantur, num. 2.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi pro litteris executorialibus vltra vnciam ſupra cogantur ſoluere pluſquàm carolenos quatuor, & infra vnciam vltra Auguſtale pluſquàm grana decem.

GRAVAMEN XCIV.

AD Inſtantiam eiuſdem Vniuerſitatis Iſualdi fuit propoſitum grauamen in Sacro Regio Conſilio, qualiter Ciues dictæ Terræ aſtringebantur ad ſoluendos nunc duos, nunc tres, & aliàs quatuor, & quinque carolenos pro literis executorialibus, & vbi ſumma debiti nõ excedebat duos Auguſtales talem ſummã Officiales ſoluere faciebãt; Vnde facta relatione in eodem Sacro Regio Conſilio per cauſæ Commiſſarium D. Vincentium de Franchis die 10. Iulij 1566. fuit prouiſum quòd capiatur informatio, & interim pro litteris executorialibus, quæ expediantur infra Auguſtale, & pro vno Auguſtale ſoluantur grana quinque tantùm; infra vnciam vltra Auguſtale grana decem, & vltra vnciam ſit quæuis ſumma tareni duo pẽnès Cęſareum Secretarium, ita vidi ex copia Decreti præſentata in proceſſu Terræ Siciniani contra Illuſtr. Ducem dictæ Terræ, fol. 504.

2 Quare grauamen erit, ſi vltra hic relata pro litteris executorialibus ſoluere teneantur Vaſſalli.

SVMMARIVM.

1 *Pro decretis interlocutorijs nihil ſoluitur, niſi habeant vim ſententiæ diffinitiuæ, & requirant cauſæ cognitionem.*

2 *Interloquutio non eſt neceſſaria, ſed per proceſſum ad vlteriora debet tranſgredi.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi ſuper Interlocutorijs Replicatorum per partes litigantes cogantur ſoluere aliquos dirictus Officialibus.

GRAVAMEN XCV.

1 COmparuit in Sacro Regio Conſilio, & coram olim Regio Conſiliario Vincentio de Franchis bonæ memoriæ deinde eiuſdem ſupremi Tribunalis Præſidè, Procurator Vniuerſitatis & Hominum Ciuitatis Litterarum aſſerendo, quòd Magnifici Capitaneus, Iudex, & Actuarius dictæ Ciuitatis in cauſis vertentibus in dicta Curia faciebant decreta inter locutoria in omnibus inſtantijs, & incidentibus, & prouocabant partes ad faciendas nonnullas replicationes, & tam de dictis replicationibus, quàm de dictis interlocutorijs decretis ſolutionem dirictuum recipiebant, & ad illos ſoluendos partes cogebãt, ob quod ſentientes ſe grauatos opportunum remedium querebant, & die 13. Menſis Septembris 1582. viſis actis per dictum Dom. Commiſſariũ fuit prouiſum, quòd de interlocutorijs non habentibus vim diffinitiui, nec non requirentibus cauſæ cognitionem nihil exigatur apud Actuarium de Ferrarijs.

Quare attento tenore huius Decreti poteſt quidem inferri grauari Vaſſallos ſi de interlocutorijs decretis replicatorum per partes Officiales aliquid exigant, quando non habent vim diffinitiui, nec cauſæ cognitionem requirunt, prout ſic reperio prouiſum ad fauorem Vniuerſitatis Terræ Pratæ tribus vici-

Digitized by Google

bus per Regium Consiliarium Cæsarem Vitellium in Anno 1578.

Inde respuenda est consuetudo, siue potius corruptela, quam pro cautela habent officiales in quolibet incidenti, interponendi decreta accipiendi gratia quadrinos, vt multoties vidi seruatum.

Potius, inquam, dicitur extorsio, quàm dirictum receptio, quoniam vbi causæ cognitio nonrequiritur, nec interlocutio est necessaria, sed per processum ad vlteriora illa debent transgredi.

SVMMARIVM.

1 *Curia secundarum causarum debet se regulare iuxta stylum curiæ primarum causarum.*

2 *Curia primarum, & secundarum causarum constituunt vnum & idem tribunal.*

3 *Iudex secundarum causarum grauat subditos si augeat dirictus qui solui solent in Curia primarum causarum, sed exigere debet iuxta stylum Iudicis, & Curię primarum causarum, & non potest exigere duplicatos.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si cogantur soluere duplicatum Ius, siue duplicatos Dirictus pro Actis quæ fiunt in Curia secundarum causarum, quàm quæ soluuntur in Curia primarum.

GRAVAMEN XCVI.

1 CVria Baronalis secundarum causarum debet se regulare iuxta stilum Curiæ primarum, cùm vnum, & idem Tribunal constituant, vt probant *Reg. de Ponte in tractat. de potestat. Proreg. 10. Rubric. de diuers. prouis. fieri solit. tit. de Donat & expens. num. 18. & Reg. Tapia in oper. Iur Regni in Constitut. Ea, quæ ad decus num. 42.* & proinde 3 dirictus qui in illa solui solent, & Iudex secundarum accipere potest, nec augere valet aliàs grauaret.

Hinc cùm pro parte Vniuersitatis Sancti Erami esset porrectum grauamen in Sacro Regio Consilio contra Iudicem secundarum causarum dictæ Terræ prætendentem exigere pro omnibus actis faciendis coram ipso duplicatos dirictus, eorum qui soluebantur in Curia primarum, fuit ideo prouisum per Regium Consiliarium Vitellium causæ Commissarium vt abstineret, pœnès de Mondellis Actorum Magistrum.

Vnde meritò aliquibus vicibus vti Regius Minister fui pronus relaxare prouisiones Auditorem secundarum causarum non debere alterare pandectam Curiæ primarum, sed secundùm illius tramites esse regulandum, & proinde subditos litigantes non posse astringi ad soluendam maiorem quantitatem dirictuum illorum, qui solui solent in Curia Capitanei.

SVMMARIVM.

1 *Vnicum salarium debetur pro vno decreto, quamuis sint plures in eo descripti & inquisiti, declara vt num. 4.*

2 *Actuarij exigentes sportulas immoderatas committunt crimen concussionis, & num. 3. vbi pœna est arbitraria, etiam à sponte dantibus.*

5 *Ioannes Iacobus Annichinus allegatur in tractat. de preuent. instrum.*

6 *Fideiussio vnica sufficit pluribus Reis debendi prœuenientibus, nec tot debent exigi, quot sunt prœuentorum personæ.*

7 *Vassalli grauantur, si plures inquisiti pro eadem causa non permittatur*

Digitized by Google

tantur coniunctim facere defenſiones, ſed ſeparatim, & diſiunctim.

8 *Pluribus inquiſitis de vno delicto, vnicus fit proceſſus, non plures.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi cogantur ſoluere plures Dirictus pro vno Decreto ſub prætextu, quòd ſint plures in eo deſcripti, vel cogantur ſeparatim facere defenſiones, ſi ſint plures inquiſiti pro eadem cauſa in eodem tempore non obſtante quòd defenſiones vnius, aliorum importent defenſionem.

GRAVAMEN XCVII.

PAtiuntur Vtiles Terrarum Domini ſub prætextu, quòd plures correi ſint nominati in Decreto plures dirictus debeant ſoluere eorum Actuarijs, & Officialibus, & certè in hoc Vaſſallos grauant.

1 Siquidem vnicum ſalarium debēt habere pro vno decreto, quamuis ſint plures inquiſiti in eo deſcripti, *Reg. Rouit. in pragmat. 38. num. 5. ſub Rubric. de Offic. Magiſtr. Iuſtitiar.* refert, & ſequitur nouiſſimè *Danza in ſuo tract. de pugna Doctorum, prælio Iudic. & Victoria Aduocatorum tit. de Officio Actuarij num. 12.* dicens *num.* 11. Actuarios exigentes ſportulas immoderatas, vel vltra taxam crimen concuſſionis committere ex *textu in cap. ſtatutum §. Notarium in verbo Metas rationis in gloſ.*

3 *de Reſcript. in 6.* & pœnam eſſe arbitrariam etiam à ſponte dantibus, videndus *idem in eodem opere tit. de Officialibus in genere cap. 8. num. 26.* vbi repetit quòd ſi plures de vno decreto continētur, non exigitur, ac ſi à pluribus decretum exigi debuiſſet, & teſtatur ſe numquā hoc permiſiſſe, ſed ab Actuarijs exigendum curaſſe vnicum decretū, etiam ſi decretum prædictū cōtineret plures in-

4 quiſitos (addens tamen) dūmodo vnicum caput comprehendat id quod latiſſimè probauit *Ioannes Iacobus Anninichinus in tractat.* quem vidi ad pennam *de præuentione Inſtrumentaria, ac de recta aduerſus Inſtrumenta præuenitōi rationē tit. de ſatisdatione præuentorum quæſtione 9.* in qua agit pluribus correis debendi præuenientibus vnicam ſufficere fideiuſſionem requiſitam à præuentoribus per *Pragmaticam malitijs de præuent. moder.* Et non tot eſſe exigendas, quot ſunt præuentorum perſonæ.

7 Et reſpectu Vniuerſitatis Terræ Mōtis Fuſcoli pro grauamine fuit reputatum in Anno 1565. apud Regium Conſiliarium Quadram cauſæ Commiſſarium contra Marchionem Vici tunc Vtilem Dominum, dum eueniente caſu quòd pro vna eademque cauſa, vno eodemque tempore erant inquiſiti, prefatus Marchio, & eius Officiales mandabant, quemlibet dictorum inquiſitorum facere debere ſuas defenſiones ſeparatim & diſiunctim non obſtante, quòd vna defenſio concerneret omniū defenſionem, & proinde extitit prouiſum, debere abſtinere, & ad libitum inquiſitis in tali caſu ſeiunctim, & coniunctim defenſiones facere licere.

8 Et ad fauorem Vniuerſitatis Sicinia-ni per tunc Regium Conſiliarium Vincentium de Franchis cauſæ Commiſſarium fuit prouiſum, quòd quando plures inquiruntur de vno delicto, vnus fiat proceſſus, & non plures pœnès de Mondellis Actuarium.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſalli non tenentur hoſpitari hoſpites, & foraſterios venientes ad Barones, nec pro eis cubilia, ſiue lectus accommodare quod ſi cogantur, grauantur, num. 2. etiamſi fuerint ſoliti accommodare non cogi poſſunt in futurum.*

4 *Hebrei ſoliti accommodare cubilia pro Concionatoribus non*

Digitized by Google

possunt cogi in futurum.

5 *Vniuersitas non potest cogi accomodare cubilia, & lectus pro Officialibus & Capitaneis locorum.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si cogantur dare Cubilia cum sprouerijs, & alijs fornimentis pro seruitio Exterorũ, ad domus Baronum accedentium, vel pro Officialium comoditate, qui pro tempore sunt.

GRAVAMEN XCVIII.

1 NE dum hospitari Aduenas, seu Forasterios ad Barones venientes cogi possunt Vassalli, vt diximus in *Grauam. 146. tom. 1.* Et reperio prouisum ad fauorem Terræ Pratę pęnès Figliosam Actuarium. Sed nec pro seruitio ipsorum tenentur accomodare cubilia, siuè lectus, prout sic fuit prouisum per Consiliarium Polum Commissarium deputatum ad fauorem Vniuersitatis Veggiani contra Ioannem Iacobum Denticem Baronem, qui cùm vellet lectus a Ciuibus, quando forasterios habebat, fuit ei mediante decreto iniunctum, vt abstineret, & sic pariter inter eosdem fuit prouisum per Io. Angelum Pisanellum vigore compromissi facti a dictis Vassallis, & Barone per quem fuit arbitratum, & declaratum, vt quò ad caput dandi lectus, seu cubilia cum sprouerijs, & alijs fornimentis pro hospitibus venientibus in Terram Veggiani, quam Capitaneo, seu Officiali dictos Homines, & Vniuersitatem non teneri ad prædicta, sed esse liberos, & immunes, & a præfata præstatione vlterius non debere molestari, quòd laudum decreto Sacri Regij Consilij fuit mandatum exequi die 24. Mensis Decembris 1549 & firmatum est per Consiliarium Marinum Freccciam pęnès Cęsareum Secretarium.

2 Ita quòd grauamen erit, quando ad illa præstanda cogerentur Vassalli, sicq; fuit declaratum instante Vniuersitate Terræ Sibaris contra Comitem Vtilem Dominum, vt in processu Grauaminum dictę Terræ in Banca Sarni.

3 Amplia vt quamuis soliti sint dare huiusmodi lectus, nec in futurum cogi possint ex *Marta decis. Pisan. 229.* Vbi tutatur Hebreos solitos accomodare

4 cubilia Concionatori, non posse cogi in futurum ad illa præstanda, & probat textus in *l. & habet §. hospites, ff. præcar.*

5 Prout & Vniuersitatem non posse cogi illa præstare Officialibus siue Capitaneiss reperio ptouisum ad fauorem Ciuitatis Boiani contra Vtilem Dominum, existente Commissario Vincentio de Franchis tunc Regio Consiliario, vt in processu grauaminum dictæ Ciuitatis fol. 544. & ita aliàs extitit prouisum pro Vniuersitate Terræ Sancti Erami contra Marchionem Vtilem Dominũ, qui cogebat subditos ad præstanda huiusmodi cubilia, & suppellectilia officialibus, qui pro tempore erant, existente Commissario Regio Consiliario Vitellio 6. Iulij 1585. pęnès de Mondellis Actuarium. Sicque facta relatione in Sacro Regio Consilio per Consiliarium de Altomare fuit prouisum pro Ciuitate Grauinæ contra Illustriss. Ducem de Anno 1560. pęnès Cæsareum Secretarium Actuario Villalta deinde Sarro.

SVMMARIVM.

1 *Acta transmittenda vigore prouisionum ad Superiores in causis appellationum sunt consignanda soluta mercede partibus.*

2 *Tabellio, si mandetur quòd soluatur pro trasmittendis actis causæ Ciuilis, à qua fuit appellatum ad superiorem Vassalli grauantur, secus si causa fuerit criminalis, vt num. 3.*

4 *Tabellio mittendus pro asportatione Actorum eligi debet in quẽ minus impẽdatur inter eos qui sunt ęqualiter tuti & idonei.*

5 *Illa via capienda est, per quam bursa miserorum subditorum minus euacuetur.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si copia Actorum cuius transmissio per Regia Superiora Tribunalia ad eorum instantiam fuit ordinata denegetur ipsis cõsignari, sed Barones vel Officiales ad expensa ipsorum appellatorum illã cum speciali Tabellione, vulgò (Corriero à posta) velint mittere.

GRAVAMEN XCIX.

1 QVando contingit appellari a Decretis latis per Curias Baronales, & per Superiora Tribunalia ad quæ fuit appellatum copiam Actorum trãsmitti mandatur vt de iustitia prouideri possit, virtute prouisionum Superiorum Tribunalium illa copia debita soluta mercede clausa & sigillata, vt decet parti est consignanda, nec est
2 extorquenda ab appellante pecunia sub prætextu mittendi illam ad Iudicem Appellationis cum speciali homine, vulgò (con Corriero a posta) quòd si secus agant Barones, vel eorum Officiales vtique grauant, prout pro grauamine id fuit porrectum per Vniuersitatem Terræ Controni contra eius Baronem, & iuxta supradicta obtinuit Decretum per Magnificum causæ Cõmissarium Petrum Paulum Theodorum Regium Consiliarium vt in processu in Banca de Ferratijs.

3 Verùm cùm de hoc pariter conqueretur Magnifica Vniuersitas Pisticij in Sacro Consilio contra suum Baronem, fuit prouisum, quòd processus ciuiles consignentur partibus, vel Cursoribus ab eis mittendis, quo verò ad processus criminales transmittantur copiæ per personas melius visas Officiali, iusto salario mediante, dummodo salarium fuerit promissum, vel solutum asportantibus, & transmissio non retardetur, vt in processu grauaminum dictæ Terræ apud de Felice Actuarium.

Oriri posset autem grauamen, quia debendo mittere Tabelliones propriè ad hunc effectum plus impenditur, quàm si cum ordinarijs Tabellionibus, vel Procacijs mitteretur, vnde cùm in præiudicium Vassallorum appellantium id redundare videatur, ideo subintrare potest grauamen.

4 Capienda est enim illa via per quam Bursa miserorum Subditorum ad possibile quantominus potest euacuetur.

SVMMARIVM.

1 *Baro pro necessitate eius victus potest cogere Vassallos ad vendendũ nisi tamen Vassallis materia non deficeret, vt num. 2.*

3 *Tractæ frumentorum vendi non debent, quando est modicum frumentum in Regno.*

4 *Concedendum non est quòd aliquis locupletetur cum aliena iactura.*

5 *Qui valuit facere, & non fecit dicitur esse in culpa.*

6 *Qui non facit, quæ facere tenetur præsumitur dolosus.*

7 *Qui non facit quod tenetur non recipit quod oportet.*

8 *Barones grauant Vassallos si vendant propria Victualia vt vtantur illis Ciuium.*

9 *Malitijs est occurrendum.*

10 *Malitijs via non est aperienda.*

11 *Malitijs non est indulgendum.*

12 *Ex sua malitia quis non debet commodum reportare.*

13 *Ignorantia in dubio præsumitur, nisi scientia probetur, fallit in facto proprio, num. 14.*

15 *Scire, & scire debere in Iure parificantur.*

16 *Ignorãtia cessat casu quo quis diligẽtiã adhibere, & inuestigare debet.*

17 *Ignorantia non præsumitur in eo, quòd verisimiliter scire debuit.*

18 *Scire tenetur qui inuestigare tenetur.*

19 *Nescire quod quis scire tenetur est ignorantia crassa, & supina.*

20 *Ignorans habetur pro sciente in his quæ scire tenetur.*

21 *Episcopus non præsumitur ignorare beneficiorum vacationem.*

22 *Hæres cõficiens inuentariũ præsumitur scire bona defuncti, & quare.*

Digitized by Google

23 *Tutor præsumitur scire facta pupilli, cuius bona administrat.*

24 *Episcopus præsumitur scire deuolutionem Iuris patronatus.*

25 *Episcopus semel in anno Ecclesiam visitare tenetur.*

26 *Episcopus præsumitur sciuisse collationem beneficij diù obtemptam ab Inferiore collatore in sui præiudicium.*

27 *Episcopus ex officio tenetur inquirere beneficiorum collationes.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Barones victualia propria vendant, & deinde accipiant illa quæ pro vsu Ciuium Vniuersitates conseruarunt.

GRAVAMEN C.

IVstum fuit Grauamen porrectum in in Sacro Regio Consilio pro parte Vniuersitatis Sibaris contra Comitem Vtilem Dominum dictæ Terræ, qualiter ipse tempore extremæ penuriæ, & caristiæ vendebat, & vendere faciebat Frumenta, Ordea, Legumina, & cętera victualia, & pro sua commoditate recipiebat pecuniam non retinendo sufficientem quantitatem pro vsu suæ domus, suorum seruorum, & famulorum, & deinde accipiebat pro victu, & vsu ipsius, & supradictorum frumentum, legumina, & alia victualia, quæ procurauerat Vniuersitas pro comoditate, & vsu Ciuium, ob quod deficiebãt Victualia ipsa Ciuibus, & fame perire quasi cogebãtur. Inde rationabiliter instabatur mandari abstineri debere dictum Comitem, & prouideri, vt in tali tempore contra voluntatem ipsius Vniuersitatis Officialium, & Ciuium non cogantur ei dare, neque vendere frumentum, neque legumina dedicata pro victu, & vsu ipsius Vniuersitatis, Ciuium, vt patet in processu grauaminum dictæ Terræ in Banca Sarni.

1 Licèt enim pro necessitate victus proprij Barones possint cogere Vassallos ad vendendum, vt in *Pragmat. 15. de Baronibus*.

2 Tamen id intelligitur cum grano salis, quando scilicet Vassallis Materia non deficeret ex dictis per *Padill. in l. Præses, C. de seruit. & aqu. & per Affl.* 3 *in decis. 250.* vbi quòd quando in Regno est modicum frumentum non debent vendi tractæ frumentorum, *Vi. sconi. in conciuf. Iur. in verbo charitas*, vbi conducentia ad corroborationem cumulat., conducunt tradita per *Nos tom. 1. Grauam. 81. & 143.*

Facit in adiuuamen Grauaminis, quia dum Comes ipse poterat retinere quãtitatem Victualium pro vsu proprio, 4 & vendendi causa, & accipiendi pecuniam non retinuit, videtur voluisse locupletari cum aliena iactura, dum deinde Victualibus ab Vniuersitate procuratis, & conseruatis pro vsu, & necessitate Ciuium, volebat vti, quod non est concedendum ad *textum in l. Iure naturæ, ff. de Reg. Iur. Picard. ad §. sed naturalia Institut. de Iur. natural. num. 3 Vital de Cambanis in tract. clausul. pag mihi 15. num. 11. Vgolin. de Offic. & Potest. Episcop. cap. 18. §. 2. num. 4.*

Et dum retinere poterat de suis victualibus, nec retinuit, videtur esse in 5 culpa ex regula, quòd ille qui valuit facere, nec fecit dicitur esse in culpa, & 6 qui non facit, quod facere tenetur præsumitur dolosus, *Caldas Pereira de emption. cap. 19. num. 18 Farinac. in practic. criminal. part. 3. quæst. 89. num. 92.* 7 *cum sequent.* & ideo non recipit quod oportet, *l. si non fuerit vbi glos. ff. de Iur. Iurand. Menoch. de Recuperand. possess. Remed. 1. num. 89. Surd. in tract. de Aliment tit. 8. priuil. 53. n. 10.*

8 Vnde aduertant Vtiles Terrarum Domini, quòd si propria habeant Victualia, de illis retineant vsum, nec vendant omnia animo vtendi victualibus pro vsu Ciuium ab Vniuersitatibus destinatis, quia non possent deinde illas cogere, & contrarium faciendo grauarent.

9 Malitijs si quidem est occurrendum, *Paris de confidentijs quæst. 32. num. 6.* 10 firmans *quæst. 35. num. 70.* illis non esse viam aperiendam, quod confirmauit *Argelius in tract. de legitim. contradi-* 11 *ctore, quæst. 13. num. 90.* Nec malitijs est indulgendum, *Munnoz Escobar de*

Ratiq-

Digitized by Google

12 *Ratiocinij cap.15. num.3.* Nec ex malitia sua quis debet commodum reportare, *l.in fundo ff. de rei vendic. l.itaque fullo ff.de furt.cap.cognoscentes de constitut. cap. sedes, & cap. plerumque de Rescript.cap.intelleximus de Iudic. Cardos. in prax. Iudic. & Aduocatorum in verbo delictum num.7.*

Satis enim malitijs esset aperire viã, si licere Baronibus dixerimus propria vendere victualia, & marsupium implere, & deinde pro victu Vassallos, aut Vniuersitates posse molestare.

13 Nec in huiusmodi materia poterit pro parte Baronum allegari ignorantia, quæ in dubio præsumitur, nisi scientia probetur, *l.verius ff.de probat. cap.præsumitur de Regul.Iur.in 6.Sayr.in Clau. Regia libr.3.cap.5.à num.4. cum sequen. Mascard.de probat. conclus.879.Cardin. Tusc.conclus.23.lit.I. tom.4. D. Ricc. in collectan.decis.1015.*

14 Siquidem secluso, quòd in facto proprio ignorantia dari nequit, & proinde cessat in huiusmodi casu adducta cõclusio ad *textum in cap.ab excommunicato, versic. qui de facto suo de Rescript. Soccin.Reg.219.Guttierez de Iuram. cõfirmat.par.3.cap.18. Mascard.de probat. conclus.879.Gabriel conclus.5. de Regul. Iur.* cùm in facto alieno videatur probabilis ignorantia, *l. fin. ff.pro suo l.qui in alterius ff de Regul. Iur. cap.cum quis in ius alterius eod. tit. in 6.Vsuius decis. 273. num. 10. Odd. de Restitut. in integrum part.1.quæst.8. num.35. Gram.decis.36.num.16. Tusc.conclus.18.num.9. lit.I. Ripa de nocturno tempore cap.64.*

Est & pariter considerandum Barones præuidere debere huiusmodi necessitates proprias, illasque scire, & stat
15 regula in Iure scire, & scire debere parificari, *l quod te in fin.vbi Glos. ff. si cert.pet.l. si duo ff.de acquirend hæredit. l.qui fundum §. seruus ff. pro empt.Tiraquell. de Retract.lign.in fin. tit. num. 43.Surd. consil. 150.num 23. Gratianus disceptat. forens.cap.194.*

16 Et cessat ignorantia eo in casu, quo diligentiam quis adhibere, & inuestigare debet, *l. Regula § sed si facti versic diligenter ff. de Iur. & facti.ignorant. Pacific.de Saluian. Interdict. inspect. 4. cap. 3. Monald.cons.6.num.12.volum.1* cum alijs quos adducit *Giurba decis. Sicil.91.num.23.*

17 Et ignorantia non præsumitur in eo, qui verisimiliter scire debuit, vt fundat *Eminentissimus Cardinalis Caualerius decis.198.num.3.*

18 Et scire præsumitur, quod aliàs indagare tenetur *Glos.in d.cap. præsumitur de Regul.Iur. in 6.Garcia de Nobi-*
19 *litat.glos.4.num.29.* Nescire enim quod quis scire, & inuestigare tenetur est
20 ignorantia crassa, & supina, & tunc ignorans habetur pro sciente, *Soccin. Regul.176.fallent.1.Costa de facti scient. & ignorant. Regul. 2. Lap. allegat. 51.*
21 *num.17.* vbi de Episcopo, quòd non præsumitur ignorare beneficiorum vacationem, quia cùm debeat visitare Ecclesias præsumitur hoc scire, *Gram. decis.103.num.36.& seq.Crescent. decis. 10.num.11.de dol. & contum. Abb. cons.*
22 *73. libr.2.* vbi loquitur de hærede conficiente inuentarium, qui præsumitur scire bona defuncti, ex quo illa indaga-
23 re tenetur, *Alban. consil.18.* vbi quòd tutor præsumitur scire facta pupilli, cuius bona administrat, cum ratione Officij illa perquirere teneatur *Roman. consil.481.*vbi loquitur de Episcopo, vt
24 vt præsumatur scire deuolutionem lu-
25 ris patronatus, cùm semel in Anno Ecclesiam visitare teneatur *Bellamer.*
26 *consil. 10.* vbi quòd Episcopus præsumitur scisse collationem Beneficij diù obtentam ab inferiore collatore in sui
27 præiudicium ex eo quia ex officio tenetur inquirere beneficiorum Collationes.

SVMMARIVM.

1 *Officiales, & Aerarij Baronales non possunt mercari in loco in quo præsunt.*

2 *Officiales etiam temporales nequeũt contrahere durante officio.*

3 *Mercatura est prohibita Officialibus in Regno.*

4 *Mercatura ab Officialibus perpetuis potest exerceri palàm, & bona fide de Iure communi.*

5 Con-

Digitized by Google

5 *Contractus quando dicatur palàm fieri.*

6 *Officialis an possit gratis mutuum accipere à Subditis.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Officiales, vel Aerarij Baronales mercaturas exercent, & industrias faciunt in locis, in quibus administrationem habent.

GRAVAMEN CI.

VNiuersitas Terræ Lauri conquerebatur de Marchione olim Vtili Domino, eo quia patiebatur quòd eius Officiales iustitiæ Administratores, & Aerarij eiusdem mercabantur, & faciebant industrias in dicta Terra, & Casalibus, & erant coacti Ciues vendere bona satis minùs iusti pretij; vnde petebat prouideri, quòd tam dicti Officiales iustitiæ, quàm Aerarij, & cæteri Officiales dicti Marchionis penitus abstinerent tales mercaturas exercere.

1 Et die decimo Mensis Aprilis 1568. per Magnificum V.I.D. D. Gonzaluum Belmundez Regium Consiliarium, & causæ Commissarium fuit prouisum, & decretum, quòd Officiales dicti Marchionis præsentes, & futuri durante tempore Administrationis eorum officij abstineant penitus à mercimonijs in grauamine contentis pœnès Cioffum Actuarium.

2 Officiales enim etiam temporales nõ possunt contrahere durante eorum officio *l. principalibus*, & ibi *Glos. ff. si certum petatur*, & hoc tum ad euitandam suspicionem Baratariæ & corruptionis tum etiam ne homines ipsius loci timore affecti ne à præfatis Officialibus malè tractentur vel spe corrumpendi eosdem Officiales vilius eorum bona venderent, & sic licito iure prædicta facere vetantur, *Alexander consil. 1. num. 11 & 12. libr. 2. Cardinal. Tusc.* qui socios secum vehit eiusdem opinionis *practic. conclus. lit. D. conclus. 100. n. 1. cum seq.* refert, & sequitur *Molses. in consil. 16. num. 20. inter Commentar. ad Consuet. Neapol. Mastrill. de Magistrat. libr. 6. cap. 10. Molin. de contract. disput. 343. Megal. Institut. Confess. libr. 2. cap. 5. nu. 126 cum sequ. Cacher. decis. 144. Reg. de Ponte consil. 49. volum. 1.* & nouissimè *Gait. in tractat. de Credito cap. 2. tit. 7. quæst. 5 à num. 2021. vsque ad 2076.* vbi plura in hac materia cumulat, & nos allegat sæpius *in collect. 130. super Pragmat. Regni*, ibique dicta confirmat.

3 Et in hoc Regno omnibus Officialibus, tam maioribus, quàm minoribus etiam pecuniarijs, & eorum executoribus est prohibita mercatura, vt in *cap. 38 inter Capit. & priuileg. Neapol.* & nouissimè habemus *Pragmatic. 1. sub Rubric. de Mercatur. Official. prohib.* vbi prohibita est Officialibus Mercatura sub pœna priuationis meminit *Reg. de Ponte in tractat. de potestat. Proreg. tit. de elect. Official. §. 7.* Nec non in *pragm. 11. sub Rubric. de Official.* & quæ eis prohibeãtur cauetur, nè Secretarij Regni, Scribæ mandatorum, & Magistri Actorum mercaturas, industrias, & similia exerceant.

4 Quamuis licere Officialibus perpetuis palàm, & bona fide emere, & vẽdere, ac negotiari prout possunt cæteri homines eiusdem loci *ex l. Præsidis, ff. si cert. petatur*, latè probant *Menoch. cons. 1174. volum. 12. Card. Tusc. d. concl. 100. num. 17. & sequ. Reg. de Ponte d. consil. 49. volum. 1. & in d. tractat. de potestat. Proreg. tit. de elect. Official. §. 7. num. 7. & seq. Molses. d. cons. 16. num. 14. & 15. Cacher. decis. indic. 144. num. 14. Pascal. de patria potestat. part. 1. cap. 1. num. 13.* qui licèt *num. 18.* palàm fieri asserat quando conficitur scriptura de actu.

5 Ad hunc effectum tamen non recipitur à *Gaito in tractat. de Credito cap. 3. tit. 1. num. 504.* vbi quòd palàm fieri dicitur (vt fraus, & metus cessare videantur) quando Actus fit coram Iudice maiore ex *Gerard. singul. 67. num. 5. & Gram. consil. crim. 40. num. 25.*

6 Sed an Officialis possit gratis mutuũ recipere à Subditis, & sine nota criminis repetundarum, DD. non sunt concordes, sed verior opinio est pro Officialibus quam post antiquiores tutantur *Cataldin. de Syndic. quæst. 96. num. 50. Peregrin. de Iur. fisc. libr. 4. tit. 7. num 12. Auil. in cap. Prætor 1. in verbo*

Da-

Digitized by Google

Donation. num.25. nouissimè videndus omninò Consiliarius *Carleual. in tract. de Iudic. libr.1. tit.2. disputat.3.* vbi disputat articulum, & cum hac residet opinione, quam nonnullis declarationibus exornat.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si tempore matrimonij cogantur dare gallinas Baronibus, & quid existente Barone in possessione, quæ liceat exigere, num.2. & 4. vbi idem stante possessione exigendi Parochorum.*

3 *Voluntaria à principio tractu temporis efficiuntur necessaria.*

5 *Parochi etiam ab inuitis exigunt gallinas tempore matrimonij.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur si tempore Matrimonij cogantur dare Gallinas Baronibus.

GRAVAMEN CII.

1 NVlla lege (ni fallor) nec communi, nec Regni cauetur, quòd tempore matrimonij contracti subditi debeant recognoscere Baronem in asportando gallinas, & proinde Vtiles Domini malè faciunt si cogant ad illas præstandas, & faciendo grauant.

Hinc cùm pro parte Vniuersitatis Terræ Valuæ contra eius Baronem esset oblatum grauamen hoc, sub prætextu quòd idem Baro intendebat exigere gallinam a qualibet muliere, quæ se collocabat in matrimonium, fuit per Regium Consiliarium Vitellium causæ Commissarium prouisum, vt deberet abstinere.

2 Cæterùm secùs esset, si in antiqua possessione associata ab immemorabili, Barones reperirentur, & proinde quando id opponitur à Baronibus solet Sacrum Consilium mandare, quòd capiatur informatio ad finem prouidendi, qua constita non defraudat de tali possessione ex regula, quòd voluntaria

3 a principio tractu temporis effecta sint necessaria, *l. sicut ab initio C. de Act. & obligat. l. in comodato §. sicut ff. comodat. l. quãuis C. de transact. l. eo quod ff. si cert. petatur.*

4 Quæ sanè immemorabilis possessio satis iuuat Parochos, Archipresbyteros Terrarum, qui solent semper habere gallinas à sponsis quando contrahunt matrimonium in faciem Ecclesiæ.

Et in multis Regionibus etiam est consuetum tempore Baptismi, & Matrimonij ipsis Parochis, & Archipresbyteris asportare gracillas.

5 Quæ omnia hodie sunt redacta ad Iura Parochialia, & etiam ab inuitis exigantur, vt ego vna vice obtinui coram quodam Illustrissimo, & Reuerendissimo Archiepiscopo vti Delegato Apostolico, per quem fuit pronunciatum, præstationem gallinarum in supradictis casibus esse de Iuribus parrochialibus, de quorum materia vltra specialem tractatum *Carafa* per plura vtilia congessit & resoluit Illustrissimus Episcopus *Riccius in praxi fori Eccles. à resolut. 292. vsque ad Resolut. 203. tom.4.*

SVMMARIVM.

1 *Ciues debent vti Medicis, & Aromatarijs eiusdem Terræ.*

2 *Quilibet in patria sua debet beneficari.*

3 *Ciuis est præferendus extero, si habeat idoneitatem.*

4 *Clericus Diœcesanus est presentandus.*

5 *Clericus qui est de gremio Ecclesiæ venit preferendus.*

6 *Papa presumitur velle prouidere quemlibet in patria sua.*

7 *Ciues originarij preferuntur in electione Officialium Vniuersitatum, quamuis incolæ sint magis idonei.*

Iura

Digitized by Google

8 *Iura maximè attendunt, nè alieni præficiantur Ciuibus.*

9 *In concursu parrochialium præferēdi sunt Clerici ipsius Ciuitatis exteris, dummodo extranei non præcellant in litteratura, & scientia.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones mandant, vt vtantur Medicis, Aromatarijs, & Magistris Grammaticæ exteris, illisque assignent salarium exclusis Ciuibus eiusdem professionis scientiatis, & aptis.

GRAVAMEN CIII.

1 EXoritur Subditorum grauamen, quando Vtiles Domini cogunt illos ad vtendum Medicis, Aromatarijs, & Magistris Grammaticæ exteris, illisque soluere salarium mandent exclusis Ciuibus eiusdem professionis scientiatis, & aptis, prout sic reperio prouisum ad instantiam Vniuersitatis Terræ Lauri contra Marchionem, vt in processu penès Cioffum Actuarium Sacri Consilij existente Commissario Regio Consiliario Consaluo Belmundez die 10. Aprilis 1568. Fuit enim iniunctus ordo Marchioni, quòd abstineret à cogendo vti Medico extero, dum in dicta Terra aderant Medici originarij, quibus Ciues intendebant vti.

2 Probatur hoc assumptum palpabili ratione, quia valde honestum, & fructuosum est, quemlibet in patria sua beneficari, nec exteros occupare stipendia Ciuium, argumento eorum, quæ cumulauimus *forens. quæst. 161. part. 1.* quatenus firmauimus legatum relictum pro Maritagio Virginum alicuius Ciuitatis non posse distribui puellæ expositæ in dicta Ciuitate, si aliæ nubilis ætatis puellæ originariæ adsint.

3 Et æquitatem sapit, vt qui ex loco est, habetque idoneitatem præferendus veniat exteris, *l. in Ecclesijs C. de Episcop. & Cleric. Coras. de benefic. cap. 5. num. 9. part. 3. Surd. de Aliment quæst. 93. num. 9. libr. 1. Mandos. in Regul. 16. Cancellar. quæst. 41. & 43. Rebuff. de Nominat. quæst. 9. num. 7. Rocch de Curt. in tract. de Iure patronat. in verbo Honorificetur quæst. 49. & 48. Garcia de benefic. cap. 9. num. 5. part. 7.* Inde Clericus

4 Diœcesanus nec alienigena præsentari debet, *cap. hortamur 71. distinct.* vt etiã

5 ille qui est de gremio Ecclesiæ est præferendus in Beneficio *cap. nullus cap per obitum 61. distinct. cap. ne pro defectu de elect. cap. Metropolitano 63. distinct. Sot. de Iustit. & Iur. libr. 3. quæst. 6. artic. 2. & sequ. Rota diuers. decis. 413. part. 1.*

Hinc descendit, quòd si forensis, vel alienigena impetret Beneficium non facta mentione de loco suæ originis, siuè de sua Diœcesi gratia est subreptitia, quia in dubio præsumitur Papam cuilibet prouidere in patria sua, si enim illud expressisset Pontifex, ei non concessisset gratiam in partibus alienis, vel non ita faciliter ad textum in *cap. bonæ de postul. prælat. ita glos. & Abb. in cap. si proponente de Rescript. Felin. in cap. sicut tuis col. 2. de Simonia Sarnen. in Regul. Cancellar. de Idiomate quæst. 5. Corset. in suis singularibus in verbo subreptio.*

Conducit, nam Ciues originarij in electione Officialium Vniuersitatum

7 præferuntur incolis, etiam si incolæ sint magis idonei, vt ex *Cassan. in Cathalog. gloriæ Mundi part 11. consider. 12. & Menoch. in tract. de præsumpt. libr. 5. præsumpt 12. num. 5.* probat *Regens Rouit. in Pragmat. 5. num. 3. de Administrat. Vniuersitat.* addo *Frecc. de subfeud. quæst. 23. libr. 1. & Caput de Regim. Reipublicæ. cap. 7. num. 52.*

Quorum opinio si erit sectanda ad casum nostrum poterit dari ampliatio,

8 vt nec sub prætextu, quòd Medici exteri, & similes essent magis idonei Ciuibus, veniant per hoc præferendi, & stipendiandi exclusis ipsis Ciuibus aptis, quasi quòd iura maximè attendant, ne alieni perficiantur, vt probat *Reg. Valenzuel. cons. 73. num. 38. tom. 1. vbi ex Rot. d. dec. 413. par 1. diuers.* firmat vt sẽper qui est de gremio alicuius Congregationis debeat præferri, si idoneus sit etiam si alienus magis idoneus sit, quod antea post *Glos.* tradiderunt *Butr. in cap. fin. num. 14. & 15. de Cleric. Peregrin.*

Digitized by Google

grin. & Rebuff. respons. 107.

9 Sed circa id opinor esse versandum, Iudicis arbitrium iuxta locorum, & personarum qualitatem, cum videamus Doctores affirmantes in concursu parrochialium præferendos esse clericos ipsius Ciuitatis cæteris exteris, dummodo extranei non præcellant in maxima scientia, ita *Fusc. de visitat. cap. 5. num. 14. libr. 2. Zecch. de Republic. Ecclesiastic. tit. de Parocho cap. 28. num. 7.* vbi sentit in paritate esse præferendum incolam loci.

SVMMARIVM.

1 *Decretum in causa Vniuersitatis Terræ Lauri cum Marchione refertur.*

2 *Litigantes in eorum patria nequeunt assumi ad officia, & si de facto scientes assumi patiantur, pœna sunt digni, num. 3.*

4 *Verba Pragmaticæ 5. §. 17. de Administrat. Vniuersitat. sonant in vocem passiuam, quatenus prohibent litigantes non admitti ad officia Vniuersitatis.*

5 *Verba sunt signa, & testimonium mentis.*

6 *Verba clara non admittunt interpretationem.*

7 *Verbis subtiliter non est dialecticandum.*

8 *Decretum latum per Collaterale Consilium in causa Ciuitatis Neritoni super reformatione electionis refertur.*

9 *Absurdum, vt vna via denegatum ex alia concedatur non est admittendum.*

10 *Verba generalia, & aperta ampliantur, & restringuntur ex verisimilitudine, & restringuntur iuxta subiectam materiam, num. 11. & ampliantur ad euadendum tertij præiudicium, num. 12.*

13 *Verba non sunt intelligenda, vt sonant, sed iuxta mentem proferentis.*

14 *Verba dependent à mente. Verba debent inseruire intentioni, ibid.*

15 *Verba se habent vt corpus, Ratio autem vt anima.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando sub prætextu quòd litigent cum Vniuersitatibus minimè admittuntur dare vocem in parlamentis, & Concilijs circa electiones faciendas pro eorum administratione, & Gubernio; Sed contrarium tutatur per Authorem.

GRAVAMEN CIV.

CVm quidam Baro (cuius nomen serio hic prætermitto) fecisset à suo Capitaneo prohibere nonnullis suis Vassallis, ne deberent accedere ad parlamentum, siue Concilium ad præstandam vocem, & impartiendum suffragium circa electiones Sindici, & Electorum faciendas pro administratione & gubernio Vniuersitatis, fuerunt qui consulendo asseuerarunt in hoc esse granatos à Barone ipso, nec vidi rationes, quibus ad id affirmandum se mouebant.

Cumque articuli discussio ad me translata esset, tam pro parte Ciuium, quam Vtilis Domini in fauorem eorumdem Ciuium considerabam, quòd cùm alias casus accidisset iuxta consultationem ad eorum beneficium receptam, fuerat prouisum inter Vniuersitatem Terræ Lauri, & Illustr. Marchionem Vtilem Dominum, vt in processu inter eosdem fol. 110. in Banca Cioffi, vbi sequens decretum insertum reperies, videlicet.

Die

Digitized by Google

Die 18. Martij 1568. Neap. Instante, &c.

Per Magnificum V. I. D. Dominum Consaluum Belmundez Regium Consiliarium, & causæ Commissarium prouidentem in eius Domo.

Visis actis fuit prouisum, quòd omnes descripti in comparitione oblata pro parte Vniuersitatis, & Hominum Terræ Lauri sub die 13. instantis Mensis possint eligere, & eligi exceptis Magnifico Guglielmo Cappellano, & alijs, qui apparuerunt debitores dictæ Vniuersitatis, qui non possunt nec eligere, nec eligi iuxta formam alterius Decreti per dictum Commissarium interpositi; Verùm litigantes cum Vniuersitate prædicta possint eligere tantum, sed non eligi, hoc suum, &c.

Belmundez.

Ex quo sanè Decreto satis apertè patet electionem in litigantium personam esse prohibitam passiuè, non autem actiuè, vt nequeant alios eligendo suffragium præstare.

Et addebam pro corroboratione esse dispositum in *Pragmatica 5 §. 17. de Administr. Vniuersit.* vt litigantes cum eorum patria nequeant aliquod officium ibi exercere, vbi in *Comentar.* nonnulla adducit *Zappul.* & præcisè *num. 7.* aduertit, quòd litigans cum Vniuersitate, si fuerit electus ab ea ad aliquod officium, & ipse dissimulans suum impedimentum susceperit officium, venit puniendus vti indignus consentiendo electioni de se factæ ex *Bal. in l. Cassius nu. 8. versic. sed certè ff. de Senat.* qui allegat textum in *l. qui cum vno §. Insulam ff. de Re milit.*

Inde cùm verba dictæ Pragmaticæ, quatenus prohibent litigantes admitti ad officia Vniuersitatis sonant in vocem passiuam tantùm, non propterea poterant prohiberi habere vocem actiuam in ipsa electione ex regula, quòd verba sunt signa, & testimonium mentis legislatoris demonstrãtia voluntatem animi, *l. Iabeo §. Idem Tubero ff. de suppellect. legat. l. scire ff. de Tutor & Curat. l. Fulcinius §. quid sit lectitare ff. quib. ex caus. in possess. eatur* cũ adductis *per Aluar. de coniecturat. mente defunct. cap. 1. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 1415. à num. 24. cum seq. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. libr. 3. cap. 4. Farinac. in fragment. crimin. lit. A. num. 229. part. 1.* & vti clara non poterant admittere interpretationem, neque voluntatis coniecturam *l. licèt Imperator ff. de legat. 1. Seraphin. decis. 762. Card. Tusc. concluf. 108. lit. V.* qui *in concluf. 89. eadem lit. V.* reassumit conclusionem ad id facientem, quod verbo vbi quis non expressit, mente nec concepisse videtur ante eum *Oldrad. consil. 266. num. 10.* maximè quia verbis subtiliter non est dialecticandum *Card. Mantic. de coniectur vltim. voluntat. libr. 1. tit. 1. num. 4. Monach. decis. Florent. 72. num. 27.*

Hinc si huic inhærere vellemus opinioni, vtique grauamen subintraret, vbi prohiberentur Ciues litem habentes dare vocem in parlamentis.

Cæterùm tandem in prolatione voti recordabar talem articulum esse decisum per Collaterale Consilium pro contraria parte sub die 24. Nouembris 1613. in causa particularium Neritoni cum Vniuersitate super reformatione electionis ad relationem bonæ memoriæ Regentis Fuluij Constantij Marchionis Corleti, vt meminit *Regens Rovtus in allegat. Pragmatic. 5. num. 32.* vbi formalia verba Decreti reportat, & sunt quæ sequuntur.

In

In Causa particularium Ciuitatis Neritoni cum ipsamet Ciuitate super reformatione electionis ipsius Ciuitatis Neritoni vt in Actis die 24. Nouembris 1613. Neapoli.

Facta relatione Suæ Excellentiæ in Collaterali Consilio per Illustrissimum Marchionem Corleti Regentem Regiam Cancellariam, ac Regium Collateralem Consiliarium, & præsentis causæ Commissarium fuit prouisum, & decretum, quòd electio Regiminis Ciuitatis Neritoni fiat in hunc qui sequitur modum, videlicet.

Decuriones veteres inter se conenientes nominent nouos, vnusquisque successorem, & ex nominatis ij qui à Collegis omnibus, vel à maiori eorum parte approbati fuerint, proponantur in publico Consilio Ciuitatis, & habentes maiora suffragia, quę secretè ferantur, electi remaneant, quòd si nominati omnes vel eorum aliqui repulsam tulerint, in eorum locum alij proponantur, donec fuerint nominati per Vniuersum Consilium, vel maiorem partem admissi.

Idemque seruetur in nominatione Sindicorum, Auditorum, atque omnium aliorum Magistratuum, Officialium Ciuitatis prædictæ, qui omnes Decurionibus nominentur tantùm, & suffragijs secretis Consilij approbentur.

Seruetur etiam in eligendis Magistratibus vacatio munerum, ita vt ad idem officium per quinquennium ad diuersum per triennium eædem personæ non admittantur, nisi in defectum idoneorum, atque habilium Reipublicæ vtilitas aliud suadeat, quo casu accedente Consilij consensu possit fieri electio, non habita ratione vacationis prædictæ.

Debitores Vniuersitatis, ac litigantes cum ea, nec ipsi eligantur, nec in aliorum electione suffragij ferendi ius habeant, & forma prædicta in omnibus ex tunc in antea electionibus fiendis seruetur non obstantibus Consuetudine, Decretis, ac Ordinationibus contrarijs quibuscumque, firma tamen remanente pro præsenti anno electione iam facta, hoc suum, &c.

Gorostiola Regens.
Constantius Regens.

De Castelletta Regens.

Marcus Antonius de Ligoria Regius Scriba Mandat.

Quod sanè Decretum vti a tanto, & tali Supremo Tribunali emanatum licet sufficere debeat pro substentatione huiusmodi opinionis; Tamen ego pariter, & rationes immo responsiones ad contraria fundamenta non omittam reponere.

Dico, inquam, quod etsi verba Pragmaticæ loco nuper citato sint specialia & aperta circa passiuam electionem, tamen quia illa est emanata ad vtilitatem publicam ad euitandas fraudes, quę possent oriri ex electione huiusmodi litigantium comprehensiuè videtur dispositisse tam in passiua, quam in actiua electione.

Siquidem odium consideratum contra Vniuersitates respectu Ciuium litigantium, in vtroque casu potest considerari, cùm de facili ipsi haberent ansam eligendi Consanguineos, Affines, Amicos, & Dependentes, a quibus eorum

Digitized by Google

rum prætendentias habere possent, vnde sequeretur absurdum, vt vna via prohibitum ex altera consequereretur, quod non est admittendum ex dictis per *Crauett. cons. 70. num. 29.*

Certique iuris est, vt verba generalia, & aperta restringuntur, & ampliantur ex verisimilitudine *l. creditor §. Lucius ff. Mandati, Oldrad. consil. 159. Cardinal. Tusc. conclus. 142. num. 4. lit. V.* Et restringuntur ac ampliatur ad habilia, *l. vt gradatim in principio, ff. de Muner. & honor. l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. Caldas Pereira de potestat. eligendi cap. 1. num. 17. Molin. de Rit. Nuptiarum quæstion. 85. num. 61. libr. 3. Surd. decis. 112. num. 2. Tusc. conclus. 131. liter. V.* qui reassumit aliam congruentem regulam *conclus. 132. eadem lit. V.* vt talia verba debeant restringi secundùm subiectam materiam, *l. 3. §. si quis heredi ff. de stat liber. Rot. in Recentior. decis. 542. nu. 4. part. 1.*

Conducit, quia si talia verba Pragmaticæ in casu explicato solùm adaptarentur in damnum Vniuersitatis per hoc caput vrgeret, & tamen est receptum in iure, vt verba specialia esse amplianda, ne quis damnum indebitè patiatur, *Anchor. consil. 361. Mar. Antonin. variar. resolut. libr. 2. resolut. 40. num. 12. & 19.* vt verba generalia restringuntur, ne tollatur ius tertij, *Oldrad. consil. 268. num. 5.*

Augetur probatio, quia hic Vniuersitates tractant de damno euitando, Ciues autem habentes liberem de lucro captando, vnde contra eos lata est facienda interpretatio, & dicendum est hanc debuisse esse mentem legislatoris, & propterea esse adaptandam regulam, vt verba non sint intelligenda, secundum quod sonant, sed secundùm mentem & inuentionem proferentis, *l. non omnis in principio, ff. si certum petatur, l. 3. §. si quis hoc interdicto, ff. de Itiner. Actuque priuat. cap. intelligentia, & cap. propterea de verbor. significat. Cardinal. Tusc. conclus. 93. litter. V. Cosm. in pragmatic. Sanctio tit. de electione.*

Verba, inquam, dependent à mente, non è contra, *Mynch. consil. 97. num. 44.* Inde verba debent inseruire menti, & intentioni, non intentio verbis, *l. non aliter ff. de legat. 3. l. 3. §. conditio ff. de Adimend. legat. cap. fedulo 38. distinct.* Verba namque se habent vt corpus, & superficies, at verò ratio vt Anima, & Spiritus, *Gonzalez in Regulam 8. Cancellariæ de Alternat. glos. 48. num. 56.*

SVMMARIVM.

1 *Vassalli carcerari non possunt pro pœnis Curiæ quæ debentur ex causis ciuilibus, siue mulctis.*

2 *Pœnæ exigi non possunt, nisi debitore existente soluendo.*

4 *Vassalli pro pœnis Curiæ carcerari non possunt, si habent in bonis vnde soluant, nisi pro instrumentis liquidatis, & obligationibus incusatis, & contumacijs ex causis criminalibus, vt num. 6.*

4 *Carceratio datur in subsidium, quando debitores non habent in ære.*

5 *Debitores possidentes stabilia carcerari non possunt, etiam quòd sint fugitiui.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si pro pœnis, quæ debentur Curiæ ex causis ciuilibus siue mulctis carcerentur non obstante, quòd sint soluendo.

GRAVAMEN CV.

1 EST prohibita carceratio Subditorum pro pœnis quæ debentur Cu-
2 riæ ex causis ciuilibus, siuè multis, si tamen illi sint soluendo, quòd si contrarium fiat, vtique grauamen infertur.

Hinc cùm Vniuersitas Terræ Sibaris conquesta esset de eius Comite Vtili Domino, ac Officialibus, & Ministris eiusdem, quòd pro exigentia pœnarum spe-

Digitized by Google

spectantium ad Curiam de facto Ciues
3 indifferenter carcerabantur, non obstante, quòd haberent in bonis super quibus potuissent satisfieri, ideo mediante decreto Regij Consiliarij Ioannis Felicis Schalaleonis Commissarij deputati fuit prouisum, vt pro pœnis debitis Curiæ pro causis ciuilibus, siuè mulctis non exequatur, nisi realiter cõdemnato existente soluendo, vt in Banca Sarni Actorum Magistri.

Et alias ad fauorem eiusdem sic reperio prouisum per eumdem Commissarium respectu debitorum Curiæ, nam fuit ordinatum, vt Magnificus Officialis procedat sine carceratione, si sint soluendo debitores pœnès eumdem Sarnum Actuarium, vt in alijs grauaminibus præsentatis fol. 73.

4 Carceratio siquidem datur in subsidium, vbi debitores non habent in ære. *Glos. in l. 3. §. Tutoris, ff. de suspect. Tutor. Alexand. in l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de Re Iudic. Couarruuias variar. Resolut. libr. 2. cap. 1.*

5 Inde quando Debitores habent stabilia, quamuis sint fugitiui, pro debito carcerari nequeunt, vt constat *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ* 170. & probat *Gram. consil. ciuil. 17. num. 13. & sequent.* & post alios *Viscont. in conclus. Iur. in verbo debitor suspectus*, qui latiùs loquitur in materia.

6 Est tamen verum, quod in primo Decreto legitur fuisse prouisum, vt in pœnis descendentibus ex obligationibus, vel instrumentis liquidis, aut contumacijs ex causis criminalibus posse procedere Capitaneum realiter, & personaliter ad sui electionem.

Vnde in huiusmodi casu cessabit grauamen, quando id fiat prout & communiter in practica videmus seruari.

SVMMARIVM.

1 *Pœna contumaciæ exigi non potest ab hæredibus sub prætextu, quòd eorum defuncti in illas inciderint.*

2 *Hæredes ad expensas contumaciæ, quam defunctus commisit non tenentur, nisi defunctus ad illas condemnatus fuisset in vita, vt num. 3.*

4 *Aliud est condemnatio expensarum, aliud taxatio.*

5 *Expensæ taxantur appellatione pendente.*

6 *Pœna realiter ad hæredes non transit.*

7 *Bona criminosi ante condemnationem non sunt hipotecata fisco.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando vti hæredes coguntur soluere pœnas contumaciæ ab eorum Defunctis incursas.

GRAVAMEN CVI.

1 EXigere pœnas contumaciæ ab hæredibus, sub prætextu quòd eorum defuncti in illas inciderint regulariter importat grauamen, & ideo à tali exactione abstinere se debent Barones.

2 Stat, inquam communi calculo per Doctores receptum, quòd Hæredes ad expensas contumaciæ, quam defunctus commisit minimè teneantur, vt probat *Matthia Berlich. in practicabil. conclus. part. 1. cap. de expens. num. 7. & in decis. 122. num. 1.*

Hæredemque non soluere emendam contumaciæ Testatoris docuit *Dyn. in l. ex iudiciorum*, quem ibi sequitur *Alber. in principio, & Ioan. de Imol. ff. de Accusat.*

Cæterùm, quia quælibet Regula suas patitur fallentias, & declarationes, erit ideo aduertendum, tunc subintrare grauamen in huiusmodi exactione, quando defunctus adhuc erat condemnandus, at secus si adfuisset condem-
3 natus, quia in huiusmodi casu hæredes ad huiusmodi taxationem, siue solutio-

Digitized by Google

nem benè possunt citari, & compelli, vt elicitur ex *Boer. decis. 64. num. 1. ibi, Quia vt pœna transeat ad hæredes requiritur copulatiuè litis contestatio, & condemnatio*, Sicque expressis verbis firmat *Berlich. nuper adducta decis. 122. num. 2.* dicens ita pronunciatum fuisse in Præfectura VVeissenfeldensi, & in supremo Parlamento Dresdensi deinde confirmatum in secunda instantia.

4 Aliud enim est expensarum condemnatio, & aliud earumdem taxatio, cum taxatio non sit noua condemnatio, sed tantùm demonstratio, & declaratio eius quantitatis, quæ in condemnatione deducta intelligitur *l. Meuio §. 1. ff. de leg. 2. l. si quando ff. vt legat. nom. cau. l. 4. in fin. C. de Act. empt. l. cum propria in fin. C. si quis alter. vel sibi Faber decis. 14. C. de procurator.* Inde appella-

5 tione pendente taxantur expensæ, *Felin. in cap. significauerunt, num. 11. de except. Lap. allegat. 82. Anna sing. 31.* Vbi sic iudicatum refert in Sacro Regio Cõsilio, per quod non fuit reputatum grauamen taxatio expensarum facta pendente appellatione.

6 Pœnamque regulariter ad hæredes non transire reo præmortuo patet ex *l. Iudiciorum ff. de Accusat. l. si pœna ff. de pœn.* & firmarunt *Gather. consil. 63 num. 9. Costa de Retrotract. cas. 7. cap 8. num. 19. Farinac. in practic. criminal. quæst. 10. num. 52. Guttierez de Tutel. cap. 24. num. 18. part. 3. Tusc. conclus. 256. lit. l.* quos sequitur *Giurba cons. criminal. 75. num. 7.* vbi etiam quod an-

7 tecondemnationem bona criminosi Fisco minimè sunt hypotecata, nec ius aliquod in illis habet ex *l. res vxoris, & ibi Bal. C. de Donat. inter vir. & vxor. Morla in Emporio Iur. tit. 8. de Reb. cred. quæst. 1. n. 16. Guazzin. de confiscat. bonorum conclus. 22. Auiles in cap. Prator. 15. num. 36. Surd. de aliment. tit. 8 priuil. 35. num. 6. Laurent. in decis Rot. Auenionen. 121. num. 8. Costa de Re integra distinct. 15. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Aerarij, & Conseruatores Baronum tenentur recipere vina, & fructus feudales tempore vindemiæ, verum tempore permutationis dictorum vinorum est habenda ratio de defectu ad damnum Baronum, & vide num. 2.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Defectus, vulgò (lo sfraudo) in Vino, quod recipitur in Musto, ab Aerarijs, & & Conseruatoribus tempore permutationis, vulgò (alla Tramuta) seu (alla Trafica) per Barones minimè imputatur.

GRAVAMEN CVII.

1 QVamuis Aerarij, & Conseruatores Baronales, quibus inest onus conseruandi fructus feudales obligentur recipere vina tempore vindemiæ, & non tempore illorum mutationis, vulgò (Alla Tramuta) seu (Alla Trafica) quando scilicet vinum clarui, vulgò (è chiarito, è refinato.)

Tamen defectus, qui reperitur in mutatione, vulgò (A tempo della Tramuta, e Trafica) est eisdem imputandus, & aliter agendo Barones grauarent Vassallos, qui onus Aerariatus, & Conseruatoratus subirent prout ita extitit decretum per Regium Consiliarium D. Ioannem Sances de Lunà sub die 12. Maij 1600.

Nam cum Vniuersitas Petrecatellæ comparuisset in Sacro Regio Consilio, & coram eodem Consiliario, vti Commissario, dicens ab immemorabili Camerariatus eiusdem Terræ solitos fuisse recipere Vinum refinatum, vulgò (Alla Tramuta) & Baro cogeret contra dictum solitum, ad recipienda vina tempore Vindemiæ, quo Mustum ebullit, & per viam, ac intra doleis eijcitur quousque clarescit, ob quod instabat pro soliti obseruantia,

fuit

Digitized by Google

fuit prouisum, Camerarios teneri recipere Vina tempore Vindemię. Verùm tempore permutationis dictorum Vinorum esse habendam rationem de defectu, vulgò (lo sfraudo) pęnès Figliolam Actuarium Sacri Regij Consilij.

SVMMARIVM.

1 *Pęna debet commensurari delicto, & illo maior non esse.*

1 *Vassalli grauantur si pęna maior apponatur in sententia contumaciali, ea quę delinquenti esset imponenda, si præsens reperiretur.*

3 *Vassalli grauantur si ex omni crimine pro quo mortis naturalis pęna imponenda non est foriudicentur.*

4 *Foriudicationis sententia hodie proferri non potest, nisi in casu in quo venit imponenda pęna mortis naturalis, non ciuilis.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si pœna maior apponatur in sententia contumaciali ea quæ delinquenti esset imponenda si præsens reperiretur.

GRAVAMEN CVIII.

1 REgula illa satis nota, quòd pęna debet commensurari delicto, vt in *cap. felicis de pęn. in 6. cap. quæsiuit de his, quæ fiunt à maior. part. Capitul. cap. non afferamus Flaterat in fin. 24. quæst. 1.* nam pęnam non debere esse maiorem delicto, patet in *l. Rescriptum, ff. de his quibus vt indignis*, & firmat *Enriquez cons. 77. num. 8.* producit grauamen si pęna maior apponatur in sentę-
2 tia contumaciali ea quæ delinquenti esset imponenda, si fuisset præsens.

Id enim in iure nostro reperitur prohibitum, ita *Dec. in consil. 11. num. 7. Cesal. consil. 79. num. 11. Nonius consil. 104 num. 7. Farinac. consil. 14 sub num. 4. Cartar. in tractat. de execut. sentent. capt. Bannit. cap. 1. num. 417.*

Approbant siquidem supracitati in sententia contumaciali minimè posse imponi maiorem pęnam illa, quæ veniret imponenda, si Reus reperiretur præsens.

3 Inde grauamen Vassallorum suboriretur, si ex omni crimine pro quo mortis naturalis pęna irroganda non est quis foriudicaretur, cùm id hodie non liceat, vt passim iudicari per Sacrum Consilium, & per Collaterale fatentur *Gizzarell. decis. 23. Reg. de Ponte in tractat. de potestat. Proreg. tit. 1. de prouis. fieri solit. §. 4. num 48. Molfes. ad Consuet. Neap. part. 4 de succes. ab intest. quæst. 47. num. 9. Giurba consil. criminal. 83. & Reg. Tapia decis. Sacr. Consil. 49.* apud quos latius habes articulum discussum, & communiter resolutam sententiam foriudicationis proferri non posse, nisi in casu, in quo venit imponenda pœna mortis naturalis, sublata antiqua formula sententiarum per quam dicebatur, quòd possit impunè offendi in casibus in quibus venit imponenda pęna mortis ciuilis membri abscissionis, aut perpetui carceris.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur si à Baronibus exequantur pro pęna, sub prætextu quòd eorum animalia sumunt pascua, & pascuntur spicas in restucchijs Conciuium, & areis in quibus triturantur segetes nullo partium precedente conquestu.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si à Baronibus exequatur pœna sub prætextu quòd eorum Animalia sumunt pascua, & pascuntur spicas in Restucchijs Conciuium, & Areis in quibus triturantur segetes nullo partium præcedente conquestu.

GRAVAMEN CIX.

1 PRo coronide dictorum *tom. 1. Grauam. 50.* liceat hic firmare conclusionem, grauari Vassallos, si à Baronibus fiat prohibitio, & in casu contrauentionis exigatur, pœna, quando faciunt depascere eorum animalia, & sumere spicas in restuppijs Ciuium, & in Areis in quibus triturantur segetes, nullo partium præcedente conquestu.

Quod & patet, nam ad instantiam Vniuersitatis Terræ Vici de Montanea conquerentis de hoc contra Marchionem eius Vrilem Dominum die 7. Mensis Septembris 1581. fuit interpositum Decretum tenoris sequentis, Videlicet.

Visis Actis per Excellentem V. I. D. Dominum Vincentium de Franchis Regium Consiliarium, & causæ Cõmissarium fuit prouisum & decretum, quòd liceat Ciuibus Terræ prædictæ Vici spicas, & alia pascua sumere cum eorum Animalibus in Restuppijs in Areis, & in Territorio Ciuium Terræ prædictæ & non molestentur sine conquestu partium hoc suum.

Vincentius de Franchis.

Ita quidem inspicitur aperte ex processu grauaminum dictæ Terræ fol. 345. in Banca Figliolæ.

SVMMARIVM.

1 *Cassatura querelarum qualiter debeat solui. Et quid si non obstante Remissione procedatur vsque ad Decretum diffinitiuum, num. 2.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando pro solacassatura querelarum cogãtur soluere ad instar haberent Decretum liberatorium.

GRAVAMEN CX.

COnquerebatur annus elapsis Vniuersitas Terræ Orioli, quatenus pro cassatura querelarum factarum in causis iniuriarum verbalium, Mentitarum, & similium cogebantur soluere eamdem quantitatem, ac si liberatorium Decretum obtinuissent.

Vnde habito recursu ad Sacrum Regium Consilium, vt pro delictis contentis in grauamine, & similibus stante partis remissione, ob quam fortè ad ulteriora non proceditur contra inquisitos, Actuarij nequeant accipere vltra quantitatem, quæ sibi deberetur per copiam repertorum, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ; si verò non obstante remissione, proceditur vsque ad diffinitiuam sententiam siue Decretum, Actuarij debeant capere quod solitum fuit per antea.

Patet & id in processu Grauaminum dictæ Terræ Orioli fol. 163. in Banca Iubeni, deinde de Cantone existente Commissario Regio Consiliario Petro Paulo Theodoro..

SVMMARIVM.

1 *Materia accusationis apud quos tractetur remissiuè.*

2 *Accusare qui possint de iure communi, & qui de Iure Regni.*

3 *Iudex ex officio quando debeat repellere Accusatorem, & vide distinctionem num. 4.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si ex officio non repellantur Accusatores, vel Testes qui non sunt idonei.

GRAVAMEN CXL.

1 DE materia Accusationum (vt Antiquiores prætermittam) perplura habes apud *Clar. in §. final quæst. 12 & penè Farinac. in Practic. crimin. quæst. 12.*

Edictum autem de Accusationibus
2 esse prohibitorium & admitti quoscumque, qui expressè non reperiuntur prohibiti, idem *Clar.* fundauit *quæst. 14. eiusdem §. fin.* & sectantur *Surd. in tract. de Aliment. tit. 8. priuileg. 87. num. 3. & Coriolan. de casibus reseruatis iuxta Regulam Clement. VIII. Regularibus præscriptam cas. 5. de Accusat. part. 2.* licèt de Iure Regni accusandi, & remittendi ius competat illis, quibus competit successio, vt in *Pragmat. 8. sub Rubric. de compos.* ad cuius ornatum plura nouissime reportat *De Marinis quotid Resolut. cap. 2. in verbo Accusare.*

Et ex textu *in cap. si legitimus de Ac-*
3 *cusat.* deducitur Iudicem ex Officio debere repellere Accusatorem non idoneum vt confirmat *Clar. in cit. §. fin. quæst. 15.* vbi tamen *Baiard. in addit.* distinctionis fœdere vtitur, vt si Accusator
4 sit omninò prorsus inhabilis, verbi gratia, Infamis, Iudæus, Hæreticus, & de similibus, qui odio ipsius personæ repellantur, tunc Iudex ex Officio parte etiam non opponente eos repellere potest, secus si omninò non sint inhabiles, puta quia possunt expressè vel tacitè consensu partium habilitari, quia tales parte minimè opponente à Iudice repelli nequeunt.

Quare ad nostrum deueniendo, possumus firmare regulam, grauari Vassallos, quando Iudices ex officio huiusmodi non idoneos Accusatores repellere minimè curant.

Et proinde si vera erit talis conclusio descendet, & altera ipsos in Syndicatu teneri.

Idemque grauamen subintrabit vbi per Iudicem admittuntur Testes, qui de iure sunt prohibiti, ferre testimonium, etiam si partes taceant, vt per tex. *in l. quos prohibet ff. de postulando*, docet *Andreas in cap. 1. num. 6. qui testes sunt necessarij ad probandam nouam inuestituram*, declarans qui nam sint ij taliter prohibiti à iure ferre testimonium ob publicam vtilitatem, refert, & sequitur *Regens Rouitus in pragmatica ij. num. 16. de* ordine Iudiciorum, vbi propterea fundat repulsam non esse necessariam quotiescunque fuerunt recepti in Testes hij qui de iure sunt prohibiti ferre testimonium, quia si recipiantur eorum dictum nihil officit.

SVMMARIVM.

1 *Defensiones dantur intus carceres, vel per Palatium attenta criminũ & personarum qualitate.*

2 *Defensiones in leuibus delictis debent dari extra carceres, & num. 3. sicque seruari, & seruasse ipsum refert Author, num. 4.*

5 *Iudex potest ex causa minuere, & remittere pœnam à Iure statutã.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si pro Criminibus leuibus defensiones intus carceres facere adstringantur.

GRAVAMEN CXII.

1 QValitates criminum, & criminosorum possunt operari, vt Defensiones debeant dari intus carceres, vel extra, & sic per Palatium, vt dici, & practicari solet.

2 Inde quando crimina sunt leuia grauantur Rei, si intus carceres defensiones facere astringantur.

3 Quoniam in causa criminali leui extra, & in graui ex vinculis causam dicere oportet ad textum in *l. Cornelia, §. pra-*

Digitized by Google

§. preterea ff. de Sen.Cõsult.Syllan. Brisson.de formul.lib. 5. versic. causam pag. 527. quos refert,& sequitur *Callist.Ramirez,in tractat.de suprema,& absoluta Princip.potest.lege Regia in eos translata §.16.num.11 fol.mihi 119.*

4 Vnde meritò ita in dies seruatur in magna Curia Vicariæ, & in alijs Regijs Tribunalibus huius Regni, & Ego vti Regius Minister non vna ùice practicaui,& vidi practicari indistinctè per Collegas.qui meo tempore fuerunt in discussione causarum in Regia Audientia Apuleæ,in qua ex causa etiam in criminibus grauibus vidi quandoque dari dèfensiones per Palatium,quia licet Iudici ob causam pœnas etiam à Iure statutas minuere,& remittere *Marsil in l.vnius §.custodia ff.de quæstion.Tiraquell. in tractat. de pœn. temperand. in præfat. num. 17. Marant. in Practic. part.6. num.115.*

SVMMARIVM.

1 *Accusator non debet esse idem, & Iudex.*
2 *Procedi per inquisitionem in multis casibus potest.*
3 *Inquisitio cessat per Accusationem.*
4 *Pœna minuitur, vbi per viam Inquisitionis quis est Reus, nec ordinaria infligitur, & num.5.*
6 *Verbum (potest) importat liberam voluntatem, & necessitatem.*
7 *Pœnæ restringuntur, quando partes non insistunt.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Inquisitionis via effecti Rei pœnis ordinarijs afficiantur.

GRAVAMEN CXIII.

1 QVamuis idem non debeat esse Accusator,& Iudex vt percipitur ex *cap.qualiter, & quando de Accusat.* Ibi (Non tamquam idem sit Accusator, & Iudex, quia regulariter non potest procedi ad condemnationem, nisi adsit aliquis accusator,) *cap. si quis potestatem 23.quæst.4.*

2 Tamen in multis casibus potest procedi per inquisitionem,licèt non præcedat accusatio,vt in Regno videmus seruari,Nosque alibi diximus,& tradit præ cæteris *Coriolanus in tractat. de casibus reseruatis iuxta Regulam Clement.VIII de Regularibus præscriptam par.2. cas.5. & de inquisitione plura Farin. in pract. crim.quæst.1.part.1.Perez ad tit.1.libr. 8.Ordin.Rodrig.q.Regul.to.2. q.5.art.2. & Sayr.in Clau.Regia libr.12.cap.10.*

3 Quæ inquisitio cessat per Accusationem *Barbos. in l. si quis postea quàm num.84.ff.de Iudic.*

4 Sed vbi aliquis est damnandus per viam inquisitionis,non esse puniendum talem pœna ordinaria inducta à lege pro illo crimine,sed mitiori, & sic arbitrata pœna tradidit *Maranta in Prax. de Ordin.Iudic.part.4.distinct.* 10. quod & elicitur ex *cap.Inquisitionis de Accusat. ibi* (Pœnam poterit Iudicantis discretio moderari) vbi hanc firmat conclusionem *Barbos.num.4.*

5 Pœna siquidem mitior magis imponitur per viam inquisitionis, quam per viam Accusationis vt apud *Tiraquel.in tract.de pœnis temperand.cauſ.53*

6 Nec obest quod textus in dicto *cap. Inquisitionis* vtitur verbo (potest) importans facultatem, & liberam voluntatem,& non necessitatem, quando affirmariuè profertur *l.1. C. quomodo,& quando Iudex l.sæpè* cum ibi notatis *ff. de Offic. Præsid Guttierez de Tutel.part. 1.cap.7.num.6. Piccard. in disput.de Mora num.121. Sanchez de Matrimon. libr.6,disput.38.num.20. Morla in Emporio Iur.part.1.tit. 2. in prælud. num. 18.Gratian.Forens. discept. tom. 3. cap. 506.num.12.& 13.D.Rice.in Prax.for. Eccles.resolut.610.num.7. part. 1. in Magn.* Nam & in hoc sensu exponitur etiam pro verbo (debet) *Seraphin. de priuileg.Iuram.priuileg.33.num.71.Paris de Resignat.Benefic.libr. 5. quæst. 3. num. 84.* quos sequitur *Barbos de Dilationibus Dict. 126.sub num.* 1. maximè quando profertur a lege, vel Canone, *Præsis de Franchis decis. 487. num. 2.* & Nos alibi diximus in hoc

eod.

Digitized by Google

eod. tom. 2. Et ideò necessitatem importare possumus annuere.

Vnde si dicta opinio erit attendenda vtique resultabit grauamen, quando Vassalli pœnis ordinarijs afficiuntur, vbi per viam Inquisitionis effecti sunt Rei.

7 Et in Praxi videmus obseruari, quòd vbi partes non insistunt nec apparent, semper Reorum conditio melior redditur, & pœnæ alias contra illos stabilitæ restringuntur, & relaxantur.

SVMMARIVM.

1 *Vbicumque à Iure tribuitur actio criminalis impartitur pariter actio in factum ad interesse passum.*

2 *Actio iniuriarum competit ad omnia damna & interesse, etiam damni emergentis, & lucri cessantis.*

3 *Actio in iudicio criminali emergens potest coram Iudice criminali intentari.*

4 *Vassalli grauantur, quando non condemnati ad pœnam ordinariam criminis, de quo sunt inquisiti condemnantur ad interesse partis.*

5 *Ex Iudicijs licèt deueniri possit ad pœnam extraordinariam, non tamen potest sequi condemnatio ad interesse partis, nisi constet de delicto ex confessione delinquentis, num. 6. Contrarium num. 7. Prima sententia verior, num. 8.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando non condemnati ad pœnam ordinariam criminis, de quo sunt inquisiti condemnantur ad interesse partis.

GRAVAMEN CXIV.

1 NVllus est qui nesciat, quòd vbicumque à Iure tribuitur Actio criminalis ad pœnam, impartitur pariter Actio in factum ad interesse passum *l. ex hac lege ff. si quadrup. pauper. fecis. dicatur l. fin ff. de bis qui deiecer. vel effud. l. qui nomine vbi Bar. ff. ad l. Cornel. de falsi.* & traditur exemplum in fure *in l. interdum §. qui furem ff. de furt. Bal. cons. 249. lib. 3. Gomez de delict. tit. de Homicid. num. 37. Presb. de Franch. decis. 460. Surd. decis. 89. num. 7.* vbi quòd

2 competit Iniuriarum Actio ad omnia damna, & interesse, & dicit venire interesse lucri amissi, ne dum damni emergentis, vt etiam fatentur *Menoch. in tract. de presumpt. lib. 3. presump. 114. Moron. in tract. de Tregua, & pace cap. 324. à num. 17. cum seq. Luodouic. decis. Lucens. 62 à num. 25.* apud quos habes, quæ veniant, & quomodo computentur huiusmodi Interesse.

3 Quæ quidem Actio in criminali Iudicio emergens, potest coram Iudice criminali intentari ad textum de iure communi *in l. sed & loci. §. si dicantur ff. fin. Regund.* & de Iure municipali *in cap. Regis Roberti 216. Incip. si de furto,* & notant præ cæteris, *Cappella Tholos. decis. 22. Clar. in §. fin. quæst. 2. versic. & hæc quidem vbi Baiard.* socios coacerua, *Magon. decis. Lucens. 92. num. 32. Peguer. decis. 27. in fin Farinac. in pract. crim. tit. de Inquisit. quæst. 1. num. 62. & seq. Scaccia de sentent. & Re iudic. glos. 14. quæst. 19. num. 61. Graff. in tract. de effect. clericatus effect. 1. num. 1154. Illustrissimus presul Rice. Collect. decis. 1298. Ramon. cons. 51.*

4 Cæterum in materia nostra subintrabit grauamen quãdo Reus inquisitus de crimine non esset condemnatus pœna ordinaria, & tamen condemnaretur ad interesse partis.

Si quidem minimè debet sequi condemnatio ad restitutionem Rei, vel damnorum, & inteße satisfactionem, vbi crimen non est confectum, aut legitimè probatum; & ideò non potuit inquisitus condemnari pœna ordinaria.

5 Et licèt ob indicia forsitan sufficienter non purgata, vel quæ ex aliqua causa pugari nequeunt deueniri, valeat ad pœnam extraordinariam, non per hoc poterit dari consequens, vt poterit deueniri ad condemnationem interesse partis, cum tunc inquisitus minimè censeatur condemnatus tamquam verè Reus,

Digitized by Google

Reus, & delinquens, sed tamquam potius de crimine suspectus, quæ quidem suspicio quoad interesse partis non est habenda pro veritate, nec videtur sufficiens ad condemnationem requirentem confessionem, vel plenam probationem, ita quidem in proprijs terminis tutatur *Caball. resolut. criminal. cas. 82. à num. 14 cum seq. Magon. decis. Lucens. 91. num. 7. & seq.* vbi quòd nisi constet
6 de delicto confessione delinquentis, minimè proceditur ad condemnationem respectu interesse partis, sequitur *Gratian.* qui alios cumulat *discept forens. tom. 3. cap. 525. num. 18.*

7 Et quamuis *Costa in tractat. de Remedijs subsidiarijs Remed. 51. & Guazzin. in tractat. de pace quæst. 42. part. 1.* cum contraria transiuerint sententia, quam ex nostris Regnicolis sectati sunt *Pascal. in tractat. de Patria potestat. part. 4. cap. 3. num. 38. & Capiblanc. in pragmat. 6. num. 105 de Baron. tom. 1.*

8 Tamen primam opinionem vti veriorem agnouerunt nouissimè *Reg. Rouit. decis. 67.* & benemeritus Iudex, & Commissarius generalis contra delinquentes *Merlin. controuers forens. cap. 19.* qui cum satis neruosè, & mordicus illam tutentur, & singulis Iuribus pro altera parte adductis, & Doctorum authoritatibus citatis latiori culamo respondeant illorum remissione contentus meum requiescere facio, *vide* ibi quia non pigebit, nam omnia adamussim cumulata reperies.

SVMMARIVM.

1 *Iudex lata sententia prohibetur super interesse pronunciare.*

2 *Lata sententia Iudicis officium expirat etiam circa accessoria, nisi eadem die velit supplere, quia potest, & quare, num. 3. 4. & 5. item si sententia se referat ad Instrumentum, in quo interesse est promissum, num. 6.*

7 *Relatum est in referente.*

8 *Delegatus Principis lata diffinitiua sententia non pronunciat.*

9 *Interesse quod debetur Iure actionis etiam lata sententia peti potest & quare, num. 10.*

11 *Interesse quod debetur Iure actionis peti potest ab eo qui recepit sortem absque protestatione.*

12 *Iudex non condemnans ad interesse & fructus petitos censetur reum absoluisse.*

13 *Condemnatio iuxta petita continet etiam fructus si in petitione sint deducti.*

14 *Absolutus ab expensis non censetur absolutus à damnis, nisi damna veniant officio Iudicis, num. 15.*

16 *Condemnatus ad expensas censetur condemnatus ad damna.*

17 *Damnorum appellatione in sententia, quæ damna veniant.*

18 *Iudex quando possit reum ad fructus non petitos condemnare.*

19 *Expensæ post sententiam, quando peti possint.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si post latam diffinitiuam sententiam condemnentur ad interesse, & expensas.

GRAVAMEN CXV.

IN Subditorum resultat grauamen, si post latam diffinitiuam sententiam condemnentur ad interesse, & expensas.

1 Quoniam stat vetitùm Iudicibus lata sententia super interesse pronunciare, *Innoc. in c. grauis de Restit. Spoliat. Stac. de sent. & Re Iudic. glos. 14. qu. 17. nu. 16. Thes. dec. 135.* quia lata sententia Iudicis officium expirat, *Bal. in l. cum propriat num. 6. l. C. si quis Alter. Boer. dec. 18. Peregrin. de fideicommiss. artic. 49. num. 147. Cornazzan. decis. 110. num. 9. Anna consil. 24. num. 4. Reg. de Pont. cons. 28. nu. 13 Cencius de censibus part. 3. cap. 2. num. 18. & sequ.* nouissimè *Merlin. controuers. forens. cap. 20.* vbi ex *cap.* Regni, si de furto probat, quòd post latam sententiam

Digitized by Google

3 tiam diffinitiuam cessat omnino Iudicis officium, ita vt nequeat in accessorijs se
4 intromittere, nisi tamen eadem die vellet super his illam supplere qui id in-
5 continenti videtur factum, ex *l. Paulus, & l. Iudex postea quam ff. de re Iudic. l. terminato C. de fruct. & lit. ex pens. Abb. in cap. sepe in fin. de Appellat. Marant. in prax. part. 3. part. 6. num. 31. addo Surd. cons. 340.*

6 *Et Thesaur.* mox allegata *decis. 135. Sub num. 1.* testatur fuisse dictum per *Senatum suum Pedamontanum* esse veram principalem conclusionem supra firmatam, sed illam pariter cessare quoties sententia se referret ad Instrumentum, in quo emptor promisisset soluere principale cum omnibus damnis, expensis, & interesse, quia tunc sententia
7 videretur relatiua ad Instrumentum, & relatum, est in referente *l. asse toto ff. de hared. instituend.* & ita testatur iudicatum in causa Sauosi Taurinensis de anno 1588. de Mense Octobris sub die Octauo referente Senatore Guerillo, monens Iudicem semper clarè debere loqui in sua sententia vt vel absoluat, vel condemnet conuentum in huiusmodi accessorijs, ne de lite lites oriantur.

8 Quare extra hos duos casus non esse audiendam partem interesse petentem, nisi coram Iudice Appellationis annuit *Merlin. cit. controuers. 20. num. 5.* præcisè si Iudex, qui sententiam tulit sit delegatus, cum eiusdem iurisdictio lata diffinitiua sententia totaliter extincta remaneat, *Bald. in l. si vt proponis C. quo modo, & quando Iudex Ioan. Andr. in cap. in litteris de offic. Delegat. Tiraquell.* qui alios iuxta morem secum vehit, *in l. Bonus §. hoc sermone limit. 21. de verbor. significat.* quibus, iungo *Illustrissimum Episcopum Rice. collectan. decis. 1474.* quamuis delegatus esset Principis, & nulliter iudicasset, *Capic. decis. 19. in fin. Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 42. num. 30. Giurb. consil. crimin. 39. num. 8. & seq.*

9 Sed aduertere minimè prætermittam quod vbi sumus in interesse, quæ debentur iure Actionis tunc etiam lata sententia, pro fructibus, & alijs accessorijs agi potest, quoniam illi sunt stipulati de perse nec veniunt accessoriè, & petuntur iudicio separato, adeò quod huiusmodi peti possunt ab eo, qui absque
11 protestatione sortem recepit *Bar. in l. fin. num. 3. ff. de eo quod certo loco, Gratian. qui alios adduxit forens. discept. tom. 1. cap. 33. num. 13.* annuens sic fuisse determinatum in Romana Rota, negari enim nequit quoad soluentem dici sortem prout indistinctè probat *Medic. cons. 32.*

At hæc dicas verum, vbi fructus in dicto Iudicio petiti non fuissent, quia alias secus esset, quoniam Iudex con-
12 denando Reum ad Rem intelligitur absoluisse à fructibus, & Interesse vt docet *Alexander in l. properandum § fin autem il 2. num. 6. C. de Iudic.*

13 E vbi condennatio esset facta iuxta petita, & in petitione essent deducti fructus, & interesse tunc condennatio sequta contineret illa *Marilian. decis. 32.*

14 Et hac, occasione obseruabis absolutum ab expensis non esse ab soluendem à damnis *l si tutor, & ibi Glos. ff. de Author. Tutor.* latè videndus *Surd decis. 261.* vbi etiam quando damno veniant expensarum appellatione.

15 Declara tamen, quòd vbi damna venirent officio Iudicis, si Iudex absoluerit ob expensis censetur pariter absoluere à damnis, *l. ediles §. sed sciendum. ff. de edilit. edict. l. 4. §. hanc autem ff. de damn. infect. Guid. Pap decis. 405.* vbi licèt non fuerint petita, & adducta, *The-*
16 *saur. decis. 67.* vbi condemnatus ad expensas ad damna condemnatus censetur, qui pariter firmat appellatione
17 damnorum in sententia venire solùm damna intrinseca, scilicet illa, quæ circa litem sunt necessaria, vt expensæ Aduocatorum, & Procuratorum, Scribarum, Actuariorum, & similium, *Gaill. obseruat. 151. libr. 2.* de quo tamen vide *Menoch. de Arbitr. Iudic. casu 154. lib. 2.*

18 Et Iudex quando possit Reum ad fructus non petitos condemnare, vide *Annam sing. 275.*

16 Et quando expensæ post sententiam possint peti, declarat *Trentacinq. var. resolut. libr. 2. Resolut. 1. sub tit. de expensis.*

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Tondere barbam est grauamen, quia infert iniuriam, & num 8.*
2 *Vassalli grauantur, quando contra eos vti reos decernitur, vt tondatur barba ad finem recognoscendi à testibus, declara vt num. 5. & 6.*
3 *Appellatio permittitur à decreto tõdendi barbam reo ad effectum recognoscendi à testibus, quia infert grauamen irreparabile, & num. 12.*
4 *Marta cons. 111. declaratur.*
7 *Appellatur ab Interlocutoria quando infertur grauamen irreparabile.*
9 *Barba licèt non sit membrum ad operandum destinatum, tamen est membrum formale, sine quo corpus nostrum est deformatum.*
10 *Barba appellatione membri continetur.*
11 *Grauamen dicitur irreparabile, quando continet factum quod infectum haberi non potest.*
13 *Iudex quando pronunciat benè appellatum remanet Iudex in negotio principali.*
14 *Iudex deputatus quando est suspectus tota Curia deputantis est suspecta.*
15 *Iudice deputato existente suspecto, tota Curia iudicantis est suspecta.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando contra eos vti Reos fit Decretum, vt tondatur barba ad finem recognoscendi à Testibus.

GRAVAMEN CXVI.

1 TOndere barbam est grauamen, quia infert iniuriam, *Bal. in tit. de pace tenenda num. 8. & ibi Affict. in §. si quis aliquem num. 1.*

2 Vnde Vassalli regulariter grauantur, si vti Rei eisdem tondatur barba ad finem faciendi recognitionem à Testibus.

3 Hinc nouissimè *Marta consil. 111.* tutatur, Appellationem permitti à decreto tondendi barbam Reo ad effectum recognoscendi a testibus, quia infert grauamen irreparabile.

4 Cæterùm hanc sententiam simpliciter veram sẽper esse minimè agnosco, sed illam in duobus casibus claudicare præsentio.

5 Primus casus est, quando testes deponerent contra inquisitum tempore quo esset imberbis, quia si fuisset captus, deinde post natam barbam ad faciendam recognitionem posse abradi mihi suaderem.

6 Secundus casus est, si Testes deponerent, quòd tempore patrati criminis inquisitus erat rasus pilis, quia tunc poterit, & pariter antequam recognitio fiat expilari barba.

Nec erit grauamen inductum contra requisitum, cum recognitio, vt valide substineatur debet fieri in eo statu, & modo, quo Reus recognoscendus reperiebatur tẽpore commissi delicti, & vti a testibus fuit visus, alias enim daretur ansa, vt recognitio suum non sortiretur effectũ, quia negari suaptè nequit Barbam mutare faciem hominis, ita quòd visi imberbes post ortam barbam visus speciem mutare, & facile cognosci non posse, & tali modo vt diuersi appareant

Quare meritò *Marta* in facto, quod supponit *in d. cons.* dicit, inquisitum tam tempore delicti, quam tempore sui constituti semper habuisse barbam cum pilis, vt cernitur ex eius dictis, quæ ad verbum hic referre placuit, & sunt quæ sequuntur.

Digitized by Google

Inquisitus de homicidio vocatus à Curia se præsentauit in carceribus, & tam tempore delicti, quàm tempore sui constituti semper habuit barbam cum pilis more virotum nobilium, sed quia vnus ex testibus illum nominat per nomen proprium, & dicit eum esse imberbem, D. Iudex pro recognitione facienda mandauit dicto earcerato abradendam esse barbam, & de facto ita per barbitonsorem fieri fecit.

A quo actu tonsionis barbæ tamquam inferentis ignominiam, & preiudicium respectu recognitionis ipse inquisitus appellauit, & supplicauit committi causam appellationis, cum hoc non de iure.

Quoniam certa & indubitata conclusio inter Doctores firmata est, quòd
7 ab interlocutoria appellatur, quando infert grauamen irreparabile, *Cyn. in l. ante sententiam C. quorum appellat. non recip. & ibi Bartol. num. 2. Paul. de Castr. num. 2. idem Bart. in l. 2. in princip. & num. 2. ff. de appellat. recip. vel non Bald. in l. 2. num. 4. vers. modò quæro, C. de Episc. Aud. Franch. in cap. super eo in l. 2. num. 2. & 4. de appellat. Marant. in suo speculo part. 6. vers. & quandoque appellatur num. 308.* Et alij plures ad hoc allegati, & per *Scacc. in tractat. de appellat. quæst. 17. membro 7. num. 24.* Et ita fuit iudicatum, *Guid. Pap. in decis. 75.*

8 Sed tondere barbam est grauamen, quia infert iniuriam, *Bald. in tit. de pace tenend. num. 8. & ibi Afflict. in §. si quis aliquem num. 1.* quia *Bald. in l.*
9 *reus num. 6. C. de Accusat.* vbi quòd licèt barba non sit membrum ad operandum destinatum, tamen est membrum formale, sine quo corpus nostrum
10 est deformatum, ideo continetur appellatione membri, & sequitur *Imol. in l. 2. num. 6. versic. quia dat formam corpori, & num. 7. vers. 7. versic. & per prædicta patet ff. de de public. iudic. Angel. in tractat. de malefic. in verbo membrum num. 3. & num. 7.*

11 Item est grauamen irreparabile, quia continet factum, quod cum infectum haberi non possit, ideo dicitur irreparabile, *Rebuff. de sentent. execut. art. 10. Glos. num. 13. vers. 2. tom. 1. Lancellott. de attentatis part. 2 cap. 12. de attent. pendente appellat. limit. 1. num. 9. Scacc. de appellat. quæst. 17. limitat. 47. membr. 1. num. 94.*

12 Quod factum infert iniuriam ipsi tonso, & facit illi præiudicium respectu recognitionis faciendæ per testes, & licèt respectu secundi possit separari per sententiam diffinitiuam, tamen quia dicta recognitio est annexa cum facto irreparabili tonsionis barbæ, ideo respectu illius permittenda est appellatio.

13 Et quando iudex pronunciat benè appellatum, tunc ipse remanet Iudex etiam in negotio principali, *capit. vt debitus de appellat.* & probant *Misinger. obseruat. 46. part. 4. & Gaill. obseruat. 131. part. 1.*

Sed quia Iudex qui ita grauauit est deputatus ab Episcopo, ideo ab eo Iudice non est appellandum ad eumdem Episcopum, quia quando Iudex
14 deputatus est suspectus, tota curia deputantis est suspecta, *Dec. in cap. 1.*
15 *num. 78. in 2. lect. de Iudic.* vbi quòd Capitaneo existente suspecto tota Curia iudicantis est suspecta.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Habens remedium ordinarium non debet vti extraordinario, intellige vt num. 2.*

3 *Barones pro introitibus feudalibus quod remedium habeant, & an possint incusare obligationes, & Instrumenta super locatione introituum feudalium factas, num. 4.*

5 *Barones dum possunt habere intentum suum absque subditorum interesse, peccant contra charitatem contrarium agendo.*

6 *Baro grauat Vassallos, si incuset obligationes, & exigat pœnas quãdo potest exequi realiter & personaliter pro introitibus Baronalibus.*

7 *Creditor malè agit, & versatur in dolo, si potest satisfieri super reviliori, & facit vendi rem pretiosiorem.*

8 *Creditor licèt habeat omnia bona obligata, non tamen potest de illis ad sui arbitrium disponere.*

9 *Text. in l. creditoris arbitrium ff. de distract. pignor. declaratur, & ornatur.*

10 *Attendi debet quod minus præiudicium & onus appertat.*

11 *Licitator in dubio tenetur ad eam satisfactionem, à qua minus oneratur.*

12 *Clausula (præsenti pecunia) apposita in licitatione facta in publica subhastatione non admittit solam solutionenem in pecunia numerata, sed etiam in alia de Iure promissa, & fieri solita.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si dum Barones pro Introitibus feudalibus, quas ip sis locauerunt contra eos possunt exequi realiter, & personaliter, hoc non obstante incusent obligationes, & liquident Instrumenta pro tali causa facta, & pœnas soluere permittant.

GRAVAMEN CXVII.

1 STat Regula communi calculo recepta, habentem ordinarium remedium non debere extraordinario vti, *l. quædam in princip.* ibi, *quia ad id consequi. & c. ff. de edend. l. cum sine ff. de Carbon. & in terminis restitutionis tex. est in l in causæ ff. de Minor.* sicque firmarunt *Maurit. de in integr. Restit. cap.* 11. *Zazi libr. 1. Responsor. cap.* 20. *Christophor. de Paz in schol ad leg. Styl. l.* 171. *Alphan. collectan.* 755. *Caldas Pereira in l. si curatorem habens in verbo per quod prisinum num.* 16. *C. de in integram Restit. Cardin. Tusc. conclus.* 182. *lit. O. Sfort. Odd. de restitut in integrum par.* 1. *quæst.* 17. dicens tamen id procedere vbi Remedium extraordinarium non esset vtilius ordinario sequitur *Pinell. in l.* 2. *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 19. *C. de Rescindend. vendit. & Morla in Empor. Iur. part.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 3 *num.* 12.

3 Vnde cùm pro introitibus feudalibus Baronibus competat remedium vt possint facere exequi realiter, & personaliter, quamuis pro locatione ipsorum habeant obligationes, & instrumenta confecta à Ciuibus, & Subditis, non de-

4 bent incusare, nec liquidare illa, & pati quòd vigore incusationum, & liquidationum factarum Vassalli soluant pœnas, quod si faciant grauare videntur saltem ex non charitate proximi, quia dum possunt habere intentum absque tãto interesse subditorum peccant contra charitatem cõtrarium agendo semper, inquam, illa est capienda via, per quam minus proximo fiat damnum, certijque interesse quo ad possibile est euitandum & extraordinaria via non

est

Digitized by Google

est inredendum quando per ordinariam iri potest, si per illam proximi præiudicium eueniat.

6 Hinc cum Vniuersitas Terræ Olueti conquereretur, quòd suus Baro exequi intendebat pœnas ortas ex incusationibus Obligationum, & Instrumentorum liquidationibus factis per Ciues in beneficium ipsius pro introitibus feudalibus, quos ab ipso conductos tenebant, & peterent quòd abstinerent ab exactione dictarum pœnarum, dum Baro ipse pro dictis debitis feudalibus habebat executionem realē, & personalem, extitit prouisum die 8. Mensis Martij 1591. per Consiliarium Carolum Fenitium Commissarium deputatum licere exequi contra Vassallos absque noua incusatione penès Sarnum Actorum Magistrum, vt in processu grauaminum dictæ Terræ fol. 13.

7 Conducit *Glos. in l. quamdiù C. de distract. pignor.* dum docet creditorem male agere & in dolo versari dum potest ex vna re viliori satisfieri cum minori incomodo & interesse possibili, & vendit rem pretiosiorem, *Bald. consil. 75. num. 2 vol. 1. Dec. consil. 235. num. 17. Ang. in l. 2. in fin. ff. de qui potior. in pign.*

8 sequitur *Marta dec. 130.* vbi quòd licèt creditor habeat obligata omnia bona, non tamen potest ad eius libitum de illis disponere, cum creditoris arbitrium debeat esse regulatum, *Reg. de Ponte de potestat. Proreg. in Rubric. de Assens. Reg. super dot. num. 38. Ioan. Vincentius de Anna allegat. 141. Gam. decis. 40. Minad. decis. 13. Manent. decis. Mant. 62. Amat. consil. 95.* vbi etiam quòd *Text. in l. creditoris arbitrio ff. de distract. pignor.* ad cuius ornatum plura *Castil. decis. 98. & Trentacinque var. resol. tit. de pignoribus resolut. 5.* non procedit, quando electio in tertij preiudicium tendit *Anna cons. 63. & 76.* vbi plura cumulat.

Rursus confert, nam id quod minus præiudiciū, & onus apportat est attēdendū ad *glos. in l. si ita fit adscriptum in fin. ff. de leg. 1. & in l. semper in obscuris ff. de*

21 *Regul. Iur. vigore cuius regulæ nouiter fundat Reg. Rouit. decis. 31.* licitatorem *in* dubio ad eam satisfactionem teneri à qua minus onerantur, ita quod clausula (præsenti pecunia) apposita in licitatione facta in publica subhastatione a licitante, non importat solam solutionem in pecunia numerata, sed etiam admittat aliam solutionem de iure permissam, & fieri solitam, sicque dicit iudicatum, quod & pariter fuit approbatum per Rotam Romanam, vt apud *Ludouis. decis. 28. per textum in l. 4. §. ait Prætor & §. soluisse ff. de Re Iudic. & l. si procurator, §. si ab eo, vbi glos. in verbo soluta ff. de Iur. Fisci.*

SVMMARIVM.

1 *Vassalli tenentur victualia asportare de loco ad locum, non tamen ad alium locum magis distantem, num. 2. aliàs Vassalli grauantur, num. 3. & quare num. 4.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si obligati ducere Victualia Baronum, aut Vniuersitatum de loco ad locum, cogantur illa asportare ad locum magis distantem.

GRAVAMEN CXVIII.

1 QVamuis Vassalli reperiantur, & sint obligati victualia asportare de loco ad locum pro seruitio Baronum, vel Vniuersitatum.

2 Tamen illa asportare ad alium locum magis distantem cogi nequeunt, quod si Vtiles Domini vel Vniuersitates contra Ciuium volūtatem astringerent ad id agendum vtique grauarent, &

3 existente grauamine liceret Ciuibus, renuere.

Probat enim ex theorica *Bar. Angel. & Paris de Put.* quorum doctrina vtitur illos allegans *Surd. in tract. de Aliment. tit. 1. quæst. 67. num 4. & 5.* Subditos obligatos frumentum asportare, & conducere Reipublicæ de vno loco ad alium posse quidem cogi ad alium locum asportare, & vehere, qui tamen longior non sit. refert, & sequitur *Visconti. in suis conclusion. Iur.* in verbo subditi fol. mihi 264. col. 2.

Digitized by Google

4 Redditur huius Grauaminis ratio, quia patet ad sensum quod augetur seruitutis ius, dum exceduntur limites locorum, in quibus Vassalli sunt obligati asportare Victualia, vel illa vehere, & seruitutis augmentum est inductio noui oneris, quod non potest imponi, nec augeri, vt latius probauimus *tom. 1. Grauam. 1.* vbi est videre.

SVMMARIVM.

1 *Testes examinari debent per Iudices loci ordinarios.*
2 *Vassalli grauantur, si pro ferendo testimonio extrahantur à loco Territorij.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si pro ferendo testimonio extrahantur à loco Territorij.

GRAVAMEN CXIX.

1 TEstes examinandi pro inuestigandis criminibus succesſis, non debent extrahi a loco Territorij, sed eorum depositiones sunt recipiendæ per Officiales ordinarios locorum, quod si secus seruetur grauantur subditi.

Hinc cùm Vniuersitas Terræ Siciniani conquesta esset, quòd Vtilis Dominus dictæ Terræ, & sui Officiales, quando eueniebat aliquis excessus, seu delictum in captura informationis faciebat ire Testes in Terra Sancti Nicandri, distante per quatuor milliaria a dicta Terra Siciniani. Die 30. Ianuarij 1572. per Regium tunc Consiliarium Vincentium de Franchis Commissarium specialiter deputatum pro causis grauaminum dictæ Terræ fuit prouisum, quòd Vtilis Dominus, & eius Officiales non extrahant Testes ab eorum Territorio, sed illos recipi faciant per Officiales ordinarios degentes in loco pęnès de Mõdellis Actorum Magistrum.

2 Quare nostro instituto satisfaciendo potest firmari Regula, Grauamen esse si pro ferendo testimonio Vassalli extrahantur à Territorio.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur si prohibeantur stare in societate, & communione cum fratribus, & filijs Clericis, & vnanimiter massarias facere, dummodo illa non fiant simul in fraudem Baronis, & num. 2.*
3 *Non potest prohiberi quis stare in societate, & communione.*
4 *Societas & cõmunio species est amicitiæ, & fraternitatis.*
5 *Barones prohibentes societates inter filios & fratres Clericos sunt excommunicati.*
6 *Statutum prohibens Ecclesiasticis, quòd nec Diuino nec naturali Iure prohibitum est dicitur esse contra libertatem Ecclesiasticam.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si prohibeantur stare in societate, & communione cum Fratribus, & Filijs Clericis, & vnanimiter Massarias facere.

GRAVAMEN CXX.

1 GRauatam reperio magnificam Vniuersitatem Terræ Pisticij cõtra Baronem, & quia ille, & sui Officiales emanauerant Banna ne seculares starent in societate, & facerent coniunctim massarias cum Clericis, vnde oriebatur, quod fratres, patres laici non po-

poterant habere societatem, cum fratribus & filijs Clericis, & propterea se diuidere cogebantur contra libertatem, & commercium naturale.

Hinc habito de hoc recursu ad Sacrum Regium Consilium existente causæ Commissario Regio Consiliario Cæsare Vitellio fuit prouisum, vt Magnificus Baro permitteret, quòd laici exercere possint Massarias cum Clericis, dummodo non fiat in fraudem dicti Magnifici Baronis pœnès de Caro tunc Actuarium.

3 Non potest, inquam, prohiberi ne quis ilet in communione, & societate,
4 quæ dicitur species amicitiæ, & fraternitatis, ad texum *l. verùm ff. pro Socio, Castrens. cons. 269 lib. 2. Hector Felicius in tract. de societat. in proem num. 20.* quos refert & sequitur nouissimè *Cosa Siculus consil. 58. num. 1.*

5 Quin imò in casu isto Baronem, siuè Officiales tuisse illaqueatos excommunicationis labe non dubitarem cum talia banna saltim indirectè videantur contra libertatem Ecclesiasticam, & in Bulla Cœnę excommunicantur etiam qui indirectè aliquid statuunt contra talem libertatem ex dictis per *Dian. resolut. Moral part. 1 tractat. 2. de Immunit. Eccles resolut. 53. qui in resolut. 57.*
6 firmat statutum prohibens Ecclesiasticis, quod nec naturali, nec diuino iure prohibitum est, dicitur contra libertatem Ecclesiasticam esse, *Mãdell. de Alb. consil. 8. num 3. & 10. lib. 1. Illustrissimus Episcopus Riccius in praxi fori Eccles. resolut. 207. num. 8. part. 3. Filliuccius tom. 1 tractat. 16. cap. 10. quæst. 8. num 271.*

Et in iure prohibitum nõn reperitur, quin laici possint stare in societate cum Clericis.

SVMMARIVM.

1 *Viæ sunt tenendæ mundæ expensis vicinorum.*

2 *Exempti cogi possunt per potestatem secularem ad vias suis expensis mundandas, nec excusantur à pœna & mulcta effundentium amuras per vias publicas. num. 3.*

4 *Vicinis contribuentibus ad sternendam lapidibus viam, etiam Clerici tenentur contribuere, & renitentes compelli per eorum legitimos Superiores.*

5 *Pœna ex Banno pro mundandis vijs si exigatur pro immunditijs supervenientibus tempore statuto, via mundata per vicinos Vassalli grauantur.*

6 *Pœna pro mundandis vijs exigi non debet, nisi pro immunditijs quæ fetorem adducere possunt, & Aeris intemperiem causari.*

7 *Salutis maxima ratio habenda est.*

8 *Homo quantum in se est laborare debet, vt mortem fugiat, maximè tempore pestis, vel eius suspicionis, cùm sit morbus contagiosus num. 9. vbi multa de peste, & quæ seruantur eo tempore.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si cogantur soluere pœnam ex causa Immunditiarũ repertarum in via ante eorum domus, postquam illam mundauere tempore debito, vel pro Immunditijs, quæ non causant fetorem, & impediunt viam.

GRAVAMEN CXXI.

RAtionabilia sunt Banna pœnalia mandantia, Vias esse tenendas mundas, & ne in eis immunditiæ effundantur, & Vicinos in ea parte in qua tales immunditiæ reperiuntur, ad pœnam esse obligatos.

1 Viæ enim sunt tenendæ mundæ Vicinorum expensis *Mexia in Pragma-*
2 *tica taxæ panis consuf. 5. num 70.* vbi probat etiam personas alias exemptas posse cogi per secularem potestatem repa-

Digitized by Google

reparare viam ante domum, & itineris pertinentia sua mundare facere suis expensis, quod dicit notandum in praxi circa ordinationes Hispalenses, Para que non ecchen Agua, suzia por las calles ni otras immundicias, & ad mandata Præfecti Vrbis Hispalensis pro mundandis per vicinos viarum suis pertinentijs, vt ab his mundicijs nulli etiam exempti excusentur, nec à pœna & multa effundentium amurçam per vias publicas meminit nouissimè *Dian. resolut. moral. part. 1. tract. 2. de Immunitat Ecclesiastic. resolut. 75.* Vbi tamen firmat, quòd si vicini omnes contribuant ad sternendam lapidibus viam, quæ est ante ianuas ipsorum, etiam Ecclesiastici habentes ibi domum teneantur contribuere, & si fuerint renuentes posse per suos legitimos Superiores cogi vt fundarunt *Molin. in tractat. de Iustit. & Iur. tom. 3. tractat. 2. disput. 272 num. 5. Layman in summ. Theolog. Moral. libr. 4. tractat. 9. cap. 1. num. 7. Salas de legibus disput. 14. sect. 9. & sect. 11. num. 114.*

3

Vnde cùm in pertinentijs Pausilipi in hac Ciuitate Neapolis esset ampliata, & accommodata via, Clerici vicini fuerũt conuenti pro contributione in Curia Archiepiscopali.

5 Cæterum subintraret grauamen, si ex causa banni emanati vt supra fieret executio pœnæ, quando tempore deputato essent mundatæ viæ, per Vicinos, & postea superueniissent aliæ immunditiæ, vt reperio determinatum ad fauorem Magnificæ Vniuersitatis Pistitij per Regium Consiliarium Vitellum causæ commissarium die 23. Mensis Martij 1568. dum infrascriptum grauamen tenoris sequentis esset oblatum per hæc verba.

Item, s'aggraua detta Vniuersità di detto Magnifico Barone, & suoi Officiali, che pretendono contra ogni douere fare exigere la pena, quando trouano mondezze alle strate, ancora ch' habbiano scopato al tempo deputato dette strate, e che quando trouano dette mondezze non sia giorno di scopare, & annettare dette strate, se supplica de opportuna prouisione, che detto Magnifico Barone, & suoi Officiali non possano leuare pene, se non quando trouassero mondezze in dette strate nelli giorni deputati a scoparle, & non in altro giorno.

Prout similiter per eandem Magnificam Vniuersitatem fuit in hac materia aliud porrectum grauanem per sequentia Verba.

Item, s'aggraua detta Vniuersità, che detto Magnifico Barone, & suoi Officiali fanno exigere le pene, quando trouano alle strate alcune scorze de cetrangoli, ò fronde di cauli, pretestu, che sia lordità contra l'antiqua consuetudine di detta Terra, quale è, che non s'esiga pena, eccetto per le mondezze corrupte, e che potessero de facili corrompere l'aire, se supplica d'opportuna prouisione, che s'astenga dalle cose predette, & s'osserui il solito.

Et per eumdem Regium Consiliarium Vitellum, causæ Commissarium extitit prouisum, vt pœnas contenta in banno minimè exigatur, nisi pro immunditijs, & sordibus causantibus fetorem, & impedimentum viæ pubicæ,

6 Ita quòd non pro omni immunditia poterit exigi pœna, sed pro illa quæ fetorem adducere poterit, ex quo posset

7 causari Aeris intemperies, & Ciuium salutis nocumentum cui est habenda maxima ratio, vt *in l. sed sciendum ad fin. ff. ad Senat. Consult. Trebell. Gabali. resolut. crimin. cas. 12.* vbi quod salutis humanæ

8 est habenda ratio, & homo quantum in se est laborare debet, vt mortem fugiat, *cap. si nulla 23. quæst 8.* quod eo maximè dicit aduertendum tempore pestis, vel eius suspicionis, cum sit

9 morbus acutissimus, & contagiosus omnes alios superans, *cap. sicut, & ibi DD. de simon.* & ob id magnopere fugienda *cap. negotiatorem Clericum 88. distinct.*

Hinc tempore quo pestilentia viget, vel de ea suspicio est, plurima solent & vidimus emanari edicta, & banna mandantia

Digitized by Google

dantia nonnulla fieri, vel non fieri, per quod Aer malus, & corruptus purgetur, vel si bonus & salubris sit, conseruetur, nec corrumpatur vt apud *Ripam in particulari tractat. de peste tit. de Remed. præseruatiu. & in tit. de Remed. curat.*

Et tempore pestis possunt infecti, seu suspecti ipsis inauditis, & indefensis de suis domibus eijci, & bona eorum mobilia, in quibus pestis de facili conseruari solet, vt sunt lecti, pelles, & cartæ, comburi mandari, vt latè probat *Peguer. decis. 11.* vbi quòd conuenit Reipublicæ vt talis morbus citò eradicetur, ne ob moram plebs contaminata contristetur.

SVMMARIVM.

1 *Ordinario Capitaneo suspecto potest per Baronem delegari causa.*
2 *Baro non potest causam commissam ad se abdicare, & alteri committere, aliàs grauat, num. 4.*
3 *Præses Sacri Consilij non potest reuocare commissionem semel factam.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones commissionem causæ factam alicui Doctori nulla præcedente partium instantia reuocant.

GRAVAMEN CXXI.

1 EX causa suspicionis Ordinarij cuiusdam Terræ Capitanei cum per Baronem ad instantiam partis esset cõmissa expeditio causę Doctori de Conuicinio, quo in casu licere non est ambigendum, vt probauimus *tom. 1. grauam. 201. in fin.* superuenit deinde reuocatio commissionis supradictæ, & in alterius personam facta, nulla existente amborum partium instantia, quare fui consultus, si licito iure poterat id agere Baro.

2 Et absque hesitatione voce respondi minimè licuisse tali Baroni abdicare iam concessam commissionem, dum nulla noua causa superuenerat, nec partes institerant, quibus per electionem erat iam ius acquisitum, & proinde absque eorum consensu non poterat eripi ex ijs quæ larga manu reportuimus in *tom. 1. Grauam. 136.* vbi videas nam non pigebit.

3 Fauet huic opinioni illud simile, quòd Præses Sacri Consilij non valeat reuocare semel datam commissionem, vt annuit modernissimè *Consiliarius Carleual. in tractat. de Iudicijs, & foro competenti libr. 1. tit. 1. disput. 11. quæst. 8. sect. 4. sub num. 1155. ex pragmat 8. §. 3. de Offic. Magistri Iustitiarij*, vbi sancitum est, quòd postquam causa reperitur commissa Iudici, per ipsum est terminanda, nisi subsit aliquod iustum impedimentum

4 Quare grauamen erit, quoties nullius ex partibus instantia præcedente, nec existente legitimo impedimento, commissio facta alicui Doctori à Barone reuocetur.

Indè meritò recepta mea consultatione, habendo forsitan scrupulum idem Baro procurauit, & fuit contentus, quòd Doctor, cui prius fuerat commissa causa ad expeditionem procederet.

SVMMARIVM.

1 *Satisdare qui non potest, quia fideiussorem non reperit, admittitur ad iuratoriam cautionem.*
2 *Iuratoria cautio quando fideiussor non reperitur admittitur etiam in criminalibus, sed pro leuibus delictis, & quando inquisiti non sunt valdè grauati, num. 3.*
4 *Obtinens sententiam assistentiæ, si non habeat fideiussores admittitur ad iuratoriam cautionem.*
5 *Iudicis arbitrio relinquitur an quis sit*

Digitized by Google

sit admittendus ad iuratoriam cautionem, & non admissus non grauatur.

6 *Obligatus dare idoneam cautionem non admittitur ad iuratoriam.*

7 *Cautio idonea dicitur fideiussoria vel pignoratitia, non autem iuratoria.*

8 *Cautio iuratoria an & quando sufficiat in iudicio, quo metuat vxor virì seuitiam.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si quando sunt impotentes, & fecerunt diligentiam reperiendi Cautionem, nec reperierint ad iuratoriam non admittantur.

GRAVAMEN CXXIII.

SI quando Vassalli, qui sunt impotentes, & facta diligetia reperiendi cautionem, quam præstare tenentur, illam minimè reperiant, & admitti ad Iuratoriam petant, non possunt quidem absque grauamine excludi.

1 Propter enim impotentiam satisdandi, quis admittitur præstando iuratoriam cautionem per quam se, & sua bona obligat, cum quoties fideiussio non reperiatur cautio iuratoria concedatur, nam qui non potest satisdare, eo quia non reperit fideiussorem, iurata prius per eum impotentia, admittitur ad iuratoriam cautionem, *l. 1 §. super C. de Assert. tollend. §. si verò crimen Auth. vt null. lud. l. fi. fideiussor §. si necessaria ff. qui satisdar. cogantur, §. sed hodie Institut. de satisdat. l sancimus, C. de Verbor. significat. Auth. generaliter & ibi DD. C. de Episcop. & Cleric. cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. cap. fin. de sentent. excommunic. in 6.*

Hinc in Regia Audientia Apuleæ vidi seruari, quòd quando miseri inquisiti
2 maximè exteri, qui erant liberati in forma nouis superuenientibus indicijs, facta diligentia non reperiebant fideiussores, admittebantur ad hanc iuratoriam, cùm & in criminalibus concedatur huiusmodi cautio, *Marsil in Rubric. de fidei ssor. num 66. Boss. in praxi tit. de carcer sed commit. num 7. cum seq. Foller. in fragment. crimin. tit de fideiussoribus num. 265.* vbi testatur sic millies vidisse practicari in Magna Curia Vicariæ, quamuis *Clar.* id putet verum, vbi essemus in leuibus delictis, vel carcerati non essent valdè grauati in processu, sequuntur eum *Farinace. in practic. criminal. tit de Carcer. & Carcerat. quæst. 33. num 46.* & nouiter *Pyr. Maur. Arretin. in tractat. de fideiussor. cap. 25. num. 24.* qui cùm satis abundè post cæteros hanc materiam iuratoriæ cautionis ibidem per ampliationes, & limitationes pertractet calamum circa illam relinquo eo magis cum perplura adduxerim *forens. quæst. 165. tom. 1.* dum ibi tutatus
4 sum, quod obtinens sententiam assistentiæ si non habeat fideiussores debeat admitti ad hanc iuratoriam cautionem.

5 Vnùm tamen non omittam dicere, quòd quando quis ad hanc cautionem admitti debet satis à Iudicis arbitrio dependet, qui ex iusta causa poterit denegare illam nec grauabit, *Gomez de delict. cap 6. num. 17. Menoch. de arbitr. Iudic. libr. 2 cas. 140 num. 2. Moron. de tregua & pac. quæst. 170. num. 31. & alij apud Farinac in practic. crimin. tit. de Var. & diuers. crimin. quæst. 107. num. 39.*

6 Prout cessabit grauamen, si quis esset obligatus dare idoneam cautionem, quia tunc non posset admitti ad iuratoriam, cum cautio idonea dicatur fideiussoria, seu pignoratitia, non autem iuratoria *l si mandato Titij §. ff. fin. Mãdat. Glos. in cap. ex transmissa de restitut. spoliat. Cotta in Memorabilibus in verbo cautio idonea Duen. reg. 86 Gratian. forens. disceptat. tom. 1. cap. 147. num. 22. D. Riccius in praxi resolut. 254 part. 1. in paru. Falcon. Reg. 192. Sousa in Relect. Bullæ Cenę cap. 23 disput 98.*

8 Hinc dum sufficiens de iure sit necessaria cautio, quando coniux probabiliter timet de seuitia viri, vt *vt in cap. litteras ibi, Alioquin sufficienti de restitut. spoliat.* non grauabit Iudex, non admittendo iuratoriam, quia cautio fideiussoria, vel pignoratitia desideratur *Glos. in cap. ad audientiam 23. quæstion. 1.*

Caual.

Digitized by Google

Caual. tomitan. contra commun. quæst. 66. num. 9. & 10. & post alios *Sanchez de Matrimon. libr. 10. disput. 18. num. 40.* vbi tamen *num. 42.* fundat, quòd si vir sit discretus, & emendatæ vitæ, ita vt Iudex arbitretur attenta seuitia probata, & circumstatijs concurrentibus satis consuli vxoris incolumitati iuramento præstito non esse necessariam aliam cautionem.

Vnde meritò cùm ex defectu fideiussorum pro summa vnciarum quinquaginta ordinata per Regiam Audientiam Capitinatæ à carceribus non potuisset inquisitus quidam liberari, porrecto memoriali in tribunali Regiæ Audientiæ Capitinatę fuit per Dominos Auditores ordinatum, vt admitteretur ad talem, qualē non obstante Fisci patroni cōtradictione apud Mancinum Actuarium.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur vbi non admittuntur ad cautionem talem, qualem quando ex eorum impotentia nequeunt reperire fideiussores pro summa in cautione ordinata.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, vbi non admittuntur ad cautionem talem qualem, quando ex eorum impotentia nequeunt reperire fideiussores pro summa in cautione ordinata.

GRAVAMEN CXXIV.

1 MVltoties accidit, quòd subditi inquisiti non possunt modo aliquo præstare cautionem pro summa ordinata à Iudice, & impediuntur propterea è carceribus exire, ob quod petunt admitti ad talem, qualem cautionem, ad quam si in tali casu non admittantur, vtique grauantur ex theorica *Io. Mill. in sua prax. crimin. in verbo Andreas Irus num. 8. & 9. pag. 150.* vbi quòd quando aliquis inquisitus non potest præstare fideiussores pro summa ordinata præstabit tales, quales potest, refert, & sequitur *Poller. in fragment. crimin. tit. de fideiussoribus num. 265.* vbi testimonium perhibet se ita practicasse tempore suo, & vidisse practicatum in Magna Curia Vicariæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudex vltra petita iudicans putatur fatuus,*
2 *Iudex iudicans secundùm causam probatam, & non deductam iudicat vltra petita incurrit stultitiæ notam, & grauat.*
3 *Sententia vt valeat debet esse conformis libello:*
4 *Verba obscura sententiæ interpretantur secundùm conclusionem libelli.*
5 *Libelli conclusio potius attendi debet quàm narratiua, vel articuli.*
6 *Sententia in criminalibus potest esse vltra petita, & fauore piæ causæ & Ecclesiæ, num. 7.*
8 *Iudex an possit condemnare partem ad interesse, fructus & expensas, quamuis non petantur ex clausula Ius, & Iustitiam ministrari, & quare num. 9.*
10 *In Regno sententiæ de facto feruntur difformes à libellis, quia proceditur summariè.*
11 *Sententiæ difformes à libellis possunt ferri, vbi proceditur summariè.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando vltra petita condemnatio sequitur.

GRAVAMEN CXXV.

1 INquis. Imperator *in l. fin. C. de fideicommiss. libert.* fatuum reputari Iudicem

Digitized by Google

dicem vltra petita iudicantem, vt etiam elicitur ex *l. vt fundus ff. comman. diuid.* & notant *Azeued. in l. 10. num. 315. cum seq. tit. 17. lib. 4. Recopilat. Vant. de Nullitat. tit. ex defectu proceſſ. num. 97. Barboſ. in l. ſi cum dotē num. 44. ff. ſolut. matrimon. Barz. deciſ. Bonon. 33. num 9.*

2 Itaquod ſi Iudex iudicet ſecundum cauſam probatam, & non deductam certè iudicat vltra petita *ad textum in cap. licet heli, ibi vt iuxta iudicij formam de ſimon.* & ideo in ſtultitiæ notam incurrit, *Afflict. deciſ 32. num. 1. Valaſc. de Iur. Emphiteut. quæſt. 6. num. 12. in. fin.* & grauare vtique videtur.

3 Vt enim valeat ſententia debet eſſe conformis libello *d. cap. licet Heli, ibi ſententia quoque forma. Soccin. Regul. 442. Balb. deciſ. 298. Barz. d. deciſ. Bonon. 33. num. 9.*

4 Nam verba obſcura ſententiæ interpretantur iuxta concluſionem libelli, *Mascard. de probat. concluſ. 12b. num. 4. Gratian. deciſ. Rot. March. 214. num. 5. & 6. & diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 33. num. 11.*

5 Inde potius debere attendi concluſionem libelli, quàm narratiuam, firmat *Straph. deciſ. Rot. 335 part. 1. & voluit Rota in Tudertina damni dati luna 21. Maij. 1607 coram Sanctiſſimo Gregorio XV. videndus D. Ricc. in deciſ. Cur. Archiep. 5. part. 1.* vbi determinatum teſtatur ſententiam eſſe ferendam iuxta concluſionem factam in libello, licèt narrata in articulis repugnent, de quo tu vide *Annam in allegat. 6. & ſing. 312. & Thor. in compend deciſ. Regn. in verbo libellus debet continere tom. 1.*

6 In criminalibus autem non eſt de eſſentia, quod ſententia ſit conformis libello, imò in plus quàm ſit petitum poteſt Iudex condemnare, *Bonacoſ. commun. opinion. part. 2. in verbo ſententia, Gomez. tom. 2. variarum cap. 1. num. 39. Menoch conſ. 80. num. 44.*

7 Sicque ad fauorem Eccleſiæ, & piæ cauſæ fundat *Genuenſ. in practicabilib. Eccleſ. quæſt. 454.*

8 Et Iudicem poſſe condemnare partem in fructibus, intereſſe, & expenſis licèt illa à partibus non petatur, & hoc ſaltem ex clauſula ius, & iuſtitiam miniſtrari votauit *Guid. Pap. deciſ. 405.* adductus per *D. Ricc. collectan. deciſ. 1019. verſic.* infertur, addo *Bernard. Greu. ad practic. Camer. Imperial. lib. 1. concluſ. 61. conſiderat. 3. num. 4. Miſinger. obſerv. 55. cent. 4. Magon. deciſ. Lucenſ. 53. num. 18. Capic. deciſ. 10. num. 24. Cappella Tholoſ. deciſ. 194. Boer. deciſ. 18.*

9 Videntur enim virtualiter illla ineſſe, dum fit condemnatio reſtitutionis Rei, quo in caſu licet Iudici vltra petita per libellum condemnare, *Panorm. in cap. grauis de Reſtitut. Spoliat. Alexand. conſil. 8. volum 5 Vant. in tractat. de Nullitat. ex defectu proceſſ. num. 97.*

10 Sed quia hæc materia eſt ſatis triuialis, & in Regno hodie tale grauamen non ſubintrat, cum de facto ſeruetur ſententias eſſe diſformes à libello, quãdo ita videtur Iudici, cum in illo ſint omnes cauſæ ſummariæ, quo in caſu id licèt Iudici, *Bar. in extrauagant. ad Reprimend. in verbo videbitur, Aretin. conſil. 83. Gramat. deciſ. 15. num. 13. Carauit. in Rit. 188. num. 10.* quos cum alijs reportat, *Borrell. in ſumma deciſ. tit. de libello num. 130. tom. 1. Miſinger. obſeruat. 44. cent. 1. Crbiſtin. deciſ. Rota Belgic. 30. Caſtill deciſ. 57. Ludouiſ. deciſ. 176. & 270. Gizzarell. deciſ. 68. Manent. deciſ. Mantuæ 51.* & recentius latiori calamo *Merlin in controuerſ. forenſ. 34.*

Ideo amplius circa id me non extendo, ſufficiat adduxiſſe nouiſſimos Authores de articulo tractantes, apud quos Antiquos etiam habebis.

SVMMARIVM.

1 *Alueus à flumine derelictus de publico fit priuati, & prædijs proximioribus accreſcit.*

2 *Incrementum euidens ſumit naturam agri cui coheret.*

Inferre, vt ibidem.

3 *Diminuta re emphyteutica non minuitur penſio.*

4 *Emphyteuta quare ſoluat Canonem.*

5 *Dominium an recipiat augmentum & diminutionem.*

Incre-

Digitized by Google

6 *Incrementum feudali prædio adiectum spectat ad Vasallum.*
7 *Argumentum de feudo ad emphyteusim valet.*
8 *An aucto feude augeatur seruitium.*
9 *Amplia in emphyteusi.*
10 *Incrementum omne acquiritur vicinis possessoribus.*
Amplia, vt num. 11.
12 *Princeps non potest conqueri de expensis factis ob publicam vtilitatem.*
13 *Commodum subditorum proprium existimat princeps.*
14 *Alciat. consi. 69. tom. 2. lib. 5. negat adesse legem concedentem alueum fluminis opera hominis derelictum accrescere prædijs vicinis, & num.* 15.
16 *Alciat. d. consi. 69. num. 2. reprehenditur.*
17 *Alciat. argumentatio in d. consi. 69. retorquetur contra ipsum.*
18 *Alciat. argumentatio vbi supra reprehenditur.*
19 *L. vlt. C. de Alluuionibus declaratur.*
20 *Omne incrementum est reale.*
31 *Ius Alluuionis est de iure gentium.*
22 *Alciat. in d. consi. 69. in alia ratione reprehenditur.*
23 *Curt. iun. consi. 250. consuluit contra Alciat. dict. consilio 69. Curt. sen. consilio 72. Natta consi. 55*
24 *Alciat se subscripsit d. consi. Curt. iun.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando per Augmentum, & Alluuionem Emphiteusis, quam habent à Barone cogantur augere Canonem.

GRAVAMEN CXXVI.

IN quibusdam manuscriptis vidi porrectum grauamen pro parte Vniuersitatis Regni contra suum Vtilem Dominum, dum cogebat nonnullos Ciues ad augendum Canonem Emphiteusis, quã habebant à Barone, sub prætextu quòd Territorium Emphiteoticarium erat auctum per alluuionem, de qua materia multa coaceruant *Vrsel. in conclus. legal. in* verbo alluuio, & *Megal. in promptuar. Theolog. Moral. in eodem verbo. Doring. in Bibliot Iure Cons. eod. verb. Alluuio*, Et per Consiliar. Consaluum Belmundez vti Cõmissarium reperi in tali casu prouisum, Baronem debere abstinere à tali coactione, Banca ibi non refertur, nec de nomine Vniuersitatis fit specialis mentio, ideo hic non refero.

At quia huiusmodi prouisio satis tuta redditur ex scriptis per *Nizzol. allegat.* 40. cuius codex cùm sit rarus placuit illius tenorem hic referre.

Alueus à flumine Entiæ dereli-
1 ctus desinit esse publicus, & iuris priuati factus fuit, & proximioribus prædiis acquisitus fuit *l. adeo. §.*
2 *quod si toto ff de acquir. dom. l.* 1. *§. simili modo ff. de flum* & tale incrementum euidens factum fuit pars agri illius, cui cohæret, & eius similitudinem consequutus fuit, ita si fuit dotalis factus fuit dotalis *l.* 4. *ff. de iure dot.* si empyteuticus factus fuit emphyteuticus, & ad ipsum emphyteutam pertinet. *l. si ego. §. idem ait. ff. de public. act.* Propterea sicut omne damnum contingens in re emphyteutica spectat ad emphyteutam, ita etiam omne emolumentum & commodum spectare debet.. *l.* 1. *C. de iure emphy.* quo fit vt incrementum aluei fluminis Entiæ per diuersionem relicti spectare debet pro rata ad fratres de Boschinis, nulla facta distinctone latentis vel patentis incrementi. *Iason. in l.* 1. *numer.* 79. *C. de iure emphyt. refert. & sequitur Menoch. consi.* 26. *num.* 15. *Pereg. de fideicommiss. cap.* 10 *num.* 23. quia cum possideant prædia penes dictum alueum, fiunt acquisitores ipsius *l. fin. C. de Alluuion.* absque aliqua appre-

Digitized by Google

prehenſione. *Curt. iun. conſi.* 250. *num.* 11.

3 Præterea ſi diminuta eſſet res emphyteutica, nulla fieret diminutio penſionis ipſius. *l.* 1. *& ibi Dd. C. de iure emphyteut.* ratio eſt, quia
4 emphyteuta Canonem modicum perſoluit in recognitionem potius directi dominii, quod penes dominum reſidet, quam in recompenſationem fructuum. *Natt. conſilio quadrageſimonono num.* 23.

Ideo tam diu durat dominium, quam diu durat ſubſtantia rei. *Bald. in dict. leg.* 1. *numer.* 2. *in prima lect. C. de iure emphyteut.* & licet diminuatur fundus, non minuitur ta-
5 men dominium, quia nec plus nec minus recipere poteſt. *Bald. in leg. data opera numero viceſimonono ff. de his qui accuſ.* ita ſi aucta eſt non debet augeri penſio, vt contrariorum eadem ſit diſpoſitio. *l. ſi ex toto in princip. ff. de leg. primo.*

6 Vlterius ſi incrementum feudali prædio adiectum pertinet ad Vaſſallum. *cap.* 1. *§. ſi qui de manſ. & ibi Dd ſi de inueſt. fuer. contr.* ita etiam tale incrementum fundo emphyteutico adiectum debet ſpectare ad emphyreutam, cum de feudo
7 ad emphyteuſin valeat argumentum, quando de iure non reperiatur contrarium deciſum. *Rom. conſi.* 212. *num.* 4. *Iaſon. in d. l.* 1. *num.* 59. *C. de iure emphy. Socin ſen. conſi.* 167. *numer.* 24. *lib.* 2. ſiue tale incrementum ſit latens, ſiue ſeparatum, ſiue patens, accreſcit emphyteutæ. *Ita tenet Aym. de Alluu. lib.* 2. *cap.* 12. *per totum.* Nec per augmentum factum
8 feudo augetur ſeruitium, *vt dicunt Dd. in d. §. ſi quis de manſ.* ita nec emphyteutæ augeri debet penſio, vt æquiparatorum eadem ſit diſpoſitio. *Gloſſ. in l. infantu. C. de curat. fur.*

Adhæc ſi flumen Entiæ aliquas
9 terras ex illis recognitas per dictos fratres de Boſchinis in emphyteuſim à Camera abſtuliſſet, vt eſt natura fluminum. *le fin. C. de alluu.* Camera nollet dictos emphyteutas, ita etiam ſi addiditalias non debet velle lucrum facere, vt contrariorum eadem ſit diſpoſitio. *l. & ſi contra. ff. de vulg. & pup.* & ne etiam velit id cuius contrarium non eſſet poſtulatura. *l. pen. C. de ſolut. l. ſi ea lege Cod. de vſur.* & eſt etiam naturale, quod qui ſentit commodum, debeat etiam ſentire incommodum, & è contra. *l. ſecundum naturam. ff. de. reg. iur. & ibi. DD.*

Nec obſtat quod alueus iſte derelictus fuerit à flumine, non vi fluminis, ſed opere manu facto, & ſic per diuerſionem hominis, quo caſu videtur alueus ſpectare ad proprietarium. *Curt. ſen. conſi.* 72. *in add.* quòniam reſpondetur, quod regula
10 eſt generalis, vt omne incrementum cuiuſuis generis acquiratur vicinis poſſeſſoribus *l. adeo. §. inſula, & §. quod ſi toto ff. de acq. rer. dom. & aperte probatur in l. ſi ergo. §. tribus mòdis, ibi, cum modum qui aluei eſſet. §. eoc & pro regula generali firmat. Curt. iun. conſi.* 250. *num.* 5. *& ſeq.* & procedit etiam quod prin-
11 ceps tale flumen ære proprio diuertiſſet cauſa publicæ vtilitatis, non animo acquirendi antiquum alueum, quia publica vtilitas priuatæ præferenda eſt, & eſt officium boni principis ſic prouidere. *l.* 1. *§. hæc autem omnia. C. de Caduc. toll.* & cum ita lex generaliter & indiſtincte loquitur omnem caſum comprehendit. etiam dato quod maior ratio eſſet in vno, quam in alio. *l.* 1. *§. quod autem ff. de aleę lud. & aleat.*

Nec princeps poteſt conqueri quod fruſtra expenderit ſuas pecu-

nias

Digitized by Google

nias, quouiam satis est quod eius mens habuerit suum effectum, vt scilicet consuleret eius indemnitati & publicę vtilitati, ne fortilitium Brixilli rueret, *vt bene aduert. Soc. iun. consi.* 28 *num.* 36. *vol.* 4.

Quod si nunc vellet pro se alueum antiquum, daret intelligi non feciſſe talem diuersionem vt publicæ vtilitati consuleret, sed eius priuatæ suoq; fisco, eiusque intentionem fuisse lucrum facere. *leg. prima, post princip. Cod. de secund. nupt.* & potius est credendum mentem principis fuisse consulere publico commodo, quàm inseruire eius fisco, ne videatur voluisse damnum adferre illi, qui ex publico commodum esset consequuturus. *l.* §. *merito. ff. ne quid in loc. pub. facit. l. fui. ibi, vel rem noxiam C. de Alluu.* &

13 tanto fortius, quia commodum subditorum proprium existimat Princeps *d.* §. *hæc autem omnia. l. vnic. C. de. Cad. toll.* quare concludendum est, istum alueum Principis, absque tamen eius impensa, vt est notorium, alio transmissum flumen iure Alluuionis spectare ad ipsos vicinos possessores, ac si flumen de se ipso per alium locum transtuliſſet, relinquendo prædictum alueum per regulam generalem. *d. l. adeo.* §. *quod si toto. de acq. rer. dom. cum aliis pluribus supra adductis*, & videntur æquiparari posse isti casus, vel quod diuertat flumen in suum alueum, vel id fiat iussu principis, quia sicut flumen potest se diuertere eius vi, ita & princeps potest illud per alium locum transmittere, & ita æquiparare istos casus videtur Iurisconsultus *in d. l. erga* §. *alluuio. de acq. rer. dom.* vbi dicit, flumina iure censitorum funguntur, & gloss. ibi exponit censitorum, hoc est, iudicum, & si iudicum, multo magis principis, à quo auctoritas ipsorum pendet.

Nec me latet quòd vltra Curt. sen. *in consi.* 72. *respons.* 69. *tom.* 2. *libr.* 5. tenuerit etiam quando flumen dereliquerit alueum operæ

14 hominis, ille alueus derelictus non accrescat prædiis contiguis, cuius tamen rationes si bene considerentur, sunt partim contra leges claras. partim non militant in casu nostro, & respondendo tribus tantum, in quibus tota difficultas stare videtur, dico quod *sub num.* 2. negat

51 Alciat. adesse legem, quæ loquatur de aluei mutatione opera manu facta, & tamen adest *l.* 1. C. *de Alluu.*

16 quæ vult quod non liceat alicui propria auctoritate flumen aliò auertere, ex qua lege arguitur, quod si diuersio fit vel iussu principis, vel eo promittente, quod alueus relictus à flumine remanet vicinis possessoribus, & eo magis procedit, cum ipsa lex in fine hoc dicat. Ergo cum adsit lex clara, frustra disputamus.

Sed posito quod non adsit lex de hoc loqueus, retorqueo argumen-

17 tum contra Alciat. & dico quod lex sit de re dubia. *l. quod Labeo, de Carb. edict.* Sed plures absunt leges loquentes de alueo derelicto à flumine eius vi, & nulla adest de alueo manu facto, ergo lex magis dubium habuit in illo qui vi fluminis fuit derelictus, quam in illo manu facto, quia pluries super illo disposuit, & semper sic intelligitur in casu habente maiorem rationem dubitandi. *l. D. Domitius detecta leg. prima. ad Mancip.* ergo necessarium est, vt sub regula generali comprehendatur alueus opera hominis derelictus.

18 Ad hæc Alciat. dicit quod sicut alueus relictus vi fluminis fit vicinorum, sic per auersionem factam per hominem, ille alueus debet esse

Digitized by Google

illius in recompensationem sui laboris. Hæc tamen argumentatio nõ videtur procedere, tum per damnum quod sentirent colentes agros vicinos, *per leg. vnic. ff. ne quid in flumin. public. in pluribus locis*. quibus etiam princeps non intendit præiudicare ad sui commodum, *vbi supra conclusum fuit*, tum etiam quia est vna species Alluuionis, *per*
19 *text. in l. vlt. C. de Alluu.* ibi, *vel Alluu. ignorare vitia*, per quam legem cum loquatur numero plurali, qui plus quàm vnam requirit Alluuionem, videtur debere conprehendi tam incrementum patens, quàm latens & separatum, & huius sententiæ etiam adduco Aym. *de Alluu. lib. 1. cap. 5. num. 9.* necessario ergo est dicendum alueum istum sub regula esse, & vicinis prædiis accrescere.

Hæc ratio confirmatur ex eo
20 quod omne incrementum est reale, quia accrescit rei, non personæ, siue sit latens, *in l. si Titio in fin. ff. de vsufruct.* siue patens & discretum, *in leg. § fin. de except. rei iudic.* quas leges ita adducit Aym. *vbi supra num. 1.* vnde si est reale accrescit rei, non personæ, cum omne simile magis attrahat suum simile. *l. si rem § quicumque ff. de rei vend.* & sic non est illius qui expendit,

Confirmatur etiã ex alio quod
21 istud ius Alluuionis est de iure gentium, & iure gentium Alluuionem, alueum, & insulas acquiri probatur *ex text. l. adeo § præterea de acquirend. rer. dom.* quæ licet vtatur tantum verbo, *Alluuionis*, comprehendere tamen debet omnia incrementa, cum text. *in l. 1. eiusdem tit.* solum tractet de acq. rer. dom. de iure gentium. *ita dicit Aym. in d. cap. 5. num. 10.*

Neque eriam obstare videtur
22 alia ratio Alciat. dicentis, quod si flumen facit sibi naturaliter nouum alueum, nulla adest expensa, sed quando fit nouus alueus operitus adest expensa, est diuersa ratio, & diuersus casus, & propterea debet prçferri, qui de expensis agit, quia respondetur quod hæc ratio in casu nostro non procedit, tum quia hæc mutatio facta fuit causa publicæ vtilitatis, tum etiam quia nulla interuenit expensa principis, sed Cõmunitatis Brixill quæ esset præferenda, si ratio Alciat. esset vera. Respondetur etiam quod in casu Alciat. de commodo priuatorum agebatur, & hic tractatur de remotione facta causa publicæ vtilitatis. vnde ex diuersis non est inferendum. *l. Papinianus de minor.* Nec in tali diuersione princeps hunc alueum sibi reseruauit, prout necesse erat, si voluisset illum habere. *Mazol. consi. 4. nnm. 733.*

23 Et licet pro Alciat. adsit *consil. 72. & Natt. consi. 55.* tamen contra eorum opinionem consuluit Curt. iun. *cons.* 250. *& decisum fuit per Rot. Rom. teste Cassad in vnic. decis. de acq. rer. dom.* & ipse etiam Al-
24 ciat. tenet hanc opinionem subscribendo dict. consi. Curt. iun. dicendo Curt. iun. quanto iuniorem, tanto perspicaciorem, *vt patet in suo resp. 24. tom. 2. libr. 5.* Vnde fatendum est, aut Alciat. esse sibi contrarium, aut in vtroque casu loqui in diuersis terminis. Ex quibus & aliis, quæ breuitatis causa penuria librorum, & oculi infirmitate prætereo, teneo inuestituram esse renouandam fratribus de Boschinis absque vllo pensionis augmento, &c. Saluo semper, &c.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Iudices iudicare debent secundùm allegata, & probata, non secundùm conscientiam, aliàs partes grauant num. 2. etiam in criminalibus, nu. 5.*

3 *Lex humana non iudicat de occultis.*

4 *Iudici qualiter constare debet id, de quo iudicat.*

6 *Iudex quomodo se gerat conuicto reo, quem scit esse innocentem.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando sententia non fertur secundùm allegata, & probata.

GRAVAMEN CXXVII.

IN nostra legali schola habemus fixum (vt ita dicam) latinum, Iudices secundùm allegata, & probata, non autem secundùm conscientiam iudicare debere, vt patet ex *l. illicitas §. veritas ff. de Offic. Præsid.* & notatur præ cæteris *D. Thom. 2. 2. quæst. 67. artic. 2. Couarr. libr. 1. variar. cap. 1. Cuiac. libr. 12. obseruat. 19. Caualc. decis. 25. num. 5. part. 1. Clar. Recept. sentent. libr. 5. §. fin. quæst. 66. num. 2. Menoch. consil. 92. nu. 80. cum sequ. Cardos. in praxi Iudic. & Aduocat. in verbo Iudex nam. 7. Seraph. de priuileg. Iuram. priuileg. 2.* plures cumulat *Cened. ad decretal. collect. 101. num. 11. Sayr. in Claui Regia libr. 12. cap. 8. num. 6. cum sequ. Leff. de Iustit. & Iur. libr. 2. cap. 29. dub. 10. num. 84. Mirand. de Ordin. Iudic. quæst. 28. artic. 3.*

2 Quòd si aliàd practicent, grauare partes dicendum est, quia à sibi mandatis de iure deuiant, cùm lex humana non iudicet de occultis, *cap. iudicet 3. quæst. 8. Feder. de Sen. conf. 21.* Nec sufficit, quod aliquid sit verum, nisi in actis sit productum, & probetur id quod iudici constet, vt super eo fundari possit sententia valida, *Alexand. consil. 186. num. 5. libr. 2.* fusè *Cardinal. Tusc.* qui multa cumulat, quæ hic adaptari possent *conclus. 398. lit. I.* vbi conclusionem veram profitetur tam in ciuilibus, quàm in criminalibus videndus etiam *Mascard. deprobat. conclus. 948.* qui pariter lato sermone discurrit.

6 Cæterùm ipse libenter concurrem in simili casu differre expeditionem causę, & diligentias facere, vt veritatis oraculum haberi possit, & prout res in rei veritate est detegatur, prout per hãc cautelam detexit crimen quidam Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ, & captis reis, & subsequuta eorum confessione illos damnauit, & Innocentem alias condemnatum licentiauit, restituitque ad eius pristinam libertatem, vt refert Vinius *decis. 178. num. 2.* vbi reducendo firmatam regulam ad veram, tutissimamque practicam animaduertit; quòd licet Iudex sub peccato mortali teneatur condemnare ad mortem eum, quem scit esse innocentem, si haberet solum probalitatem de eius innocentia, vt dictum est, primò debet vti magna diligentia in examinandis seorsum testibus, & diligenter, si eos aliquo modo posset conuincere falsitatis operari. Secundò, si id quidem non prosit valere Iudicem clanculum dimittere Inquisitum innocentem, & concedere illi locum fugæ, absque tamen scandalo. Tertiò, posse publicè Iudicem denunciare eius innocentiam. Quartò, ex charitate debere deponere officium suum in tali casu, dicens nolle se intromittere, & eo deposito testari pro innocente, licet ad hoc non teneatur ex iustitia præsertim, quia eius solius testimonium non esset sufficiens ad liberationem.

Quæ omnia si fieri nequirent sine scandalo teneretur inquisitum absque vllo peccato condemnare etiam ad mortem annuit, licet si esset Iudex supremus data partis satisfactione in pęna pecuniaria, vel aliquo alio modo, vt illi satisfaciat de crimine, de quo inquisitus est conuictus posse illum liberare concludit, & ita in facti contingentia seruasse suo tempore Regiam Audientiam Capinatæ Apuleæ in Anno 1583.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Iudicis arbitrio relinquitur quod in Iure diffinitum non est, ne dum in iure scripto, sed etiam non scripto, & quò ad pœnam, num. 2. & 3.*

4 *Lex scripta de omnibus non reperitur.*

5 *Arbitrio Iudicis quare tot sint commissa.*

6 *Iudex exercendo arbitrium ad libitum grauat Vassallos.*

7 *Iudicis arbitrium debet esse regulatum, & num. 9.*

8 *Iudex vir bonus esse debet, & non intelligitur qui tamquam bellua sensu, & cupiditate ducitur.*

10 *Arbitrium est conformandum iuxta tramites Iuris rationis, & æquitatis.*

11 *Iudex quam normam in arbitrio regulato & libero obseruare debet, & num. 19.*

12 *Iudex arbitrium extendere an possit ad mortem naturalem, & quãdo, num. 13.*

14 *Iudex arbitrium extendit ad mortem naturalem, si personæ vel delicti qualitas exposcat ad instar ac si à Iure pœna mortis statuta esset.*

15 *Iudicem in arbitrarijs non posse redargui de eo quod fecit, nec teneri in sindicatu, quomodo sit intelligendum, num. 17.*

16 *Præsumitur pro Iudice tam in interlocutoria, quàm in diffinitua sententia.*

18 *Minor qualiter puniatur in Regno relinquitur arbitrio Iudicis.*

20 *Iudex qui pœnas alternatiuas imponere potest eligere, debet mitiorem.*

21 *Iudex æquitatem seruare tenetur in pœnis arbitrarijs infligendis.*

22 *Æquitas Iudicis in arbitrarijs non debet esse imaginaria & venire à capite Iudicis, sed ex lege regulari debet.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando in his quę sunt arbitraria Iudici, Arbitriu Regulatum non datur.

GRAVAMEN CXXVIII.

1 QVamuis arbitrio Iudicis relinquatur, quod in Iure diffinitum non est, *l. 1. ff. de Iur. deliberan. l. in venditionem ff. de Bon. Author. Iudic. possid. cap. de causis §. 1. de Offic. Delegat.* vbi *DD.* pluribus comprobant *Neuizaz. in silua nuptiali libr. 5. num. 74. Coras. libr. 4. Miscellan. cap. 12. num. 5. cum seq.*

Quæ sanè conclusio habet locum, ne dum in Iure scripto, sed in non scripto, seu consuetudine, vt probat *Monet. in tractat. de distribut. quotid. part. 3. quæst.* 3 *10. num. 5.* dicens *num. 7.* id procedere etiam quòad pœnam.

4 Cumque lex scripta de omnibus non reperiatur, *l. non possunt, ff. de leg.* Ideo 5 rationabiliter perplura Iudicis arbitrio commissa sunt de quibus fuso quidem sermone loquutus est eleganter *Menoch. in suo particulari tractatu de arbitrar. Iudicum*, & ad materiam conscientiæ *Graff. in tractat. de arbitrar. Confessar.*

6 Sed licèt arbitrium in his habeat Iudex ipse, non per hoc ad libitum illud exercere valebit, quia nisi regulatè cum illo procedet subditorum grauamen effugere nequibit.

7 Iudicis enim arbitrium regulatum esse debere communis schola nostra docet, vt apud *Benintend. decis. Bonon. 31. Cæsar de Graff. decis. 8. num. 4. de sentent. & Re Iudic. Caualer.* qui alios citat, & sic pluries in Romana Rota iudicatum testatur *decis. 11. num. 2. decis. 63. num. 1. decis. 88. num. 1. decis. 183. num. 3. decis. 185. num. 1.* & alibi sæpius *Lodouis. decis. 11. num. 3.* & cæteras adductas concordantes, & sic decisum multoties

Digitized by Google

toties in Rota *Barbos in tractat. de clausul. cap. 10.*

8 Quoniam Iudex vir bonus esse debet, cum illum non esse intelligimus, qui tanquam bellua sensu, & cupiditate ducitur, sed qui vt vir bonus est *ad textum in l. continuus, §. cum ita ff. de verbor. oblig.*

9 Et boni viri arbitrium regulatum esse debet iure, & ratione à simili, vt scilicet quod iustum, & æquum de iure videri potest statuatur, ita quod tale arbitrium est conformandum iuxta tramites iuris rationis, & æquitatis, *Iaf. in leg. si sic legatum ff. de legat. 1. num. 22. Paris cons. 56. libr. 1. Roman. cons. 451. Antonin. Variar. resolution. libr. 3. resolut. 7 num. 14. Cabal. resolut. criminal. 200. num. 144. Farinac. in practic. crimin. quæst. 37. num. 199. Cacheran. decis. 1. num. 43. Azeued. consil. 28. num. 77.* fusè *Menoch. de Arbitr. Iudic quæst. 13. libr. 1.* vbi declarat, quam normam in arbitrio libero, & in regulato Iudex obseruare habeat, & qualiter dolus malus in omnibus abesse debeat, dicens *quæst. 14. num. 8.* Iudicem pro modo subiectæ materiæ arbitrium suum moderari debere, iuxta *Glos. in l. eas causas ff. de condit. & demonstrat. & num. 10.* Iudicem in arbitrijs personarum qualitatem attendere esse obligatum ex *Bald. in l. fin. C. de obsequ. patron præstand.*

2 Inde oritur, quod etsi seclusa Doctorum controuersia, si Iudex in pœnis irrogandis arbitrium à lege habeat naturalis mortis pœnam Reo possit imponere, & habendo pro vera illorum sententia, quod quando sumus in inferioribus Magistratibus talis pœna non possit extendi ad mortem, vt apud *Rimin. Iun. cons. 327. num. 24. Burg. de modo procedendi ex abrupto quæst. 23. num. 274. Farinac. in practic. criminal. quæst. 17. num. 58. Guazzin. de defens. Reorum defens. 33. cap. 16. num. 2.*

13 Tamen si delicti, vel personæ qualitas expostea, tunc Reo pœnam mortis Iudex imponere debet, *Gram. decis. 36. Caroce singul. 119. Ludouic. decis. Lucens. 15. num. 18. Azeued. libr. 8. Recopilat. Hispan. tit. 10. num. 65. Redin. de Maiestat. Princip. glos. sed etiam per. legitimos tramites num. 31. Vivius. Situa commun. opin. conclus. 417. n. 2. Salzedad Diaz in practic. crimin. Canon. cap. 149. num. 4. lit. D. Gomez variarum part. 3. cap. 5. de Iniur. num. 8. Perez in Rubric. tit. 9. libr. 8. ordinam. Cardin. Tusc. conclus. 473. lit. A. Cabal. resolut. crimin. cas. 92. num. 2. 6. 7. & 8.*

14 Ad instar, & illam imponere valebit, si in simili delicto mortis pœna sit statuta de iure, *Dec. in cap. ex litteris num. 60. de constitut. Alexand. consil. 13. num. 16. vol. 7. Caualcan. de Bracch. Reg. part. 4. num. 109. Præs. de Franchis decis. 553. num. 12. Cardin. Tusc. conclus. 217. num. 11. lit. P. Giurba* qui alios secum vehit *consil. criminal. 6.* vbi luculenter articulum dissoluit.

15 Quare etsi in ore omnium sit illud regulatum axioma, Iudicem in arbitrarijs non posse redargui de eo, quod fecit, *Castrens. consil. 399. num. 4. libr. 2. Crauett. consil. 78. num. 8. Ludouic. decis. Lucens. 1 num. 36. Magon. decis. eiusdem Rot. 43. nu. 30. Ludouis. decis. 106. num. 2.* nec reprehendi in sindicatu, *Cancer. var resolut. tom. 3. cap. 12. num. 77. Ma-*
16 *stril. de Magistrat. libr. 6. cap. 10. num. 142.* quia præsumitur pro ipso, tam in sententia diffinitiua, quàm interlocutoria, *Paris de Put. in tractat. de Sindicat. pag. 18.* & patet ex *l. 1 in fin ff. de Offic. Præsid. l. 2. §. si publicanus ff. de vi bonor. raptor. Menoch. de præsumpt. libr. 2. quæst. 67.* quod procedit etiam si a sen-
17 tentia fuerit appellatum, *Surd. de Aliment. tit. 1. quæst. 120. num. 11.* Tamen id intelligitur, dummodo arbitrium sit regulatum a Iure, & æquitati consonum, *Foller. in praxi criminal. in verbo studeant num. 61. Cacher. decis. 71. num. 13. Vrsill. decis. 225. Caualc. de Tutor. & Curat. num. 301. Vinius decis. 86. num. 5. Cabal. resolut. crimin. cas. 86. num. 3.* & alij quos refert, & sequitur *Visconti. in conclus. Iur. in verbo Iudex.*

18 Vnde meritò quamuis in Regno vigore Pragmaticæ de Minoribus hodie sit relictum arbitrio Iudicis, qualiter debeat puniri minor, tamen illud arbitrium debet esse regulatum, & secundùm leges, ita *Vinius decis. 86. num. 5.* nouissimè *Danza, in tractat. de pugna Doctorum tit. de Delegatione num. 9. in fin.*

19 Et propterea aduertant iudicare debentes, ne arbitrium, quod fortasse habere præsupponunt taliter amplient

Digitized by Google

vel restringant, vt tertijs præiudicium inferentes, nec ad illud oculos habentes, tandem cælesti gratia pro qua nati sumus, & Christus Dominus noster tot, tantaque passus est, vt illa frueremur ipsa deinde priuentur, quod Deus Optimus Maximus auertat.

20 Cęterum non grauabor dicere, quòd Iudex qui alternaticè duas pęnas imponere potest mitiorem eligere tenetur, vt post *Canonistas in cap. de causis de Offic. Delegat.* fundarunt *Menoch. de arbitr. Iudic. libr. 1. quæst. 85. & 94. Perez in l. 11. glos. 2. post med. tit. 1. libr. 3.* Et
21 æquitatem seruare tenetur in pęnis arbitrarijs infligendis, *Franc. de Sousa de*
22 *largit. muner. fundam. 2. num. 18. Cened. ad Decretal. collect. 70.* Sed adhuc tamen talis æquitas non debet esse imaginaria, & dependere a capite Iudicis, sed a Iure venit adhuc regulanda, *Coriolan. de casibus Reseruat. part. 2. cas. 5. §. 8. num. 11. pagina mihi 702.*

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si ex eo quia coquunt panem in carbonibus domestici ignis cogantur soluere pęnam indictam contra coquentes panes in alijs furnis quàm Baronis, qui habent Ius prohibendi in furnis declara num. 2. 3. & 6.*

4 *Mens legis potius attendi debet quã verba.*

5 *Ioannes Baptista Iouinus laudatur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si ex eo quia coquunt panem in carbonibus domestici ignis, vulgò (le Focaccie seu pizze alla Cinisce, seu Cenere) cogantur soluere pœnam.

ARGVMENTVM.

1 QVotidie accidit pauperes habere modicam farinæ quantitatem, & conficere ex illa focacias, vulgo (Focaccie, seu Pizze) quas deinde in igne in propriis domibus coquunt.

Et quia Barones solent in aliquibus partibus habere ius prohibendi in furnis, & ad eos spectat fornaticum panis, qui ibi coquitur, sub huiusmodi pretextu intercipiunt tales focacias in igne coquentes & exigunt pœnas, ob quod Vassalli grauantur, prout cum effectu de hoc grauata est in Sacro Regio Consilio Vniuersitas Terræ Mirabellæ contra Ducem Sanctæ Agathæ Baronem Terræ prædictæ, vt in processu pęnès Amatrudam Actuarium.

2 Cęterùm ego distinctionis federe vtendo essem in voto, quòd quando esset parua quantitas, quæ ammassaretur, & coqueretur in igne ratione paruitatis materiæ, excusandum esse talem focacias in igne domestico coquentem, vti de minima re, ad vulgatum textum *in l. scio ff. de in integr. Restit.*

3 Sed si magna esset quantitas, quæ carbonibus accensis, & in igne propriarum domorum coquerentur, tunc pęna posset exigi, quoniã in fraudẽ præsumeretur facta talis coctio ad textũ in *l. non dubium C. de legibus*, vbi quod idem est fundare verba legis, vel mentem legis, concordat *l. fraus ff. eod. tit.*

5 Potiùs, inquam, legis mens, quam verba debet attendi *l. scire leges ff. eod. l. non aliter ff. de legat. 3. l. nominis §. verbum, ff. de verbor. signific.* & lex ac legis mens idem sunt, *Surd. decis. 43. num. 9.*

Esset enim contra mentem concessionis priuilegij habentis ius prohibendi coctionem panis, si concederemus, quantitatem panis carbonibus in domestico igne coqui posse.

Vnde meritò reminiscor in aliquibus partibus vidisse exactas pęnas à Furnarijs destinatis, & conductoribus gabellarum dictorum furnorum à coquentibus domi panem in lapidibus, vulgò (Pietre chiatte, seu chianche) in quibus solent quoque furnis coqui & illi.

5 Et iuxta hanc distinctionem mecum concurrebat in facti contingentia Collegij habiti cum ipso, & alijs amicus, & Collega meus Ioannes Baptista Iouinus inter Aduocatos primarios hodie vigentes non secundus, & sua ætate satis admirabilis.

6 Hinc tempore meo in Regia Audiẽtia Capitinatæ pluries mandaui, vt stante

Digitized by Google

te modicitate quantitatis pastæ, seu massę, seu farinæ ammassatæ, & coctæ in domestico igne quædam pauperculæ molestarentur, & vna vice executionem iam factam restituere feci, & habito deinde recursu ad Tribunal in plena banca prouisio facta per me fuit mandata excutioni, & determinatum bene fuisse prouisum, & proinde quod non molestetur d. mulier, contra quam executio fuerat facta.

Et quia habentes Datium furni erant satis litigiosi, & durę ceruicis non contenti de Decreto lato per Regium Tribunal habuerunt recursum ad Sacrum Regium Consilium, à quo fuerunt trãsmissæ litteræ inhibitoriales eidem Regiæ Audientiæ eum ordine transmittendi Acta, si quæ erant, deinde domi per vnum ex Consiliarijs auditis partibus fuit confirmatum decretum latum per dictam Regiam Audientiam.

SVMMARIVM.

1 *Ex cognitione vnius immediatorum deuenitur ad notitiam alterius.*
2 *Contrariorum eadem est disciplina.*
3 *Causa quando dicatur ciuilis, & quando criminalis. & num. 33. & sequentib. & ibidem quid de pęna.*
4 *Barones in Regno an habeant fiscũ.*
5 *Barones habent bursam communem.*
6 *Barones sunt inuestiti de mero, & mixto Imperio, cum concessione pęnarum, & prouentuum.*
7 *Eerarij, & Curiæ Coadiutores Baroniales succedunt in locum Fisci.*
8 *Barones consequuntur pęnas fiscales.*
9 *Barones habent iura fiscalia, & priuilegia fisci.*
10 *Subrogatum assumit naturam eius, in cuius locum fit subrogatio cùm omnibus eius qualitatibus.*
11 *Non valet consequentia; Baro non habet fiscum, ergò causa non dicitur criminalis.*
12 *Absurdum omnino euitandum.*
13 *Barones in eorum Terris creant, & faciũt Aerarios inuitos per annum tantum.*
14 *Vniuersitates tenentur dare Aerarium Baronibus, cui salarium dare tenentur.*
15 *Cur dicitur Fiscus.*
16 *Pęna vt dicatur criminalis debet dependere à causa criminali, & quando, num. 49.*
17 *Effectus intelligitur in causa.*
18 *Causa in primis est attendenda.*
19 *Quælibet dispositio regulatur à causa*
20 *Causatum non potest iudicari diuersæ qualitatis, quàm causa ipsa influens.*
21 *Accessorium debet iudicari vt de principali, & num. 50.*
22 *Principale influit suas qualitates in accessorium.*
23 *In omni dispositione inspicitur principale, & in eo regulatur accessorium.*
24 *Augmentum est eiusdem naturæ, cuius est res cui additur.*
25 *Incrementum eodem iure iudicatur*
26 *Adiunctum ratione alienationis assumit naturam, & cum principali, & num. 51.*
priuilegia rei cui adiungitur.
27 *Accrescens sortitur naturam rei cui accrescit.*
28 *Connexorum idem est iudicium.*
29 *Connexitas inducit inseparabilitatem.*
30 *Ratione connexitatis fit extensio de casu ad casum.*
31 *Idem debet esse iudicium de dependentibus, & emergentibus, quod de principali.*
32 *Vna & eadem res non debet diuerso iure censeri.*

33 Pę-

Digitized by Google

33 *Pœna homicidij est mortis.*
34 *Pœna pecuniaria dicitur illa, cuius finis tendit ad priuatum commodum, & ad priuatam vtilitatem.*
35 *Causa semper dicitur ciuilis, quando ciuiliter agitur, & per consequens pœna ciuilis subintrat.*
36 *Causa est ciuilis, licèt pro facto criminali, pœnali, & punibili ponatur, quando pœna ponitur ad priuatam, & non ad publicam vtilitatem, siue ex contractu, siue ex delicto nascatur, num. 37.*
38 *Causa siue applicetur parti, siue fisco, quando dicatur ciuilis.*
39 *Causa dicitur criminalis, quando pro ea imponitur pœna mortis, vel exilij.*
40 *Regula vt quando pœna applicatur fisco dicatur criminalis, declaratur.*
41 *Causa quando dicatur ciuilis, & n. 42.43.44.45.46.47. & 48.*
49 *Pœna vt sit criminalis debet dependere à causa criminali.*
52 *Ex diuersis non fit illatio.*
53 *Separatorum separata debet esse ratio.*
54 *Vbi ratio est diuersa, diuersa debet esse ratio iuris.*
55 *Ex diuersis vno vitiato, non vitiatur aliud.*
56 *Ex diuersis vno sublato non tollitur aliud.*
57 *Ex diuersis diuersa fit interpretatio.*
58 *Vna, & eadem res potest diuersis respectibus diuerso iure censeri.*
59 *Non valet sequela, Causa est criminalis, ergo pœna in ea adiecta ex pacto, & conuentione etiam est criminalis.*

ARGVMENTVM.

Vassalli tenentes in Affictum Actuariam cum pœnis Ciuilibus grauantur, si pœnam fractæ pacis, & fideiussionis de non discedendo, quæ eis deberetur, Baro pro se retineat.

GRAVAMEN CXXX.

CAsus præsentis grauaminis fuit discep tatus per V. I. D. Franciscũ Seuerinũ Amicum meum, & satis fatigatum virum, ideo pro corroboratione placuit inserere eiusdem Allegationes, siue discursum ab ipso compilatum, qui est tenoris sequentis, videlicet.

Euenit in facto in Terra Castri fortis vltra Lyrim Excellentissimæ Principissæ Hostiliani, quòd Aerarius dedit in affictum Actuariatum dictæ Terræ quibusdam Vassallis familiæ de Cancelliero, cum pœnis ciuilibus, de ordine dictæ Excellentissimæ Principissæ; accidit, quòd inita pace inter aliquos Ciues cum reciproca promissione, & obligatione de non offendendo quemquã ipsorum sub pœna vnciarum auri quinquaginta, Cameræ dictæ Excellentiss. Dominæ applicãda, cùm vna pars alterã offendisset, grauiter, adeo quòd pace rupta, & fideiussione, pœna iam erat soluenda, Excellentissima Principissa prætendebat, huiusmodi pœnam esse criminalem, & sic cedere debere beneficio Cameræ ipsius, Actuarius asserebat, esse ciuilem, & ita debere cedere lucro eius, & maximè se grauatum sentiebat de huiusmodi prætensione dictæ Dominæ; Vnde Consultus ipse, quid de iure sentirem, quibusdam prius præmissis, & iactis fundamentis, vt infra respondi.

Pro faciliori huius quæstionis cogni-

Digitized by Google

cognitione, initio obseruandum esse duxi, quæ nam dicatur causa criminalis, & quæ ciuilis, nam hoc cognito, facillimè, quæ erit pœna
1 ciuilis, & quæ criminalis cognoscetur; ex cognitione enim vnius immediatorum deuenitur ad notitiam alterius. Ex regula contrariorum eadem est disciplina, secundùm *Aristotel.* de quo in *§. 1. iuncta gloss. Inst. de his qui sunt sui vel alieni Iur. & in l. 1. ff. eod.* Et ex hac resolutione venit aperiendus vectis, & cardo nostræ indagationis; Cui se offert *Bart.* in Iure noster Auriga *in l. aguria ff. de termino moto*, vbi ait, quòd aut pœna applicatur fisco, & causa dicitur criminalis, aut parti, & causa dicitur ciuilis. Hanc eãdem sententiam sequitur *Ias. in §.*
3 *1. num. 17. Instit. de act. Afflict. de iure prothom. §. 4. num. 23. Borrell. de compromiss. §. 2. glos. 1. num. 53. & seqq.* Calà *de modo artic. §. 1. glos. 2. num. 8. Afflict. decis. 84. num. 3. Muscatell. in praxi ciuili. part. 2. glos. gradum in addit. lit. C. Farinac. de var. de var. & diuers. qq. quæst. 100 cap. 1 num. 2. & seqq. Marant. in prax. p. 4. distinct. 1.* hãc esse communem nouissimè tentatur *Mauson. de caus. Execut. in prælud. 1. num. 16.* At in casu nostro pœna applicatur Cameræ Excellentissimæ Principissæ, & sic fisco, igitur causa dicitur criminalis.

Sed audio ex aduerso opponi, Barones in Regno non habent fiscum, igitur causa non dicitur criminalis ex applicatione pœnæ Ca-
4 meræ Baronali, hoc assumptum probatur, nam Ciuitates, & Principes inferiores Superiorem recognoscentes non habent fiscum,
5 licèt habeant bursam communem. *Peregr. de Iure fisci, libr. 1. cap. 1. num. 4. & 5. Amend. ad decis. Præs. de Franchis decis. 56. num. 23. Mauson. de caus. execut ampl. 8. num. 9 Rendell. de pascu. & Forest. cap. 11. fol. 129.*

Sed replicatur quòd licèt non habeant fiscum, nihilominus, quia
6 sunt inuestiti de mero & mixto Imperio cum concessione pœnarum & prouentuum illorum Aerarij, &
7 Curiæ Coadiutores succedunt in locum fisci, vt docet *Nouarius in tractat. de Grauamin. Vassall. Gra-*
8 *nam. 160. tom. 1.* Et ita consequuntur pœnas fiscales, *Maus. in loco relato num. 10.* Et habent iura fiscalia, & priuilegia fisci, *Visconc. conclus.*
9 *Iur. verbo Baro*. Itaque cùm subrogatum assumat naturam eius in cuius locum fit subrogatio, cum omnibus eius qualitatibus, iuxta tradita in *l. si eam §. qui iniuriarum, ff. si quis caut. Scayn. de decision. 115. num. 25. & seqq.* & in proprijs terminis *Capiblanc. in pragmat. 8. part. 1. sub num. 212. de Baron.* meritò asserendum est, causam esse criminalem, & non ciuilem.

11 Nec valet consequentia, Baro nõ habet fiscum, ergo causa non dicitur criminalis, nam sequeretur, quòd crimina, quę in dies patrantur in Terris Baronum, vt sunt homicidia, adulteria, furta, & huiusmodi, quorum causę non solùm sunt criminales, sed criminalissimę non dicerentur criminales, quod esset absurdum omninò euitandum *l. nam absurdum, ff. de oper. libert.*
12 In hoc vno præsertim differt fiscus Regius ab huiusmodi Aerarijs, quos Barones in eorum Terris Curiæ Coadiutores constituunt, &
13 faciunt; quos inuitos creare possunt, & inuiti ad tale officium compelli possunt per annum tantùm, *Nouarius de Grauaminibus Vassal-*
14 *lorum Grauam. 167.* Cùm Vniuersitas ad hoc onus teneatur, licet salarium Baro præstare debeat,

Noua-

Digitized by Google

Nouar. de Grauamin. Vassallor. Grauam. 163. *Cap. & ibi Petr. in decis.* 118. *Carau. in Ritu M. C.* 45. *num. fin. Reg. Rouitus cons.* 73. *num.* 1. *& seqq. volumin.* 1. *Capob. de Offic. & Auth. Baron. pragmat.* 16. *num.* 15. *& seqq. & num.* 87. *& seqq. & num.* 95 *& seqq.* Licèt ad præsens Barones cum maximo Vassallorum grauamine sibi vsurpauerint facultatem eligendi in Aerarios Vassallos ditiores, non per annum, sed in perpetuum, donec illos decoctos, & exangues reddiderint, & sine salario, vt in dies experientia videmus, & testari possumus. Et in hoc, inquam, differt fiscus Regius ab huiusmodi Aerarijs, & Curiæ Coadiutoribus Baronalibus. Nam ille dicitur fiscus, ideſt, fixus, quia sem-
15 per est soluendo: vel fiscus, ideſt, firmus, quia numquam moritur, vt dicit *Peregrin. de Iure fisci libr.* 1. *cap.* 1. *nu.* 34. *& seq. Mauss. in alleg. ampl.* 8. *num.* 4. Sed isti Aerarij, & Baronales Curiæ Coadiutores in dies fiunt decocti, & non soluendo, & centiès moriuntur in hora, dum de proprio ex defectu introituum Baronalium soluere, & subuenire Baronibus inuitè compellantur. Vnde si olim Sanctissimus appellabatur fiscus Regius, *Lucas de Penna in Rubr. de Iure fisci, num.* 8. *vers. Fiscus dicitur, &c. libr.* 10. *Mauson. in alleg. ampl* 8. *num.* 4. Isti Aerarij hodierni, & Curiæ Coadiutores Baronales possunt appellari infelices, & miserrimi, & non fisci, ideſt, fixi, & firmi; sed fisci, ideſt, sacci, & fiscellæ, quia à Baronibus ponuntur ad saccum, fiscellam, & ruinam, adeo quòd exterminantur vsque ad sacculum, & peram, vt in proprijs terminis, licèt ad alium sensum, dixit *Gait. de credito cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1704. *& seqq. fol.* 420.

Quamobrem, vt institutum prosequar, & inchoatum pensum absoluam, vlterius considerandum est pro criminalitate, quod vt pœ-
16 na dicatur criminalis, debet dependere à causa criminali, immo licet pœna applicetur fisco, si tamen non dependet à causa criminali, non dicitur criminalis. *Viu. decis.* 350. *num.* 4. *part.* 2. nimirum, quia effectus intelligitur ex causa, *Ioann. de Amicis consil.* 21. *num.* 1.
17 Et causa in primis est attendenda.
18 *Gallus consil* 85. *num.* 10. Et quælibet dispositio regulatur à causa, *l. cancellauerat, ff. de his, quę in testam.*
19 *delent.* Et causatum non potest iudicari diuersæ qualitatis, quàm
20 causa ipsa influens retinet *Portol. de Consort. cap.* 1. *num* 50.

Additur, quòd hæc pœna est accessoria ad pœnam principalem corporis afflictiuã, quæ principaliter irrogatur pro ipso delicto, ideo
21 tamquam quid accessorium debet iudicari vt de principali, *l cùm prin-*
23 *cipalis ff. de regul. Iur.* Et principale influit suas qualitates in accessorium, *l. certi condictio cum glos. ff. si*
23 *cert. pet.* Et in omni dispositione inspicitur principale, & ex eo regulatur accessorium, *Scayn. decis.* 40. *num.* 36.

Præterea hæc pœna fuit adiecta augmentatiuè ad pœnam principalem corporis afflictiuam delicti, &
24 augmentum est eiusdem qualitatis, conditionis, & naturæ, & in omnibus regulatur secundùm principale, cui additur; *Reg. Rouit. in pragmat.* 1. *num.* 45. *& seqq. de iurib.*
25 *& exact. fiscal.* Et incrementum eodem iure iudicatur cum principali, *Gall. cons.* 21. *num.* 31. Et ra-
26 tione adiunctionis adiunctum assumit naturam, & priuilegia rei, cui adiungitur, *Lambertin. de Iure patron. libr.* 1. *quæst.* 1. *princip. part.* 1. *artic.* 6. *num.* 2. *& seqq.* sicuti accre-

scens

Digitized by Google

27 scens sortitur naturam eius cui accrescit, *Partul. de Consortib. cap. 43. num. 13.*

Subiungitur, quòd hæc pœna est annexa cũ pœna principali cor-
28 poris afflictiua; igitur idem est iudicium, *cap. translato de Constitut.*
29 *l. proinde ff. ad l. Aquil.* Et connexitas inducit inseparabilitatem, *l.*
30 *eum ff. de negot. gest.* Et ratione cõnexitatis fit extensio de casu ad casum, *Paris. de Resignat. benefic. lib. 3. quæst. 10. num. 31.* Et idem debet
31 esse iudicium de dependentibus, & emergentibus, quod de principali, *cap. dispendiosum de iudicijs,*
32 Et vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri, *l. eum qui ædes ff. de vsucap.*

Tandem pro criminalitate hæc quæstio videtur sopita in Regno ex *Pragmat. 2. de Iurisd. ad inuicem non turb. & in cap. Regni Illustri Vicere-*
33 *gi*, Vbi quando pro delicto venit imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, vel corporis afflictiua, causa dicitur criminalis; sed sic est modò, quod in casu nostro venit cõponenda pœna mortis naturalis, cũ tractetur de homicidio, *l. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar. l. nemo C. de Episcop. Aud.* vbi homicida quod facit semper expectat. Et *Constitut. Regni Terminum vitæ, &c.* igitur.

Sed his non obstantibus contrarium de iure veriùs esse respondi, ex infrascriptis rationibus. Nam cùm
34 hìc agatur principaliter de pœna pecuniaria, cuius finis tendit ad priuatum commodum, & ad priuatam vtilitatem, licet in consequentiam veniat probandum delictum, & infligenda pœna corporis afflictiua, pœna illa pecuniaria non dicitur criminalis, sed ciuilis, cùm causa sit ciuilis, *Chart. in decis. Gen. 130. num. 18. & seqq. Calà de modo art. S. 1. glos. 2. num. 2. Mauson. de caus. execut. d. prælud. 1. num. 12.* non agitur hic de pœna corporis afflictiua, vel pecuniaria ad publicam vindictam introducta, sed tantùm
35 de priuato comodo, quo casu siue ex contractũ, siue ex crimine ciuiliter agatur, semper causa dicitur ciuilis, & per consequens pœna ciuilis, *Far. in praxi part. 4. de var. & diuers. qquæst. quæst. 100. cap. 1. num. 3. & 6.* Nec potest negari quin hoc nostrum adsumptum non sit verum, quòd quando pœna ponitur
36 ad priuatam, & non ad publicam vtilitatem, causa sit ciuilis, licèt pro facto criminali, pœnali, & punibili ponatur, *Peregrin. de Iure fisci libr. 4. tit. 8. num. 6.* siue ex con-
37 tractu, siue ex delicto nascatur, hãc esse communem fatetur *Scacc. de Iud. caus. ciuil. & crimin. libr. 1. cap. 5. num. 3. & cap. 6. num. 1.* Nec inficiari potest, quin in casu nostro nõ tractetur de partium, & priuatorum interesse, cùm tractetur de pœna pecuniaria, non de publico interesse ad publicam vindictam, in quo casu, siue pœna sit applicanda par-
38 ti, siue fisco, semper causa dicitur ciuilis, vt Doctores in relatis locis fatentur, & ideo subiungit *Mauson. ibidem num. 13.* quòd tunc causa dicitur criminalis, quando pro
39 ea imponitur pœna mortis, vel exilij, quòd secundùm vnam opinionem refert etiam *Farinac. d. cap. 1. num. 3.*

Et licèt audiam opponi, quòd si hoc esset verum, destrueretur illud commune DD. axioma, quòd quãdo pœna pecuniaria applicatur fisco, causa dicitur criminalis, vt idẽ *Mauson.* in eodem loco fatetur *dicta nu. 13. & 16.* quod passim DD. omnes admittunt. Tandem respõdetur, quòd illud axioma procedit quando pœna illa imponitur à le-
40 ge, cùm tunc ad publicam vtilitatem,

Digitized by Google

tem, & vindictam impoſita cenſeatur, ſecùs ſi ex pacto, & partium conuentione, vt dixit *Mauſon. ibidem nu.* 18. qui allegat *Chart. in loco relato, & Riminal. in conſ.* 336. *n.* 33.

Vnde concludunt DD. quòd quando non agitur ad publicam vindictam, vt delinquens pœna condigna puniatur, cauſa ſemper
41 dicitur ciuilis, veluti ſi agatur, vt quis ab aliquo officio remoueatur ob aliquod delictum *Marant. in praxi part.* 4. *diſtinct.* 1. *num.* 32. *& ſeq. & num.* 35. *Calà in loco relato num.* 6 *& Farin. num.* 18. 21. *& ſeqq* vel ſi coram Eccleſiaſtico agatur de crimine adulterij, non ad pœ-
42 nam corporis afflictiuam, ſed ad ſeparationem thori, *Calà ibidem num.* 4. *Farin. num.* 9. *Marant. num.* 34. vel ſi agatur non per viam querelæ, ſed per viam exceptionis, veluti ſi contra teſtes opponatur de
43 aliquo crimine ad repellendum eos à teſtificatis, *Calà ibidem num.* 3. *&* 5. *Farin. num.* 16. *&* 17. *Marant. num.* 37. *& ſeqq.* vel ſi ex con-
44 tractu illicito pœna eſſet applicanda fiſco, *Calà eodem in loco num.* 8. *Marant. num.* 39. Idem ſi aduerſus furem, nõ ad illum puniendum, ſed
45 ad reſtitutionem rei furatæ ageretur, *Calà ibidem num.* 10. *Farin. nu.* 7. *Marant. num.* 4. *& ſeqq.*

46 Idem ſi de pœna liquidationis inſtrumentorum, & incuſationis obligationum pœnès acta ageretur. *Foller. in praxi crimin. in verbo Audiantur excuſatores, num.* 174. *Calà in loco relato num.* 11. *in fine.*

Idem dico de pœna fideiuſſionum incuſatarum, cum in ea militent omnes allegatæ rationes, ideo
47 idem ius eſt ſtatuendum, *l. à Titio ff. de verb. oblig. l. illud ff. ad l. Aquil.* Et tandem in proprijs terminis noſtræ quæſtionis, quòd pœna fractæ
48 pacis dicatur ciuilis, fatetur *Farin. dicta quæſt.* 100. *dicto cap.* 1. *num.* 33.

4 Nec obſtant rationes ponderatę ex aduerſo, nam circa illud quod vt pœna & cauſa dicatur criminalis, debet dependere a cauſa criminali, concedo; ſed hæc pœna dependet à cauſa criminali, negatur, nam ori- ex pacto, & partium conuenlione, aliàs delictum de per ſe ſine pacto, & partium conuentione hanc pœnam non pareret per ea quæ diximus ex *Mauſ. & Chartar.*

Nec illud de acceſſorio refraga-
50 tur, quia tunc acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, quando non eſt diuerſa ratio, *Præſ. de Franchis deciſ.* 606. *num.* 23. *&* 29. Sed in caſu noſtro eſt diuerſa ratio, cùm vnum tendat ad publicã vindictam, & aliud ad priuatum comodum, igitur.

51 Nec facit argumentum de incremento, nam illud procedit, quãdo incrementum eſt intrinſecum, vt idem *Reg. Rouit. ibidem num.* 51. fatetur, ruunt & omnes oppoſitiones, & argumenta, nam pœna corporis afflictiua, quę pro delicto principaliter infligitur, & hæc pecuniaria, ſunt diuerſa. Et ideò
52 de vno ad aliud non poteſt inferri, *l. papinianus exuli, ff. de minor.* Et
53 ſunt ſeparata, & ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio, *Mar. Anton. var. reſolut libr.* 1. *reſolut.* 111. *num.* 4. Et vbi ratio eſt diuerſa, iuris
54 diſpoſitio etiam diuerſa eſſe debet, *Mar. Ant. ibid. num.* 6. Hinc
57 in diuerſis vno vitiato, non vitiatur aliud, *l.* 1. *§ pen. vbi Bar. ff. de*
56 *verb. oblig.* Et vno ſublato aliud nõ tollitur, *l. ſi domus ff. de ſeruit. vrb.*
57 *prad.* Et ex diuerſis diuerſa fit interpretatio, *l. quod autem ff. de acq.*
58 *rer. domin.* Et vna & eadem res poteſt diuerſis reſpectibus, diuerſo iure cenſeri, *Gall. conſ.* 32. *num.* 28.

Quæ

Digitized by Google

Quæ omnia opitulantur pro responsione ad *allegat. Pragmat. 2. & 59 ad Cap. Regni*; nec valet sequela, causa est criminalis, ergò pœna in ea adiecta pro pace firmanda, ex partium conuentione, etiam est criminalis, vt animaduertit *Mauson. in loco relato, num. 21. & 22.*

Et ex his remanet enodata præsens nostra indagatio, & hæsitatio, ex quibus tria resultant grauamina.

Primum, dum Barones Aerarios in eorum Terris vltra annum inuitos dictum Officium exercere compellunt, & sine salario.

Secundum, dum illos onerant indebitis solutionibus vltra Introitus, & vires Baronales.

Tertium, dum sibi emolumenta ad affictuatarios suorum spectantia indebitè vsurpant. Cæterùm remitto me iudicio peritissimi, & doctissimi mei Domini Nouarij, & illius correctioni; fateor enim, quòd ingenium meum sui naturali quadam siccitate sterilesceret, nisi à dicto meo Domino in dies eius doctrina irrigaretur.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si existentes in possessione soluendi Baronibus per multos annos Canonem in aliqua specie cogantur soluere in alia specie extra solitam solutionem, & num. 4.*

2 *Soluens Canonem in alia specie, quã in cõuenta acquirit ius, vt nequeat cogi, nisi ad solutionem solitam.*

3 *Solutio vnius rei pro altera per triginta annos facit præsumere bonam fidem etiam sine tituli probatione.*

4 *Soliti dare gallinam quotannis non possunt cogi valorem illius in pecunia præstare, & ita consuluit Author num. 5. & 6.*

7 *Aloysius Riccius Episcop. Vici Equẽsis commemoratur, & laudatur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si existentes in possessione soluendi Baronibus per multos Annos Canonem in aliqua specie, cogantur soluere in alia specie, & sic extra solitam solutionem.

GRAVAMEN CXXXI.

1 AD instantiam Vassallorum vna vice vti Regius Minister Prouincialis relaxaui prouisiones contra Baronem, qui cogebat ipsos Vassallos ad soluendum certum Canonem in alia specie, quam in ea, in qua per triginta tres annos solutionem fecerant, & habui pro grauamine talem coactionem, & proinde mandaui, vt exigere debuisset canonem in illa specie, in qua retro annis exigerat.

Et ad id prouidendum motus fui, quia licèt certus esset Canon, qui solui debebat, tamen ex lapsu tanti temporis erat acquisitum ius Vassallis ipsis soluentibus, qui minimè poterant cogi ad aliam solutionem, quàm ad illam, quæ ex longa obseruantia facta fuerat.

2 Stat enim communi calculo recepta conclusio apud nostrates, vt soluens per triginta annos Canonem in alia specie, quàm in conuenta, acquirit ius, vt nequeat cogi nisi ad solutionem solitam, iuxta theoricam *Glos. Zabarell & Innocent. in cap. olim de censibus, Dec. in l. si certis annis num. 14. C. de pactis Abb. consil. 56. libr. 2. Imol. in l. si prius col fin. ff. de Aqua pluu. arcend. Curt. Iun. consil. 24. num. 7. Brun. de Augment. Monet. part. 1. limit. 4 num. 8. Surd. consil. 120. num. 18. vol. 2. Menoch. consil. 49. num. 20. libr. 1.*

3 Quæ quidem obseruantia, cum cursu tanti temporis in talibus solutionibus

vnius rei pro altera facit præsumere bonam fidem, etiam sine tituli probatione *Gabriel. consil. 164. num. 12. vol. 1.* vbi plura pro corroboratione antefignanæ conclusionis, quam & aliàs vti Aduocatus tuebar in causa Emilij Ferrelli.

Corroborant firmatum axioma, quæ nuper adduximus supra *Grauamin. 9. hoc eodem tom. 2.* vbi erit videndum.

4 Inde soliti dare Baronibus gallinam quotãnis, non possunt astringi valorem
5 illius in pecunia præstare, prout & voce, cùm casus in facto accidisset, meumque expeteretur votum, libenti animo votaui, & acquieuerunt partes.

6 Prout & sic contra quendam Parochum ad fauorem Filianorum anno elapso cõsului, quod meum consilium se-
8 &atus fuit *Illustrissimus, ac Reuerendissimus Dominus Aloysius Riccius* Neapolitanæ Ciuitatis, imo totius Italiæ decus, Præsul Vici Equensis satis bene meritus.

SVMMARIVM.

1 *Exemplis quomodo iudicandum.*
2 *Vassalli grauantur quando indistinctè contra eos exemplis iudicatur.*
3 *Exemplis iudicandum non est, sed legibus, & quare, num. 4.*
5 *Ex facto Ius oritur.*
6 *Bonus Doctor debet esse factista.*
7 *Exempla rerum iudicatarum ad interpretationem Iuris dubij multum profunt.*
8 *Certum semper est, quod est iudicandum, sed ex nostra ignorantia dubitatur.*
9 *Decisiones supremorum Tribunaliũ quo modo prosint, & quando secundùm eas sit iudicandum, & exemplis.*
10 *Exempla qualia esse debeant, vt secundùm illa iudicetur.*
11 *Exempla Supremorum Magistratuum qualiter facit, vt secundùm illa iudicandum sit.*
12 *Authoritas rerum iudicatarum qualiter in similibus vim legis obtineant.*
13 *Textus in l. Nemo Iudex, C. de sentent. & interlocut. explicatur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando indistinctè contra eos exemplis iudicatur.

GRAVAMEN CXXXII.

1 LIcet exempla rerum aliquoties ita iudicatarum nos aliquantulum moueant *l. cum de in rem verso ff. de vsur. l. nonnumquam ff. ad Trebell. l. 1. §. si coheredis ff. ad l. falcid. l. 1. §. hoc autem ff. ad Syllanian.* Non tamen ita illis alligari debent Iudices, quod non præualeant apud eos fori leges, & æquitas scripta, vel in capitibus prudentum traditione maiorum reposita, & in concussa praxi Regni obseruata, *Castill. Ramirez. in tractat. de absolut. Princip. potest. lege* Regia *in eos* translatâ *§. 20. num. 34. fol. mihi 152.*

2 Vnde si indistinctè exemplis iudicetur, Vassallorum vtique suboriretur grauamen:

3 Stat enim Regula exemplis non esse iudicandum, sed legibus, *l. sed licèt ff. de Offic. præsid. l. nemo, & l. non exemplis C. de sentent. & interlocut. omn. Iudic. cap. 1. de postulat. Prælat.* Rodolphin. *in tractat. de diuersis conclus. pag. mihi 153. conclus. 10. Monach. decis. Florent. 1. num. 93. cum sequen. Cardin. Tusc. practic. conclus. tom. 3. lit E conclus. 549. Ian. Langlæus semestr. libr. 7. cap. 3.*

4 Potest, inquam, esse varietas facti, quæ operatur, & vna eadem que causa diuersimodè iudicetur, cum ex iusta causa Iudex moueri possit in vna causa
5 certa forma, & in alia diuersa iudicare, quia ex facto ius oritur *l. si ex plagis §. in cliuo ff. ad l. Aquil. l. fin. in princip. ff. de Iur. Iur.* cum adductis per Dec. *in l. præcibus n. 3. C. de Impuber. & aliis substitut.*

Bar-

Digitized by Google

Barbos. in l. Titia num. 25. ff. solut. matrim. Vnde in praxi videmus, multos Aduocatos doctissimè scribere in iure, sed quia ius illud non cadit super facto amittere causas, & plures è conuerso non scribere in iure, & benè diuidere, ponderare factum, & victoriam ex causis reportare, vt meminit *Molfes. in consil. 1. post comment. ad consuet. Neap.* vbi propterea recenset, bonum Doctorem omninò debere esse factistam, vt sic, & secundùm veritatem causas defendere, & victoriam consequi valeat.

7 Hinc quamuis exempla rerum iudicatarum ad interpretationem iuris dubij multum prosint, *l. filius in princip. ibi sic inueni Senatum consueuisse ff. de fals. Affict. decis. 45. num. 4. decis. 96. nu. 11. & decis. 383. num. 8. Pras. de Franchis decis. 81. num. 2. Peregrin. cons. 91. num. 29. Menoch. consil. 400. num. 65. Gama decis. 228. Cabed. decis. 212. num. 7. part. 1.* quod licet, vt inquit *I. C. Paulus in l. sed & si restituatur, §. fin ff. de Iudic.* semper certum sit, tamen ex nostra ignorantia, quid iudicandum sit, dubitatur, cum aut super eo casu, de quo contendimus iure nihil statutũ reperiatur, aut si statutũ sit, dubia sit illius inter-
6 pretatio ad supremorum Trubunalium decisiones recurrimus *cap. in causis vers. cum in similibus de Re iudic. l. Nam Imperator ff. de legibus*, & cessat adducta regula, quòd exemplis non iudicandum sit, quando pluries in supremis Tribunalibus ita iudicatum reperitur, non translaticiè, vt inquit *I. C. in l. 1. ff. de Iur. patronat.* sed re per dies maturata, cum librorum reuolutione, & matura consideratione, ac studio.

10 Hęc autem sunt sectanda, quando concordant cum facto, cum minima facti varietas diuersum ius producat, & parua facti mutatione ius mutatur totum, itaut vix reperiatur vnus casus, qui per omnia alteri adęquetur, & exemplare, quod non claudicet non est multum, nisi omnibus circunstantijs animaduersis, & consideratis in dictis exemplaribus fidendum, ita *Ramirez in d. tract. de potest. suprem. & absolut. Princip. lege Regia in eo translata cit. §. 20 num. 33.*

Sed quia circa superius discussa pulchrè loquitur *Reg. Rouit. consil. 18.* quod est reduplicatum in *consil. 78. à num. 2. cum pluribus sequentibus volum. 1.* placuit illius verba hic transcribere, vt infra.

Nam licèt de iure non sit exemplis iudicandum, *l. nemo Iudex C. de sentent. & interloc. omn. Iudic.* Tamen negari nõ potest, quòd iudicia tam Supremorum Magistratuum
11 alijs iudicaturis exemplum quod sequantur, præbeant ex traditis per *Afflict. decis. 169. num. 9. Zas. in rubric. ff. de except. num. 6. Plot. in l. si quando nu. 156. C. vnde vi, Menoch. de presumpt. lib. 1. quæst. 1. num. 27. in fine.* Immò postquam pluries ita in eodẽ iuris articulo Suprema huius Regni Tribunalia iudicarũt, ita perneceſse iudicandum est in futurũ in similibus casibus, prout docet *Thesaur. in proœm. suarum decis. ante num. 33. versic. quod si ter, vel quater, Dec. in cap. at si Clerici num. 166. extra de iudicijs*, cuius meminit *Preses de Franch. decis. 238. num. 3. Gam. decis. Lusit. 228.* latius *Preses de Franch. decis. 470. per totam*, & sunt apertissima iura, quę in indiuiduo hoc mihi probant, nempe *text. in l. 1. §. hoc autem Senatus Consultum*, ibi, *& ait text. sic esse sępè iudicatum ff. ad Syllan. in l. nam Imperator, ff. de legibus*, vbi ad litteram Iure Consult. tradit authoritatem rerum similiter iudica-
12 tarum, perpetuò vim legis obtinere debere, *in §. 1. in auth. de restitut.* & ea, quæ part. in 11. mens. ibi *& in iudicio approbata frequentantur, in l. au in totum C. de ędific. priuat.* ibi, *Præses probatis his, quæ in oppido frequenter in eodem genere controuersiarum seruata sunt*, cum multis similibus, inter quæ non omittam pulchrum *tex. in l. filius, ff. ad l. Cornel. de falsis ibi, sic enim inueni Senatum censuisse*, non enim potest tergiuersari, quin ex tot decretus stylus, & consuetudo in

Digitized by Google

hoc Regno, sic iudicandi insurrexeri, à quibus non est recedendum, tum quia est optima legum interpres consuetudo, *l. si de interpretatione, ff. de legib.* tum etiam quia stylus Curiæ in iudicando vim legis obtinet, *Cyn. & Bald. in l. fin. C. quæ sit longa consuetud. Afflict. decis. 135. num. 3.* Et in proprijs terminis terminantibus huius articuli, quòd illud sit iudicandum, quod nostri Antiqui iudicauerunt, & practicauerunt, voluit in indiuiduo *Bellug. in Specul. Princip. Rubric. 41. §. leges Regni num. 43. versic. sed quid si debitor, & num. 44.*

13 Nec obstat textus *in leg. Nemo Iudex, Cod. de sentent. & interloc. omn. Iudic.* quia procedit, quando Supremus Senatus iudicasset contra textum expressum, non autem quando iudicaret in dubijs, & controuersis Iuris articulis, vt ait *Menoch. dict. quæst. 1. num. 29.* Quæ omnia si rectè procedunt in quibuslibet Supremis Tribunalibus multò fortiùs procedunt in Sacr. Consilio huius Regni, cuius Decreta pro lege obseruari debere statuit Dux Alcalanorũ huius Regni Prorex in *Pragmatica 38. §. final. in capit. Et si Decreta de officio Sacr. Consil.* Nam articulus dubius decisus per Sacrum Consil. facit ius Vniuersale in Regno secundùm *Afflictum decis. 190. Præses de Franch. dicta decis. 238.*

SVMMARIVM.

1 *Visitatio carcerum, & carceratorũ quando sit facienda in Regijs Prouincialibus Audientijs, & quando in Cathalonia fiat, num. 2. quidue seruauit Author vti Regius Minister num 4.*

3 *Iudex debet se informare de statu causarum carceratorum.*

5 *Visitatio carceratorum est præclarũ & sanctissimum opus à Deo præmiatum.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando in locis, in quibus residet Tribunal Regiæ Audientiæ Prouincialis, in qualibet die Sabati non fiat Visitatio Carceratorum, eiusdem Tribunalis, nec non mittatur vnus ex Auditoribus ad visitandos Carceres Ordinarij Gubernatoris.

GRAVAMEN CXXXIII.

1 VIgore Pragmaticæ Regni, vulgò (dell'Ottantanoue capi) vndecimæ in ordine sub *Rubric. de Offic. Iudic. & aliorum Official. §. 9.* est quidem cautum, vt Regiæ Prouinciales Audientiæ habeant curam qualibet die Sabati visitandi carceres suos, nec nõ mittendi vnum ex Auditoribus ad visitandos carceres Capitaneorum Regiorum existentes in locis, in quibus residet Audientia, quòd si talis dies erit feriatus, visitatio fit facienda in die iuridico proximo, vel præcedente ad Sabatum.

2 Quod quidem confirmat nouiter *Gabriel Berart. in Specul. Visitat. tit.* de Decurioribus, seu Consiliarijs Ciuitatum *num. 63.* Vbi quòd Consiliarij Ciuitatis Barcinonæ tenentur quolibet die Veneris, si feriata non fuerit, sin minus die sequenti feriata ire ad Regios carceres dictæ Ciuitatis vnà cum Regio Vicario, vel Subuicario, & ibi visitare dictos

3 Carceres, & Carceratos, & de ipsorum causis, & illarum statu ab ipsis Carceratis se informare, intelligere, & sollicitè intendere pro eorum iustitia, & causarum expeditione, & pro prædictis obseruandis iuramentum in ingressu sui

Regi-

Digitized by Google

Regiminis in præsentia centum Iuratorum dictæ Ciuitatis, & apud dictum Regium Vicarium præstare tenentur, ex *Pragmat. Regia Petri III. in 2. volum. Constitut. sub tit. de Offic. de Concellers.*

4 Sicque inuiolabiliter tempore meo in Apulea seruaui vti Regius Auditor, nam semper promptus fui visitare Carceres Regij Gubernatoris Ciuitatis Luceriæ, in qua regitur Prouinciale Tribunal.

5 Est, inquam, hoc opus præclarum, ac sanctissimum, à Deo Optimo Maximo præmiatum, iuxta illud *Matth. 25. Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum, In carcere eram, & venistis ad me.*

Quare vtique in Subditorum grauamen exoriretur, vbi talis visitatio derelinqueretur.

SVMMARIVM.

1 *Reliquatus solutio descendens ex causa Administrationis operatur, vt quis non debeat iterum reddere rationes.*

2 *Docens Reliquatum soluisse in necessarium antecedens iustificat pariter rationem per ipsum esse redditam.*

3 *Reliquatus restitutio inest redditioni rationum.*

4 *Reddere iterum rationes quis regulariter non tenetur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si pro Baronalibus bonis administratis, non obstante quòd demonstrent Reliquatus solutionem ex tali administratione descendentem, de nouo Rationes reddere à Successoribus Baronibus adstringantur.

GRAVAMEN CXXXIV.

SOlent multoties Barones successores in feudis petere redditiones rationum bonorum feudalium à Vassallis, vti Conseruatoribus, & Aerarijs factis tempore suorum prædecessorum, qui licèt ipsas reddiderint per antea, non tamen apparet euidenter illas fuisse datas, sed allegant redditionem talium rationum ex solutione reliquatus descendente à tali causa, qua non obstante, si adhuc per Barones molestentur vtique grauantur, prout pro grauamine reperio fuisse oblatum in Sacro Regio Consilio a nonnullis particularibus Terræ Sibaris contra Vtilem Dominum, qui obtinuerunt prouisionem a Regio Consiliario Io. Felice Schelaleone in anno 1570. quod stante probatione solutionis reliquatus descendentis ex causa administrationis factæ per dictos tempore prædecessoris, nouus successor nullatenus molestare debeat.

2 Verificatur hæc opinio ex recepta regula, quòd docens reliquatum soluisse in necessarium antecedens, etiam iustificat rationem per ipsum fuisse redditam, *l. 1. §. officio, vbi Bar. ff. de Tut. & Ration distrahend. Ripa in l. admonendi num. 15. de Iur. Iur. Corn. consil. 196 lib. 3. Alexand consil. 45. libr. 1. Crauett cons. 231 lib. 2. Roman. consil 423.* quos refert, & sequitur *Rota Genuæ dec. 181. nu. 7.* & nouissimè fatetur *Pyrr. Maur. Arretin. in tractat. de solut. oblat. & retent. cap. 96.*

3 Inest enim redditioni rationum reliquatus restitutio, vt vltra adductos *tom. 1. Grauam. 329. num. 5.* tradiderunt *Viu. dec. 253. Bellon. dec. Genuæ 209. & Munnoz de Escobar. in tract. de Ratioein. administr. cap. 31. num. 12.* & ideo qui Reliquatus soluisse docet, & rationes reddidisse probare videtur.

4 Vnde stante tali probatione, esset cogere ad iterum reddendas rationes ad quas nullus tenetur, nisi in casibus relatis *tom. 1. Grauam. 168.* vbi videre non pigebit.

Hinc abstinere se debent Domini Barones successores a molestandis Vassallis pro administrationibus factis tempore Patrum, & Auorum, dum eisdem constare fit de Reliquorum solutione descendente ex dictis administrationibus.

SVMMARIVM.

1 *Reus inquisitus pro leui delicto non potest capi mortuus.*
2 *Vt Reus possit capi viuus, vel mortuus quid debet constare, & quæ concurrere debent, & num. 4.*
3 *Iudices debent cauere nè procurent Reos capi cum periculo vitæ.*
5 *Iudex tenetur in syndicatu, si mandauerit capi Reum viuum, vel mortuum.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando contra Reos pro delictis non dignos pœna mortis expeditur ordo, quòd capiantur viui, aut mortui.

GRAVAMEN CXXXV.

1 EST quidem cauendum sicut ab igne relaxare ordines quod Inquisiti capiantur viui vel mortui, nam id mandari regulariter non potest, nec quoque
2 debet, nisi in casu in quo ex processu liquido constet capiendum esse Reum criminis capitalis pœna dignum, ita *Cason. post tract. crim. de indit. & tortur. Rubric. de Captur. & Carcer. cap. 9. nu. 13. & 24.* vbi non derelinquit admo-
3 nere iudices, vt abstineant, nè Criminosos, ac Reos capi mandent, & curent cum periculo vitæ, nisi ex actis liquidò constet aduersus tales Delinquentes de crimine, eandemque sententiam confir-
4 mat *Farinac. in practic. criminal. quæst. 32 num. 53.* vbi annuit tria esse de substantia, vt liceat talis ordo relaxari. Primò, quòd Delictum sit Capitale, & sic pœna mortis dignum; secundò, quòd de tali crimine per capiendum patrato ex actis constet.

Tertiò tandem, quòd de eodem delicto plenè, notoriè, & liquidè constet, tali modo, vt si capiendus vbi captus esset nullam posset facere defensionem, vel probationem in contrarium, nam aliter esset innocentem condemnare, & deuenire ad executionem ante condemnationem, quod satis iniquitatis saperet, cum sit contra omnia iura mundi.

5 Quare nisi supradicta concurrant, erunt ligatæ manus Iudicis, & superioris mandandi, & dandi ordinem quod Reus capiatur viuus, vel mortuus, quod si his deficientibus faciant vtique grauabunt, possentque puniri, & tenerentur in Syndicatu Officiales temporales, & perpetui in visita, *Gabriel. Berart.* qui supradicta omnia reportat, & confirmat *in specul. Visitat. tit. de Iudicibus, & alijs Officialibus cap. 17. num. 107. & 108. folio mihi 234.*

Imò ego dicerem, quòd licet in Rigore iuris supradictis concurrentibus posset relaxari talis ordo, Tamen non debet fieri, nisi contra magnos latrones, & Bannitos, ac similis speciei Reos, qui fortasse cum difficultate possent haberi viui, quia tunc ratione publicæ vtilitatis ad extirpandas tales malas herbas posset id practicari.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, quando data suspictione Iudicis in causa procedi-tur, fallit num. 10.*
2 *Suspicio Iudicis est alleganda in scriptis.*
3 *Iudex allegatus suspectus se ingerens ne dum dicitur attentare, sed & facere iniuriam parti.*
4 *Suspictione proposita Iurisdictionis officium suspenditur, & si Iudex se intromittat, processus est nullus ipso iure, num. 5.*
6 *Durum est coram Iudice suspecto habere causam, & litigare.*
7 *Iudici suspecto numquam præsumitur Iudex ex certa scientia causã committere.*
8 *Recusationis remedium per Principem iure scripto tolli non potest, & num.*

Digitized by Google

& num. 9. vbi neque per Statutum.

10 *Iudex ex officio reijcit causas suspitionis friuolas iniustas, & non veras, & potest procedere suspitione non obstante.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando data suspitione Iudicum in causis proceditur.

GRAVAMEN CXXXVI.

1 HOc oriri potest grauamen, quando non obstante allegatione suspicionis in personam Iudicis proceditur in causa, tam respectu Baronis, quàm Officialis, & respectu Baronis erit si mandet procedi in causa non obstante allegata suspicione; respectu verò Officialis, quando ipse procedit non
2 ostante allegata suspicione in scriptis, prout est necesse, *Perez in l. 1. glos. 1. cap. 465. Rulan. de commissar. libr. 2. cap. 15. sub num. 8. part. 1. Soar. de pace in pract. tom. 2. part. 1. cap. 6. num. 26. Cardos. in prax. Iudic in verbo recusatio nu. 5. Cur. Philippica part. 1. §. 7. num. 2. Miranda. de ordin. Iudic. quæst. 20. artic. 2. concluſ. 3.*

3 Grauantur, inquam, partes in hoc casu, quia Iudex suspectus allegatus se ingerens in causa, ne dum dicitur attentare, sed & facere iniuriam parti, ad rextum *in l. quæ omnia §. 1. ff. de procur. Bellamer. decis. 18. Lancellot. in tract. de attentat. libr. 2. cap. 1. num. 104.* quos sectati sumus *in praxi elect. & variat fori quæst. 2. num. 34. sect. 1. in. vltim. impress.* vbi cumulauimus & alia, quæ hic adaptari possunt, ibi videnda.

4 Cum proposita suspicione debeat iurisdictionis exercitium suspendere, & illa pendente non se intromittere, tum ad euitandum grauamen partis,
5 tum etiam ad euadendam nullitatem actuum, cum processus ipso iure nullus sit, si Iudex recusatus procedat iuxta theoricam, *Glos. Franc. & Gemin. in cap. Iudex, de Offic. delegat. in 6.* quam præ cęteris sectarunt *Chrichon. commun. opin. cent. 3. concluſ. 91. Villadieg. libr. 2. for. iudic. tit. 1. l. 22. num. 11. Misinger. obseruat. 59. cent. 4. Ceual. practic. quæst. commun. contra commun. quæst. 680. Azeued. in l. 1. num. 8. tit. 16. libr. 4. recopilat. Gabriel. de Iudic. concluſ. 1.* cum latè adductis per *Giurbam consil. crimin. 9.* vbi quod data suspicione conquieſcit iudicis officium ex *Milli. in repertorio, in verbo Iurisdictio, Verall. decis. 7. part. 3. Mut. ad pragmat. Sicil. tit. 4. num. 23. Reg. Valenzuel. conſ. 43. num. 170. vol. 1. Amat. Rodriq. in pract. cap. 10. à. num. 54. Caraſc. in explicat. leg. Hiſpan. Rocopilat. cap 9. num. 337. Mendez à Caſtr. in prax. Luſitan. libr. 2. cap. 7.*

7 Durum est inquam coram Iudice suspecto habere causam, & litigare *l. apertiſſimi de Iudic. cap. cum inter de except.* vbi ideo cauetur, quod Iudici suspecto numquam Princeps præsumitur ex cer-
8 ta scientia causam committere, quia istud remedium recusationis etiam per principem tolli non potest in reſcripto, vt fundat *Apicell.* nouiter *in comment. ſuper Pragmat. 9. cap. 2. de Offic. Iudic ſiue*
9 *de ſuſpic. official. num. 10.* neque statuto, *Menoch. de præſumpt. libr. 2. præſumpt. 48. num. 32. Miſinger. obſeruat. 63. in fin. cent. 3. Scace. de Appellat. quæſt. 16. limit. 1. num. 119. & 122.* videndi in materia late *Farinacc. in fragment. criminal. in verbo Iudex Pacoan. de probat. libr. 2. cap. 45.* fusè etiam perplura conglomerat *Berart. in ſpecul. viſit. cap. 6.*

10 Cessaret tamen grauamen, si non obstante suspicione proposita Iudex procederet quando causæ recusationis non essent iustæ & veræ, sed friuolæ, cum illæ ex officio reijci possint à Iudice *Franc. Marc. dec. 727. Galupp. in prax. S. C. cap. 5.* vbi causas suspicionum reportat, vt etiam facit *Reg. Rouit. in pragm. ſub Rubric. de ſuſpic. Official.* vbi quia nos pariter permultas cumulauimus, ideo ibi lectorem relegamus videre, nec amplius in hac materia Calamum defatigamus.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, quando Iudex non iudicat secundùm partium voluntatem, fallit in transactione alimentorum, num. 5.*
2 *Iudex in pronunciando debet sequi partium voluntatem.*
3 *Iudex nihil aliud querit, quàm vt partes sint concordes, & in pace.*
4 *Sollemnitates Iuris Iudex remittere potest, & debet accedente partium consensu.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando in pronunciando Iudex partium voluntatem sectari prætermisit.

GRAVAMEN CXXXVII.

1 IN grauamen Subditorum resultat, quando Iudex prætermisit pronunciare iuxta partium voluntatem.
2 Siquidem Iudex in pronunciando debet sequi partium voluntatem, iuxta quam tenetur sententiam proferre, ad textum in *l. si conuenerit ff. de re iudic.*
3 Nam Iudex nihil aliud querit, quam vt partes sint concordes, & ideo secundum earum concordiam, controuersiam dirimere obligantur, *Surd. in tractat. de Aliment. tit. 8. priuileg. 75. nu. 4.* quem refert & sequitur *Viscont. in suis conclus. Iur. in verbo iudex fol. mihi 134. col. 1.*
4 Inde solemnitates Iuris accedente partium consensu, potest, & debet Iudex remittere, *Glos. in cap. de causis de offic. & potestat. Iudic. Deleg.* de quo videndi sunt *Roman singul. 763. Xuar. in l. post rem super l Regni Hispan. in princip. nu. 13. Ceual practic. commun. contra commun. quæst. 585. Vant de Nullitat. ex defect. process. num 73. Perez in l. 2. glos. 4. in princip. tit. 4. libr. 3. ordinam*
5 Cæterùm cessaret grauamen, vbi essemus in tranlactione, siue conuentione facta per partes super alimentis contra dispositionem *text. in l. cum hi, ff. de transact. l. de alimentis, eodem tit.* cum latius adductis per *Surd. de Aliment. tit. 8. priuileg. 56.* nam tunc, non obstante quod partes consenserint super obseruantia dictæ transactionis, non tenetur Iudex eorum assentire voluntati, vt in *d. l. cum hi, & ibi Angel.* dicens id esse speciale in transactione facta super alimentis, ne Iudex sequatur partium voluntatem, sed motum animi sui, quod etiam voluit *Rota in vna Camerinen. Alimentorum in Anno 1600. coram R. P. D. Litta*; & prosequitur *Surd. in allegat. tractat. d priuileg. 75 num. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Personæ priuilegiatæ multi sunt, & referuntur quamplures, vsque ad num 6.*
7 *Vassalli grauantur, si priuilegia & beneficia à Iure priuilegiatis personis concessa non elargiantur & renuentes illa elargiri tenentur ad interesse, & in sindicatu, num. 8.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Priuilegia, & Beneficia à iure priuilegiatis personis concessa non elargiantur.

GRAVAMEN CXXXVIII.

1 MVlti sunt priuilegiati in iure, diuersa habentes beneficia, vt pauperes, & miserabiles personæ, de quibus particularem inscripsi tractatum, nempè *De Miserabilium personarum pri-*

Digitized by Google

priuilegijs, & post me *Aluar. de Velasc.* alterum edidit *de Priuil.pauper.* inscriptum, & ante eum *Cornel. Beninca.* eiusdem tituli prerogatiua materiam exornauit, & plura conglomerauit *Cerdan. Callada in tract.della visita de la carcel. cap.16. & 17.* vbi octuaginta quinque priuilegia paupertatis congessit,

2 Nec non minores, qui habent restitutionem in integrum, siue primum, & secundum beneficium, vt in *Constitut. Regni, Minorum Iura*, & latè in particulari *tractat. de Restitut. in integrum, Sfort. Odd. & Imbrian. in special. tractat. de primo, & secundo beneficio*.

3 Similiter & mulieres, quæ pro suis dotibus ampla retinent priuilegia, de quibus latiori calamo *Bald. Nouel. in tractat. de dot.* & nouiter *Borrell. in summa decis. tit. de priuileg. dotalibus tom.3*.

4 Item & senes, ad quorum fauorem particularem compilauit tractatum *Paleotius sub tit. de priuileg. senectutis*.

5 Pariter & Scholares, de quorum priuilegijs amplè scripsere *Horat. Luc. & Rebuff.*

6 Et tandem, vt alios omittam, pia causa, quæ est in iure priuilegiatissima, & proinde de ipsius priuilegijs secundam collexit tractationem *Tiraquell.* qui in moderna compilatione immensior appatet ex fusissimis additionibus ibidem adductis, & *ex tractat. nostro de priuilegijs incertorum, & malè ablatorum*, qui post dictum opus impressus reperitur.

7 Si Vassallis huiusmodi sic à Iure priuilegiatis priuilegia, & beneficia absque rationabili causa nõ concedãtur, sed denegentur, vtiq; subintrat grauamen, & qui renuerunt illa elargiri ad interesse, quod

8 fortè passi sunt obligantur, & in sindicatu tenentur, prout considerauit *Rota in vna Britorien. Restitutionis in integrum 1597. coram R.P.D. Penia*.

SVMMARIVM.

1 *Officialis cogit partes, vt præstent cautionem de non offendendo, si inter se odio prosequuntur.*

2 *Compulsio ad cautionem præstandã per mulctam fieri potest.*

3 *Officialis imponit pœnam partibus, quòd vna aliam non offendat.*

4 *Melius est opportunè occurrere, quàm post vulnera remediũ quærere.*

5 *Cautio de non offendendo antequam præstetur debet pars citari.*

6 *Iudex requisitus, vt faciat præstare cautionem de non offendendo omninò prouidere tenetur.*

7 *Iudex non prouidens de fideiussione præstanda de non offendendo tenetur in sindicatu.*

8 *Officialis negligens officio priuandus est.*

9 *Prætor videns, quòd quis occidi potest, debet cogere partes ad cautionem præstandam de non offendendo.*

10 *Cautio de non offendendo præstanda est vbi adest iustus timor, & iusta causa.*

11 *Cautio si sit præstanda num stetur partis Iuramento.*

12 *Cautio præstatur constito in actis de timore.*

13 *Partes satis grauari dicuntur, ex cautione de non offenden. præstanda.*

14 *Prætor potest compellere subditos inimicos ad faciendam pacem.*

15 *Prætor potest inimicos subditos ad concordiam inducere.*

16 *Maximè vbi adest timor, ne partes ad arma deueniant.*

17 *Pax desideranda semper est.*

18 *Respublica lœditur ex ciuilibus dissentionibus.*

19 *Nil bello ciuili miserius.*

20 *Bellum pace mutatur.*

21 *Prætor videns magnum rumorem potest emanare banna, vt nemo arma capiat.*

22 *Prætor potest insolentem verberibus afficere.*

23 *Et tunc in sindicatu non tenetur.*

23 Cau-

Digitized by Google

24 *Cautio de non offendendo quanto tẽpore duret.*
25 *Cautio de non offendendo ad decem annos extenditur.*
26 *Prætor potest statuere, quòd cautio præstetur in perpetuum ex causa iusta.*
27 *Cautio infra quod tempus præstanda.*
28 *Cautio præstita simpliciter de non offendendo intelligitur perpetua.*
29 *Ius agendi ex cautione de non offendendo, præscribitur annis viginti.*
30 *Cautione prestita ad tempus de non offendendo potest renouari per Prætorem.*
31 *Ex causa tamen.*
32 *Partes licèt cogantur ad cautionem præstandam, non tamen cogitur eius fideiussor.*
33 *Tempus si non fuerit appositus in Cautione de non offendendo, habetur pro apposito.*
34 *Cautio de non offendendo debet præstari regulariter cum fideiussore.*
35 *Pauper non inueniens fideiussorem pro cautione de non offendendo, admittitur ad iuratoriam cautionem.*
36 *Quod Iudicis arbitrio remittitur.*
37 *Prætor cogens ex officio ad cautionem potest admittere ad iuratoriã cautionem.*
38 *Ad iuratoriam cautionem, quando quis non admittatur.*
39 *Persona bonę conditionis admittenda est ad iuratoriam cautionem.*
40 *Personę rixosę non habentes fideiussorem exiliantur, donec fideiussorem inueniant.*
41 *Diues etiam tenetur cautionem prestare.*
42 *Cautio de non offendendo ad inuicem prestanda est.*
43 *Cautionem prestans de non offendendo, si altera pars recusauerit præstare, potest petere cassari.*
44 *Cum limitatione tamen.*
45 *Qui cogitur ad cautionem, etiam cogitur de non offendendo filios, & similes.*
46 *Etiam filios spurios.*
47 *Cautio de non offendendo in quibus casibus præstatur.*
48 *Fiscus potest pęnam fractæ cautionis exigere in casu contrauentionis.*
49 *Limita si offensio esset verbalis.*
50 *Prouocatus potest impunè prouocantem offendere.*
51 *Cautio de non offendendo est stricti iuris, & non extenditur ad nouam causam.*
52 *Pax quando non censeatur rupta.*
53 *Pace non ratificata, fideiussor non tenetur ad pęnam.*
54 *Pęna fractæ pacis non debetur, si carnaliter mulierem eius cognouerit.*
55 *Vxore vnius in alteram rixante non censetur rupta pax.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando existente odio, & inimicitia inter Ciues, Barones, vel Officiales, non procurant, vt ad inuicem præstetur Cautio de pacifice viuendo, & de inuicem non offendendo.

GRAVAMEN CXXXIX.

SVmmam curam Barones, & Officiales adhibere debent, viribusque omnibus studere tenentur, vt populi sibi commissi quietè, ac pacificè viuant.

Ita vt quando ad eorum perueniat aures, Ciues inter se odio prosequi, nec curant facere prestare cautionem alter alteri de pacificè viuendo, & de inuicem non offendendo, vtique grauant.

1 Possunt, inquam, & tenentur in huiusmodi casu hoc adhibere remedium ad euitanda scandala, & homicidia, quæ euenire possent vt probatur in *l. denunciamus C. de Episc. & Cleric.* & tradunt

Cyn.

Digitized by Google

Cyn. in l. illicitas §. veritas ff. de Offic. Præsid. Plac. in Epitom. delict. lib. 1. cap. 7. nu. 1. & 3. Gomes. de delict. cap. 8. Rubric. de Crimin. stellion. num. 16. Clar. in §. fin. quæst. 47. num. 3. vbi *Baiard. num. 17. Præs. de Franch. decis. 259.*

2 Quę sane compulsio ad præstandum cautionem potest fieri per mulctam, per captionem pignorum, per capturam personæ, per bannum, seu exilium, per carcerationem, alijsque pœnis iudicis arbitrio, vt dixit *Herculan cap. 5. & cap. 44 num. 1. & cap. 50. num. 29. in tract.*
3 *de caut. de non offend.* & poterit imponere pœnam magnam partibus, quòd vna aliam non offendat, *Bartolom. de Cap. in Const. Reg. Subditorum num. 17.* melius
4 namque est oportunè occurrere, quàm post vulnera remedium quærere, non enim magistratus pati debent ad arma, & rixam procedere, quos potest iurisdictione sua componere, vt inquit *Simanc. de Republic. lib. 8. cap. 25.*

5 Et est animaduertendum, quando expeditur citatio, vt in ea dicatur, aliàs cautio habeatur pro præstita in casu contrauentionis, & comminari exactionem pœnæ, & illam potest effectualiter exigere, ita dixerunt *Baiard. ad Clar. in §. fin. q. 47. num. 21. Vulpell. de promiss. de non offend. quæst. 8. in fine. Guid. Pap. decis. 418. Fran. Marc. in decis. 586. part. 2.*

6 Et si Iudex fuerit requisitus, omnino tenetur prouidere, vt præstetur talis cautio, aliàs teneretur in Sindicatu de omni scandalo, & damno sequuto, *Rip.*
7 *respons. 9. de rescript.* & si non prouidet de tali fideiussione præstanda, & succedit homicidium in personam petentis cautionē, tenetur in Sindicatu de omissis, & neglectis, ac de homicidio secuto, negligentia enim facit Iudicem culpabilem, sed multo plus dolus facit Iudicem culpabilem, & tenetur de omni damno, *Auth. nouo iure C. de pœn. Iud. qui*
8 *male iudic.* quinimo Officialis ob negligentiam potest priuari Officio, *Marant. in tract. de multiplic. alienation. num. 334. pagina mea. 38.*

9 Vbi enim dubitatur, quòd aliquis timet occidi ab aliquibus parentibus, ratione honoris, potest, & debet officialis cogere partes ad præstandum cautionem de non offendendo, cum causę tamen cognitione, *Arnon. Sing. 30. & Sing. 53. Clar. in d. quæst. 47. vers. sed numquid.*

10 Et non ad simplicem partis instantiam debet statim Iudex se mouere ad faciendum præstare istam cautionem, sed ita demum si præcedat iusta causa, & iustus timor, vt diximus.

11 Sed an stabitur iuramento partis, vide *Bart. in l. capitalium, §. ad statuas ff. de*
12 *pœnis*, cum causæ igitur cognitione potest cogere partes, & constare debet in actis, aliàs non poterit cogere partes ad cautionem præstandam de non offendendo, & de pacificè viuendo, *Paris. Consil. 168. vol. 4. Plac. de delic. lib. 1. cap. 7. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 140. nu.*
13 *4.* Ratio est, quia partes satis grauari dicuntur ex ista præstatione cautionis, *Felin. in cap. 2. de treg. & pac. Capp. Thol. decis. 489. & Franc. Marc. decis. 125. num. 2.*

14 Hinc ad publicam quietem potest Officialis compellere subditos inimicos ad faciendam pacem, *Bar. in l. congruit, ff. de offic. Præsid. Feli. in cap. 1 de treg. & pace, Bart. in l. si vsusfructus §. sed si inter, ff. de vsufr. & ibi Alex.* in *addition.* & potest inducere eos ad concordiam,
15 vt scribit *Amatus in Consil. 18. num. 4. Bald. in l. omnia §. quies per illum. tex. ff. de offic. Præfect. vrb.* maxime vbi ti-
16 mor adest, ne ad arma partes deueniant *Claud. de Seisell. in l. 1. §. & post operis num. 4. ff. de nou. oper: nunc.* Pax enim
17 desideranda est velut necessarium bonum, nam vt inquit *Tull. de amic.* nulla ciuitas tam firma, tamque stabilis, quæ non odijs ciuium labefactetur, nec nul-
18 lum tam grande imperium, quod ciuilis discordia non euertat, ex ciuilibus enim dissentionibus sæpe Respubiica læditur, ad *tex. in l. si quis ingenuam §. in ciuilibus ff. de captiu.*

19 Et idem *Tull. lib. 12. Epistol. 16. ad Tironem* clamat, nihil esse bello ciuili miserius, & siouti placidum mare ex aspero, cęlumque ex nubibus serenum
20 hilari aspectu sentitur, sic bellum pace mutatum plurimum gaudij affert, & odij acerbitas deposita candida relatione celebranda est, prout plura tradit *Anell. de Amato in d. cons. & Gulielm. de Bened. in cap. Rainutius par. 2. in ver. mortuo itaq. testatore il primo. num 228. & Boss. in tit. de* pace, & plura per *Gayl. de pace public. col. 1. & 2.*

Imò

Digitized by Google

21 Imò Officialis zelo pacis, si viderit magnum rumorem inter Ciues,& quòd capiunt arma offendendi causa, potest tunc emanare banna per Ciuitatem, vt nemo audeat arma capere, & exire de domo sua,& cautè prouideat pro scandalo euitando, vt dixit *Paris de sind. in ver.Concordia in vers. si sunt duo in ver. si est contentio inter duos,& in ver.si offi-*
22 *cialis viderit*. nec non zelo pacis, & concordiæ potest insolentem, vel importunè agentem increpare, ac verberibus afficere ad sedandum tumultum,
23 *l.in omnibus ff de noxalib. actionib.* & tunc non tenetur Officialis in sindicatu,cum id fecerit ad pacem agendam, ac animo corrigendi *Paris de Sindicat. in ver.Iudices cap.6.num.9* quæ omnia vidi multis vicibus seruata, & ipse vti Regius Minister adhuc adhibui.

24 Cautio autem de non offendendo quanto tempore duret, & an sit perpetua, vel temporalis, hoc Iudicis arbitrio relinquitur,vt dixerunt *Bart. in l. illicitas §.ne potentiores num.7. ff. de off. Præsid.Felin.in rubr.de treug.& pac.nu. 10 in 3.declarat.Rip.in rubr.ff.de damn. infect.num.23 in fine, Capp. Tholos. dec. 489.Gomes.in tit. de iniurijs num. 16.* vbi de communi testatur,*Plaz de delict. lib.1.cap.7 num.4.Clar.in §. fin. quæst. 47. num.6.* vbi pariter de communi testatur, & ab ea non esse recedendum admonet *Menoch. de arbitri. Iudic.cas. 141.num.2.*

25 Quod Iudicis arbitrium potest extendi vsque ad annos decem, & non vlterius *Ang Imol.& Castr. in l. penult. per illum tex.in verb. longum tempus ff. de Prætor. stipulat. Capp. Tholos. d.dec. 489.Alex.in l.dies cautionis num.6.ff. de dam.infect.Marsil.in l.1. §. præterea nu. 8 ff.de quæstion.Plac.de delict lib. 1. cap. 7.num.4 & Menoch.loco relat.nu.3.*

26 Ex causa tamen Iudex potest quandoque statuere,vt cautio præstetur in perpetuum,causa vero erit iusta, quando inimicitia procedit capitalis,& talis vt illatæ iniuriæ, nec etiam longo tempore obliuio sit inducenda, vt puta si fuisset alicui occisus filius,aut pater, vt ait *Vulpell in Tract. de Promiss. de non offendend.quæst.78.num.2.*

27 At si simpliciter eam Iudex præstari mandauerit absque termini præfixione, secundum *Rip.in rubr. ff. de dam. infec. num.23.* tunc duo tempora distinguenda erunt,vnum ante præstitam cautionem, & alium post; in primo præstanda est simpliciter, ne detur occasio differendi offensionem; in secundum tantum durabit,quantum durabit inimicitia, & causa timoris Iudicis arbitrio, *Hercul.*
28 verò *in d. Tract.de Caut. de non offend. cap. 9. num. 21.* dicit contrarium,quòd scilicet si cautio fuerit simpliciter præstita, quòd intelligatur perpetua, & hac ratione mouetur, nam quando tempus est incertum, & dubitatur an sit perpetuum,in dubio perpetuum iudicatur, *Ias. in l. sufficit ff. de cond. indebit. Tiraq. de vtroq. retract. §. 1. glos. 1. num.* 39. & in hoc est aduertendum,
29 quòd ius agendi ex ea præscribitur, aut spatio annorum 30. aut 40. aut verius 20. *argum.tex.in l.querelam* C.*de falsf.*&
30 quando ad tempus fuerit præstita,Iudex tunc potest cogere partes ad illam renouandam ex causa, quæ quidem causa
31 subesse dicetur, si idem Iudex arbitratus fuerit in rancore inimicitiæ durare, & non cessasse periculum futuri scandali, ita *Clar. in d. quæst. 47.* quod in practica hodie nullam habet dubieta-
32 tem, & tunc licèt partes possint cogi ad renouandam cautionem, non poterit tamen fideiussor cogi ad iterum fideiubendum ad tex. notabilem in *l. nec emere* C.*de iure deliberand.*

33 Et ne errent iudicare debentes in hac materia,quia stylus loci,ac consuetudo semper erit attendenda,vt inquit *Clar. in d.quæst.47.num. 6.* tempus de consuetudine apponi soliti in istis cautionibus de non offendendo habetur pro appositio,si non fuerit appositum secundùm *Herculan. in dicto Trac. cap. 9. num.25.*

34 Quæ cautio de non offendendo debet cum fideiussore præstari regulariter, ita *Salic.in l.denunciamus num.2.C.de his qui ad Eccles.confug. Felin. in Rub. de Treg.& pac.num.10. declarat. 2. cap. literas & cap. ex transmisso de restitut. spoliator. glo. in cap. ad nostram de iure iurand.Plac.de delict.lib.1.cap.7. num.2. Clar.quæst.47.num.5.*

35 Si verò fuerit pauper,& fideiussorem non inueniat, debet tunc ad [illegible] cautionem admitti,*Clar.d.q[illegible] 5.Hercul.cap 5.num.11.Vulpell. de promiss.de non off.quæst.77. num. 1. & 2.*

quod

Digitized by Google

36 Quod tamen iudicis arbitrio relinquitur, an cum fideiussore, an sine, caueri debeat, vt ait *Gomes. de delictis cap. 6. num. 17. Menoch. cas. 140. num. 2. & cas. 140. el 2. num. 6.* & hoc iuxta facti, & personæ qualitatem.

37 Ad iuratoriam cautionem tunc admittere aliquem debet, quando ex officio cogit, secùs si ad partis instantiam, *Felin. in d. rubric. de tregu. & pac. num. 2.*

38 *declarat. 2.* & maximè si fuerit persona valde suspecta, rixosa, malæ conditionis, & famæ, & talis, quod valde timendum esset, ne offenderet, quia tunc non erit admittenda ad iuratoriam cautionem,

39 quod secus si fuerit persona bonæ conditionis, & famæ *Rip. in d. Rubric ff. de damn. infect. num. 11. & Clar. in d. quæst. 47. num. 5.*

40 Et ideo istæ personæ rixosæ, quæ non habent, nec inuenire possunt fideiussorem, debent mitti in exilium donec inuenerint cautionem, *Herculan. de caut. de non offend. cap. 4. num. 4. & Vulpell. de promiss. de non offendend. quæst. 77. nu. 3.*

41 Et etiam quòd fuerit diues tenetur præstare cautionem de non offendendo, *Rip. in rubric ff. de damn. infect. num. 9. Clar. quæst. 41. num. 5. & Vulpell. quæst. 76. num. 2. in tractat. de promission. de non offendend.*

42 Nec est omittendum, talem cautionem debere ad inuicem præstari, nam si vna pars præstiterit, & altera non, valebit obligatio illius, qui cautionem præstitit; & contraueniendo non tenetur, non præstita cautione per aduersarium, *Bar. in l. qui bona §. si quis ff. de damn. infect. Felin. de treg. & pac. in rubr. declarat. 6. Rip. ff. de damn. infect. num. 9. Herculan. cap. 31. num. 1. in. citat. tractat. de caution. de non offendend.*

43 Imò qui dedit cautionem tali casu potest petere illam cassari, ac reuocari recusante aduersario similem præstare cautionem, vt per Doctores loco relato, quod non ita indistinctè intelligen-

44 dum, nam non procedit, quando Iudex ex causa cognita videt ex parte vnius adesse iustum timorem, ex parte verò alterius non, quia tunc nihil est quod impediat, vt ad cauendum cogere possit eum solum, de quo iustè timetur, & tunc talis cautio valida erit, *Herculan. cap. 6. num. 1. de caution. de non offendend.*

45 Qui autem cogitur ad hanc cautionem de non offendendo principalem, potest etiam eogi de non offendendo filios, familiares, affines consaguineos, *Gratian. decis. 1533.* complices, adhærentes, amicos, sequaces, & similes, *Bart. in l. illicitas §. ne potentiores, num. 3. ff. de Offic. Præsid. Felin. in rubr. de tregu. & pac. num. 10. declarat. 5. Rip. de damn. infect. in ff. num. 12. Plac. de delict. libr. 1. cap. 7. num. 8. Herculan. in tract. de caution. de non offend. cap. 7.* & vide *Guaz-*

46 *zin. in tractat. de tregu. & pace* Filij spurij etiam comprehenduntur, *Caroce. decis. 8.*

47 Et in quibus casibus cautio de non offendendo præstanda sit, vide *Alexan. in consil. 107. vol. 4. Clar. quæst. 47. in §. finali, vbi Baiard. num. 17. Herculan. in d. tractat. cap. 3. Vulpell. in tractat. de pace quæst. 73. Mascard. de probation. conclus. 1279. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 140. Præs. de Franch. in decis. 359. & Guazzin. in tractat de pace part. 2. §. 3. quæst. 7.*

48 In casu tamen contrauentionis fiscus potest pœnam fractæ cautionis exigere absque partis querela, prout plenè explicat *Vrsill. ad Afflict. decis. 3. num. 4.*

49 Sed cessat hoc assumptum primò, quando offensio esset verbalis in alterius personam, quam ex promittentibus, vt ex *Barzio decis. 131. Rot. Bononiæ firmat Illustrissimus Episcopus Riccius collectan. decis. 541.*

50 Item in prouocato, qui potest impunè prouocantem offendere etiam absque incursu pœnæ de non offendendo, ac pacis ruptæ, Barzius in *decis. Rotæ Bonon. 133.*

51 Præterea, si ex noua causa subsequeretur offensio, cautio enim de non offendendo est stricti iuris & non extenditur ad nouam causam *Benitten. decis. Rot. Bonon. 65.*

52 Adhuc vt non censeatur rupta pax & per consequens eius exigi pœna non potest per illa verba, tu, e chi vuole dire, ch'io habbi detto tal parole si mente per la gola e lo sostenerò con le arme *Cauale. decis. 19. libr. 5.*

53 Nec non quando pax non esset ratificata, quia tunc fideiussor non tenetur, quoniam tunc incipit obligari, cùm sequuta est ratificatio, *Cauale. decis. 22. libr. 5.*

54 Insuper in eo, qui carnaliter mulie-

Digitized by Google

tem eius, cui promissa est fideiussio, cognouerit, *An. Robert; decis. 16 libr. 2.*

55 Tandem, vt pax non censeatur rupta, si vxor vnius in aliam vxorem rixata fuerit secundùm *Barzium in decis. 131. Præsul Illustrissimus Riccius collectan. decis. 200.*

SVMMARIVM.

1 *Vassalli possunt discedere ab eorum Terris pro suis, vel alienis negotijs explendis absque licentia Baronũ, vel Capitaneorum, & illuc redire, & num. 3. vbi iudicatum.*

2 *Clerici non possunt discedere ab eorum Diœcesibus absque suorum Prælatorum licentia, & si deuotionis causa discedere velint.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si prohibeantur accedere ad alia loca, nisi præcedente licentia Baronum, vel Capitaneorum.

GRAVAMEN CXL.

1 POssunt Vassalli ab eorum patrijs discedere, & ire ad alia loca pro eorũ, vel aliorum seruitijs explendis, absque vlla licentia Baronum, siue Officialium
2 locorum, nam solùm Clericis interdictum reperitur, ne valeant discedere ab eorum Diœcesibus absque licentia suorum Prælatorum, etiam si deuotionis causa migrare vellent, *cap. non oportet de consecrat. distinct. 5. Zanch. de priuileg. Eccles. priuileg. 72. num 9. Burgas. in tractat. de irregularitat. part. 5. in tit. de peregrin. & ignotis num. 5* quos sequitur *Gras. in tractat. de effect. Clericat. effect. 25.* vbi ampliationes & limitationes adducit.

3 Hinc cum Vniuersitas Terræ Vici de Montanea conquesta esset in Sacro Regio Consilio, quod Ciuibus eiusdem Terræ veniebat prohibitum nè irent extra dictam Terram Neapolim versus, vel ad alia loca pro alienis, vel proprijs negotijs, nisi prius habita licentia à Capitaneo, mediante decreto Regij Consiliarij Felicis Schalaleonis Commissarij destinati fuit prouisum quod abstineat Illustris. Marchio vtilis Dominus dictæ Terræ à faciendis talibus ordinibus, & quod ad arbitrium Ciuium liceret absque vlla licentia recedere, & regredi ad proprios lares vt in processu grauaminum dictæ Terræ in Banca Figliolæ & sic etiã prouisum reperiõ ad fauorem Vniuersitatis Rionigri contra Barones, & sæpe in alijs casibus.

Iuuatur huiusmodi conclusio ex susius dictis *tom. 1. grauam. 75.* vbi perplura sunt conglomerata, & ex nouissime congestis per *Merlin. controuers. forens. cap. 83.*

SVMMARIVM.

1 *Prohibita pasculatcone per Vniuersitatem in aliquo loco Baro non potest facere depascere sua animalia.*

2 *Pascua publica sunt omnibus communia.*

3 *Baro ratione Dominij, & iurisdictionis nullum habet ius in pascuis publicis, sed tamquam Ciuis, num. 4. & 5.*

6 *Regula quòd lex inferiorum non liget superiores qualiter intelligatur.*

7 *Vassalli, & Barones equiparantur.*

8 *Modus vtendi est pro qualitate rei iuxta Regionis consuetudinem.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Barones vellent facere depascere sua Animalia in publicis pasculis, in quibus tamen ex causa de consensu Ciuium pasculatio fuit prohibita.

GRAVAMEN CXLI.

1 IN Vassallorum grauamen redundat, si Vtiles Terrarum *Domini* intenderent mittere sua Animalia ad depascendum in publicis pasculis in quibus per Vniuersitatem prohibita fuerit ex aliqua causa Pasculatio.

Quod sanè grauamen iustificatur ex *decis. Rota in Carpentoraten. Transactionis* Veneris 25. Maij 1612. coram R. P. D. Damasceno, cuius Thema ad literam placuit hic reponere, & est vt sequitur videlicet.

Fuit resolutum Dominos Terræ Massani esse obligatos remouere animalia lanuta ex territorio Massani. Primò, quia licet pascua
2 publica sint omnibus communia, *l. si in tantum, §. vniuersitatis, ff. de rer. diuis. l. 1. & 2. C. de pascuis publicis libr. 10.* & proinde possit Dominus loci, & ipse sua animalia appellare ad pascua, *Bertrand. cons. 37. incip. quamuis quoad iurisdictionem, num. 2. libr. 1. Couar. practic. quæst. cap. 37. num. 1. Surd. consil. 65. num. 4. & 5.* Nihilominus non poterat
3 Dominus hoc facere tanquam Dominus cum ratione dominij, iurisdictionis, nullum habeat ius in publicis pascuis, *Alexan. consil. 76. num. 7. libr. 2. Castrens. consil. 383. libr. 1. & consil. 56. num. 2. libr. 2. Cracch. cons. 383. num. 1. & 2. Bert.*
4 *consil. & Surd. vbi supra*, sed hoc facit tanquam Ciuis, vt dicunt prę-citati Doctores, etenim Princeps in fauorabilibus dicitur ciuis, imò primus Ciuis, *Capyc. decis. 209. nu. 31. Rota in causa Beneuentana pecuniaria 19. Martij 1608. coram me.*

Hinc sequitur, quòd cùm ex causa publica, nè scilicet deuastentur loca redacta ad culturam, & vitibus plena fuerit per communitatem prohibita pasculatio, quòd nec dominus ipse sua animalia in loco prohibito pasculare facere possit, cùm talis pasculatio sibi nõ competat tamquam Domino, sed
5 tamquam Ciui, & propterea debet subiacere legibus aliorum Ciuium, *Honded. cons. 84. num. 60. lib. 2. Crauett. consil. 383. num. 1. Couar. practic. quæst. cap. 37. num. 1. Surd. cons. 65. num. 5.* vnde cessat, quod dicitur leges inferiorum non ligare Superiorem, quia hoc est intelligendum respectu illius, in quo est Superior, & Dominus.

Hactenus Rota.

6 Cõducit insuper pro corroboratione Regula, quod Vassalli & Barones equiperantur vt nouè probat *Castagna in tract. de beneficio deducto nè egeat quæst. 5. Ampliat 3. num. 10.* inferens ideò dispositum in vno debere procedere in altero, nec ad imparia debere iudicari vt *ibidem num. 20.*

Igitur ad instar Ciues agunt, & inter se practicant se debent Barones pariter regulare, dum vti Ciues in huiusmodi habeantur.

Sequeretur alias absurdum, quia melioris conditionis essent Barones, quàm Ciues omnes in vniuersum.

7 Et confert nam modus vtendi est pro qualitate Rei iuxta Regionis consuetudinem, & destinationem patris familias, *Glos. in tit. de Feud. §. 1. glos. 8. num. 93. Camil. de Medic. cons. 146. sub num. 12.*

Ergo modum seruatum à Ciuibus Barones in hac materia seruare debent, dum sub numero ciuium illi pertranseunt.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Officiales sindicatum præstare debent finito officio, sed illo dimisso, aliàs sindicatus datus non valet, & Barones, si secùs fieri agant, grauant Vassallos.*

2 *Absurdum sequitur, quem vno eodemque tempore villicatio is facta rationes reddere, & pariter administrare.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Officiales præstent Sindicatum in fine Officij, non dimisso Officio.

GRAVAMEN CXLII.

1 AD finem refrenandi, & restringêdi libertatem subditorum solent Barones procurare, vt eorum Officiales in fine Officij, illo tamen non dimisso, sindicatum præstent, quod agendo, vltra quod sindicatus datus non valet, grauant per hoc Vassallos.

Patet eqm in Regno, vigore *prag. 1. sub Rubric. de sindicat. Officialium* id non licere, vt cernitus ex *verbis eiusdem in fine*, ibi.

Statuentes, quod Officialis refirmandus in Officio nunquam sindicetur, nisi quando in totum fuerit ab Officio licentiatus.

2 Sequeretur, inquam, absurdum, quem vno eodemque tempore villicationis factæ rationes reddere, & pariter administrare.

Indè cum comquesta esset in facti cotingentia Vniuersitas Terræ Sibaris contra vtilem Dominum fuerunt expeditæ prouisiones quod abstineret facere administrare iustitiam per Capitaneum pendente termino sindicatus.

SVMMARIVM.

1 *Testibus examinandis mandari potest, ne recedant à loco, donec examinentur, & in criminalibus, si non præstent cautionem de non recedendo, possunt carcerari, & num. 2. & per quot dies detineri possint, num. 4.*

3 *Vassalli grauantur, si citati vt testes compareant, & carcerentur, non obstante oblatione cautionis de non discedendo de loco, antequam examinentur, vel ex causa carcerati procrastinetur excarceratio, vel examinatio, num. 7. fallit, vt num. 8.*

5 *Iudex an benefaciat carcerando testes, & quando facere id possit, num. 6.*

9 *Vicini habent præsumptionem, quòd sciant delinquentem in vicinio, & ideo possunt carcerari, & torqueri, vt iudicent delinquentem, & nu. 11.*

10 *Testis dicens, scio quia vicinus dicit per bonam rationem.*

12 *Testis quibus ex causis carcerari possit, & torqueri, & quando, num. 13. 14. & 15.*

ARGVMENVM.

Vassalli grauantur, si citati vti Testes compareant, & carcerentur, non obstante oblatione cautionis de non discedendo à loco, antequam examinentur, vel si ex causa carcerati fuerint, procrastinetur eis carceratio, nec examinentur.

GRAVAMEN CXLIII.

1 VBi Testes citati, & moniti ad dicendum testimonium veritatis comparent, vel debent examinari, vel

ad.

Digitized by Google

admitti cum fideiussoria, vel in subsidium cum iuratoria cautione, iuxta factorum, super quibus deponere debent, qualitatem, ne recedant à loco antequam testificentur, ad *textum in l. si quando, & ibi glos. in verbo non amplius, Odofred. Bald. Salic. & Castrens. ff. de testibus Anan. in cap. dilectorum in fin. de testibus cogendis, Mascard. de probat. libr. 1. quæst. 5. num. 61. Alber. de Malet. de testibus cap. 6. num. 56.*

2 Ita quòd in criminalibus, in quibus agitur de publica vtilitate, nè veritas occultetur, & malus, vt bonus æstimetur, ac delicta puniri possint si testes qui venerunt ad se examinandum non præstant cautionem de non recedendo donec examinentur, possunt detrudi in carceres, & secus si cautionem præstare velint, *Fulgos. in d. l. si quando num. 4. in fin. versic. iudicio meo, Carauit. in Rit. M. C. Vic. 87. num. 8.* vbi testatur ita quotidianam vigere praxim, refert, & sequitur *Farinac. in suo tract. de testibus, quæst. 78. num. 41. cap. 1.* qui in *cap. 3.* luculenter tractat quando testes possint cogi ad ferendum testimonium in causis criminalibus.

3 Quare si non obstante cautione oblata Vassalli vti testes citati, qui sponte comparuerunt carcerentur, vtique grauantur.

Quod si fideiussores non reperiant, & offerendo iuratoriam cautionem excludantur adhuc grauari dicuntur, cum ad illam in defectum admitti debeant, vt supra diximus; firmat nouiter *Pyrr. Maur. Arret. in suo tractat. de fideiussoribus cap. 25. num. 16.* vbi secundùm terminos, *d. l. si quando C. de testibus*, da-

4 tur huiusmodi cautio per testes coactos venire ad testificandum, qui postquam venerunt possunt detineri per quindecim dies etiam cum cautione iuratoria de non discedendo, *Cacheran. decis. 45. num. 3.*

5 Sed quia *Alber.* in sæpius *citat. l. si quando num. 2.* annuit malè facere Iudices in carcerando Testes de leui non existente causa, ob quod subsistente cau-

6 sa, videtur posse fieri prout cum effectu solet ex causa carceratio testium in practica seruari, & ita intelligo locutos *Bar. & Bellapertic. in d. l. si quando*, quatenus generaliter firmarunt posse testes à principio cogi per carcerationem, &

legitima causa erit, si esset suspicio, quòd ipsi possent esse subornati à partibus & instructi quid dicere debeant in examine, *Scacc. de Iudic. libr. 1. cap. 42. sub. num. 15 Guazzin. de defens. Reorum cap. 5. num. 14. in fin.*

7 Tamen aduertendum est, quòd si facta testium carceratione procrastinetur examinatio subintrabit grauamen, cùm testes debeant expediri ab examine, & illo facto licentiari, maximè si reperiantur detrusi in carcere, quæ quotidie grauat, vt diximus *Grauamin. 275. tom. 1.*

Inde quando querulæ subditorum voces ad superiora Tribunalia conuolant contra Barones, & Officiales locorum qui illos ex causa testimonium perhibendi incarcerant, & deinde eorumdem examen procrastinant, solent relaxari prouisiones, vt statim examinent, & licentient; & quòd ab hoc abstineant Barones reperio prouisum per Consiliarium Petrum Paulum Theodorum Commissarium destinatum ad fauorem Vniuersitatis Terræ Controni pœnès de Ferrarijs Actuarium.

8 Non nego tamen posse procrastinari carcerationem Testium vbi haberent aliquam iuris assistentiam contra se quod potuissent scire factum, & illud negent, quia tunc ad purgandam hanc presumptionem iuris, vt veritas enitescat possent per aliquos dies superfluos detineri.

9 Causa autem erit puta, si Testes sint vicini in loco in quo crimen fuit patratum, cum & illi habeant præsumptionem iuris Contra se, quod possunt scire factum illud *l. tutela C. de in integr. Restitut. l. si ita in fin. ff. de fund. instruct. cap. quosdam & cap. quanto de præsumpt. Card. Tusc. pract. conclus. lit. V. conclus. 201.* indè bona videtur Ratio, quando testis dicit scio, quia vicinus *Mascard. de probat. conclus. 233. Menoch. de præsumpt. libr. 6. præsumpt. 23.* & vt vnum pro omnibus allegem *Farinac. in tract. de Testibus quæst. 70. cap. 6.* vbi ad saturitatem loquitur cum ampliationibus, & limitationibus ad Regulam dicens *quæst. 79. num. 40.* quod si delictum

11 sit commissum in vicinio, vicini examinantur carcerantur & torquentur vt indicent delinquẽtem *ex Bar. & Bal. in l. horreorum ff. locat, Angel. & Salic. in l.*

Digitized by Google

fin ff. de quæstion. Marsil. in practic. §. diligenter num. 97. vbi tamen limitat in vicinis bonę famæ, quod etiam approbarunt *Cyrill. in Summ. crimin. Rubric. 29. tit. de qualtion. §. 3. num. 2. & Foller. in practic. crim. in verbo Capiat Informationem num. 53. & 54.*

12 Et causa similiter iusta erit si fuerint Testes soliti practicare in loco, in quo successit delictum, vel si habeant aliam præsumptionem quod verisimiliter possunt esse informati de facto, cum & illi nèdum carcerati, sed & quandoque torqueri possint, si illius facti veritatem deponere recusent, *Bal. in l. non solum col. 2. ff. ad l. Iul. de Adulter. Personal. de Iudit. hab. num. 101. Boss. in tit. de tortur. test. num. 2. Monticell. in Repertor. Testium Rubric. An, & quando exam. test. in tortur. Cyrill. in summa crimin in tit. de quæst. Rubric. 29. Addit. ad Bertazzol. consil. crimin. 173. lit. A.*

13 Causa pariter erit, si testes illi sint vocati in contestes ab alijs, qui dixerunt interfuisse, & ipsi negarent, cum & tunc carceratio posset procrastinari absque grauamine, & torturæ pariter subijci possent, *Soccin. in. cap qualiter, & quando num. 1095. de accusat. Angel. de Malefic. in tit. comparuerunt dicti inquisiti, & negauerunt num. 18. Cason. in tractat. de torment. cap. 10. Gomez de delict. cap. 13. tit. de tortura Reorum num. 29. Bursat. consil. 216. num. 108. Cepoll. consil. 60. num. 9. & 13.* quamuis ab vno sint vocati, dummodo eis sit dignior, *Bar. in l. vnius §. Iudex ff. de quæstion. Boss. in tit. de tortur. Test. num. 10. Brun. de Iudic. & tortur. part. 2. quæst. 4. num. 5. Bertazzol. consil. 210. num. 3.*

14 Idemque erit, si & illi conuincantur per alios testes deponentes de eorum extraiudiciali confessione, quia probata hac extraiudiciali confessione, præsumuntur scire veritatem, & velle eam occultare, *Foller in practic crimin. in dicto verbo capiat informationem num. 38. Farinacc. in tractat. de testibus d. quæst 79 num. 22.* qui *num. 17.* idem confirmat de testibus, qui facto interfuerunt, & dicunt se nihil vidisse, allegat textum *in l. vnius § Testes*, & ibi *glos. ff. de quæstion. Clar. in pract. crimin. §. fin. quæst 25. versic. torquetur etiam testis, Thesaur. decis 42.* & alios, vt apud eum.

15 idem firmans *num. 9. & 10.* procedere respectu testium, qui sunt in examine varij, & sibi cõtrarient, vt latius de supradictis omnibus apud eum facilè videri potest.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, quando vti testes indistinctè, & pro omni crimine funiculis arcentur, vt deponant.*

2 *Testes quando producuntur in criminalibus non possunt funiculis arceri.*

3 *Testes quibus in casibus tormentis affici possint, vt deponant, referantur prouisiones Collateralis Cõsilij.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando vti Testes indistinctè, & pro omni crimine funiculis arcentur, vt deponant.

GRAVAMEN CXLIII.

1 SOlent Vtiles Terrarum Domini facere practicare ab eorum Officialibus, vt testes funiculis indistinctè pro omni crimine arceant, ad finem deponendi, nec recordantur id eis non licere, & consequenter grauare subditos.

2 Quãdo enim testes producũtur in causis criminalibus, nõ posse funiculis arceri firmauit *Rot. in vna Ciuitatis Castelli coram R P.D. Remboldo*, & nouè fatetur *Danz. in tractat. de Pugna Doctorum tit. de testibus cap. 3 num. 16.* dicens sic fuisse declaratum per Regium Collaterale Consilium, vigore prouisionum directarum Regiæ Audientiæ Principatus citra, & Basilicatæ, quarum tenor est vt sequitur videlicet.

Philippus Dei gratia Rex, &c.

Illustres, & Magnifici Viri, &c.

3 Semo informati, che per questa Regia Audiẽtia, quasi indifferentemen-

Digitized by Google

mente se dà a Testimonij il tormẽto di funicelle, del che se causa, che al più delle volte per li testimonij predetti, se dicono cose, che mai hãno saputo in disseruitio di N.S. Iddio, di sua Maiestà, & danno de suoi Sudditi. Al che volendo Noi rimediare, ci è parso farui la presente, per la quale vi dicemo, & ordinamo, che da quà auanti non debbiate in modo far dare detto tormento di funicelle, ne altro tormento à detti Testimonij, eccetto in casi molto graui, e che siano cõtro detti Inditij, ò proue tali, che se li possa dare tortura, e darete in nostro nome ordine à tutti li Capitanij delle Città, & Terre, e Luochi di queste Prouincie, che così anco lo debbiano eseguire, che tale è nostra volontà. Datum Neap. die 20. Mensis Aprilis 1610.

El Conde de Venauente.

Vidit Constantius Regens,
Vidit de Castellet. Regens. In Cur. 2. Principatus citrà, & Basilicatæ.

Vnde nisi iuxta dispositionem supradictarum prouisionum gressus suos dirigant Officiales, vtique Vassallorum grauamen non euitabunt, & in sindicatu tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Barones possunt eligere Terram in Cameram reseruatam, quæ exẽpta est ab obligatione hospitandi milites.*

2 *Barones pro electione Terræ in Cameram reseruatam sunt in possessione aliquid exigendi à Vassallis.*

3 *Terra semel electa in Cameram, si alienetur, an remaneat Camera.*

4 *Barones grauant Vassallos, si patiãtur Cameras reseruatas hospitari, & maximè si procurent ipsi, & tenentur ad interesse, & si non defendunt peccant mortaliter, num. 12.*

5 *Priuilegium rumpere non debet, qui aduersus alios illud defendere tenetur.*

6 *Concedens priuilegium pecunia mediante illud defendere tenetur, vt concessionarius vti possit.*

7 *Priuilegiatus dici nequit, qui priuilegio vti non potest.*

8 *Nullum, & inutile æquiparantur.*

9 *Priuilegium Cameræ non concedere, & concessum non defendere paria sunt.*

10 *Factum non dicitur, quod suum non sortitur effectum.*

11 *Confirmatio actus cum requiritur ad quasi possessionem, electio non sufficit absque confirmatione ad quasi possessionem.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Barones patiantur hospitari Terras, quas in Cameras reseruatas fecerunt.

GRAVAMEN CXLIV.

1 HAbent concessionem à Catholica Maiestate Barones, vt singuli vnam Terram in Cameram reseruatam possint eligere, qua electa redditur illa exempta ab obligatione hospitandi milites, vt in *cap. 32. Regis Catholici inter Capitula, & Priuilegia Neapolis fol. mihi 61. & cap. 8. fol 66.* & tradit *Surgens de Neapoli illustrat. cap. 23. nu. 42.*

2 Cumque pro huiusmodi electione in Cameras reseruatas Vtiles Domini stẽt in possessione recipiendi pecuniam à Vassallis, quod & licere multoties determinasse Sacrum Consilium, & Regiam Cameram Summariæ referunt *Addentes ad Neapol. Illustrat. loco nuper citat. Vrsill. in Schol. ad Affitt decis. 101. Camill. de Curt. in diuers. feudal. fol. 36.* & nos diximus *forens. quæst. 84. tom. 1.* vbi late de introductione huius Came-

re

ræ reseruatæ verba fecimus, & vtilia
3 conglomerauimus ex occasione discus-
sionis Articuli, si terra semel electa in
Cameram à Barone alienetur adhuc
remaneat exempta ab hospitatione,
vt fusè ibi est videre.

4 Ideo recepta pecunia ab Vniuersita-
tibus pro tali effectu, & declaratis iam
Terris Cameris reseruatis, non debent
pati Vtiles *Domini*, quorum gratia ha-
bent hoc priuilegium Terræ, vt & illæ
hospitentur, pro vt & in dies videmus
practicari à Baronibus malæ conscien-
tiæ, qui ne dum (vt tenentur) defen-
dunt priuilegium Camerarum reseruа-
tarum, sed & ipsi procurant hospitia
5 in illis, nec vident ex hoc grauare Vas-
sallos, & ipsos esse obligatos ad omnia
damna, & interesse, quia priuilegium
rumpere non debet qui aduersus alios
illud defendere tenetur, *Argel. de legiti-
mo contradictore, quæst. 7. nu. 111.*

6 Notum est enim concedentem pri-
uilegium pecunia mediante, illud defen-
dere, & prævalere facere teneri, vt &
illo vti possit Concessionarius expe-
diens reperire obligatur concedens,
quia non sufficit priuilegium concede-
7 re, nisi illo concesso deinde pariter &
ipsum in suo robore faciat stare, aliàs
esset habere priuilegium voce, non au-
tem cum effectu, quod non iuuat; nam
8 priuilegiatus non potest dici, qui suo
priuilegio vti nequit, nec priuilegium
eidem seruatur, cùm sit inutile, & nul-
lum & inutile æquiperatur, *Caldas Pe-
reira de nominat. ad emphiteus. quæst 12.
num. 19.* cum fusius adductis *forens.
quæstion. tom. 1. & in praxi elect. fori
quæst. 167. sect. 2.*

9 Et paria sunt non concedere priuile-
uilegium Cameræ, vel illo concesso
10 facere Terram hospitari, quia non di-
citur factum, quod suum non sortitur
effectum, *l 1. §. nihil ff. de inoffic. testam.
l. si quis sub conditione ff. de Testam. tutel.
l. 2. §. sed & si sint sui ff. de suis, & legi-
tim. hared l. ex consensu §. 1 ff. de apellat.*
11 *Surd. consil. 436. num. 14.* Vnde cum
inter cætera requisita, vt acquiratur
quasi possessio in electione ex vnico
actu sit necessaria confirmatio illius, &
plerumque suum effectum fuerit sorti-
ta, electio etiam vera, & realis absque
hac confirmatione ad hanc quasi posses-
sionem non sufficiet, vt post *Antiquio-
res* notarunt *Rip. in cap. cum. Ecclesia
Sutrina de caus. posses. & proprietat. Gõ-
zalez in Reg. 8 Cancellariæ glos. 45. §. 2.
num. 36. & seq. Cardin. Tusc. practic.
conclus. lit. Q conclus. 34. Garzia de
Benefic. part. 5. cap. 5. num. 67. & 99.*

12 Vnde nisi ipsi faciant omne posse,
& adhibeant diligentiam possibilem, ne
priuilegia Cameræ reseruatæ infringan-
tur, peccant mortaliter, ex regula quòd
negligentia in iudice, Prælato, & alio
superiore, in his quæ facere tenentur
ratione officij est peccatum mortale,
*Nauarr. in cap. contrarium, num. 18. de
penitent. distinct. 5. Cosm. in pragmatic.
Sanctionum, in prooem. in verbo neglecta
pagina mihi 35. Perez in l. 1. propè finem
tit. 1. libr. 8. ordinam. fol. 4.*

Certum est enim, Vtiles Dominos
debere Vassallos defendere, cùm sint
vti Patres, *Præs. de Franch. decis. 541.
num. 12. Mele in schol. ad Gizzarell. decis.
55. num 29.* vbi quòd sicuti Barones
honorantur à subditis, ita debent red-
dere vices suas amando Vassallos vti fi-
lios, eorumque comoda procurando, *l.
nam salutem ff. de offic. Præfect. vigil.* &
non eis detrahere, aliàs nomen Domi-
norum habere non merentur, *Bal. con-
sil. 43. Crauett. conj. 238.*

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica* 1. *de Barbitonsoribus
refertur.*

2 *Pœna imposita contra curantes vul-
nera absque quod referant Curiæ,
non potest exigi si prætermittatur
relatio de modico vulnere, & si exi
gatur Vassalli grauantur.*

3 *Obligatus denunciare percussiones
sanguinolentas, excusatur non
denunciando modicas scissuras.*

5 *Medici, Chirurghi, Barbitonsores,
& quæuis aliæ personæ non possunt
vulnera curare, & medicare non
facta relatione Regenti Magnam
Curiam.*

6 *Pax non dicitur rupta ex leui offen-
sione, nisi possit sequi maior offen-
sio, num. 6.*

Bulla

Digitized by Google

7 *Bullę Clement. VIII. de largitione munerum pęna euitatur, quando Religioſii donant abſque licentia ſuorum Superiorum munuſcula aſcendentia ad valorem duorum aureorum.*

8 *Sacerdos omittens in conſecratione particulam (enim) conficit Sacramentum nec peccat mortaliter.*

9 *Leuitas materię excuſat à peccato mortali.*

10 *Sacerdos in conſecratione ſi ponat s pro x conficit Sacramentum.*

11 *Baptiſmus eſt validus, quamquam fiat in illa formà*, Ego te baptizo, In nomine Patrias, Filia, & Spiritua Sancta, Amen.

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi exequatur pęna contra Barbitonſores, vel Chirurgos, eò quia medicauerunt, nec fecerunt relationem Curiæ de Vulnenere modico,

GRAVAMEN CXLVI.

1 IN conformitatem *Pragmaticæ* 1. *de Barbitonſoribus*; ſolent Barones facere Banna pęnalia contra Chirurgos & Barbitonſores non reuelantes vulnera, & poſtea exigunt pęnam.

2 Pęna impoſita contra Chirurgos, aut Barbitonſores curantes vulnera, nec Curiæ relationem facientes exigi minimè valet, quando relatio de vulnere modico fuit prætermiſſa, quod ſi exigatur, vtique Vaſſallorum ſubintrat grauamen.

3 Patet, inquam, quòd obligatus denunciare percuſsiones ſanguinolentas excuſatur, non denunciando modicas ſciſſuras, vt fundarunt *Riminal. Iun. conſ. 359. num 18. cum ſeq. libr. 2. Tiraquell. in tractat. de Iudic. in rebus exiguis, num. 33.* & recenter *Leo in deciſ. Rotæ Valentia 113. num. 16. libr. 1.* ſicque iudicatum in Magna Cur. Vicarię teſtati ſumus *libr. 1. quæſt. forenſ. queſt. 24.* vbi plura pro corroboratione adduximus dando limitationem, & intellectum ad d. Pragmaticam Regni *1. Rubr. de Chirurg. & Barbitonſor.* qua cauetur, vt

4 Medici, Chirurgi, & Barbitonſores, aliæque quæuis perſonæ nequeãt vulnera curare, & medicare, niſi prius facta relatione Regenti Mag. Cur. Vicariæ, & noſtram hanc opinionem in ſpecie refert nouiſſimè *Thor. in compend. deciſ. Regni in verbo Chirurgus tom. 2.*

5 Iunat hanc partem, quia pax non dicitur rupta ex leui offenſione *Maſcar. de probat. concluſ. 1136. à num. 17. cum ſeq.* vbi allegat *Pariſ. conſ. 165. &*

6 *Bertazzol. conſil. 147.* dummodo tamen non poſſit ſequi maior offenſio, *Peguer. deciſ. 21. num. 6. Cardin. Tuſc. concluſ. 180. num. 15. lit. P. Guazzin. in tractat. de tregu. & pac. quæſt. 47.*

7 Et euitantur pęnę Bullæ *Clem. VIII. de largitione Munerum*, quando Religioſi donãt abſque licentia ſuorum ſuperiorum munuſcula aſcendentia ad valorem duorum aureorum, vt poſt alios quos citat tutãtur *Scortia in Bull. pontifi. Epithom. 158. theorem. 396. Filiut. tom. 2. tract 34. cap. 3. quæſt. 9. num. 65. Molfeſ. in ſumma Theolog. Moral. tract. 7. cap. 20. num. 86. tom. 1. Homobon. in examin. Eccleſ. part. 1. tract. 7. cap. 30. quæſt. 123.* quos nouiſſimè reportat & ſequitur *Dian. reſolut. moral. part. 1. tract. de paupertat. Religioſ. Reſol. 5.* affirmans ita viuæ vocis oraculo declaraſſe *Clementem VIII.* Reuerendiſſimo Generali Sanctiſsimæ Religionis Societatis Ieſu, dicens *part. 2. tract. 3. miſcellan reſol. 14. verſic. ſed ego*, Sacerdotem

8 omittentem in conſecratione particulam (*enim*) conficere Sacramentum nec peccare mortaliter, nam ſine particula illa (*enim*) adhuc ſaluatur ſenſus ipſius formæ, &

9 lenitas materiæ excuſat à peccato mortali allegat pro ſua opinione *Henriq. in ſumma lib. 8. cap. 16. num. 4. Koninch. de Sacrament. in 3. part. quæſt. 78. Artic. 1. dubit. 2. num. 37. Suarez in 3. part. tom. 3. diſp. 59. ſect. 1. & Cabret. in 3. part. de Sacram. quæſt.*

10 *60. Artic. 8. diſput. 2. num. 2.* idemque concludit, quando Sacerdos diceret Hic eſt enim Calis, ponendo s pro x *ex Pitigian. in 4 ſententiarum part 2. diſtint. 3. quæſt. 2. artic. 14.* ad inſtar in Baptiſmo concluditur, quando eſt adminiſtratum in hac forma. Ego te

bapti-

Digitized by Google

baptizo *In nomine Patrias, Filia, & spiritua Sancta Amen*, nam & illud validum esse annuũt vltra *ordinarios Summistas in verbo Batpismus Sotus in 4. distint. 1. quæst. 1. Artic. 7. S. Anton. in 3 part. tit. 14 cap. 13. §. 3. & D. Thom. in 3. part. quæst. 60. Artic. 7. ad 3.*

SVMMARIVM.

1 *Vsus pascendi, vel lignãdi, & aquã accipiendi in montaneis Baronum non potest denegari Ciuibus.*

2 *Concessio facta Baronibus Terrarũ cum Montaneis aquis, & similibus, absque vlla seruitute, & cum pleno dominio, non priuat Ciues, vt illis vsum habeant, & quare num. 7.*

3 *Vsus venit de natura rei, & Ciues in illo habent intentionem fundatam.*

4 *Verbum (liberè) includit onus naturale, quando inest rei.*

5 *Euictio veniens ex natura rei non comprehenditur sub quauis verborum forma.*

6 *Dictio (liberè) non excludit exceptionem prouenientem ex natura actus, & ex subiecta materia.*

7 *Concessio montanearum cum aquis absque onere seruitutis, non excludit illam, quæ prouenit ex natura rei, & victu naturali.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si sub prætextu, quòd Barones habeant concessionem Terrarum cum Montibus, Aquis, & alijs similibus liberas à seruitutibus, & pleno iure in eis vsum habere non permittantur.

GRAVAMEN CXLVII.

1 PRo coronide supradictorum in *grauam. 32. tom. 1.* ne dum liceat recantare vsum pascendi, aut aquam accipiendi, vel lignandi Ciuibus in Montaneis Baronum nullo iure denegari posse, vt apud *Couar. practic. quæst. cap. 37.* & pęnès *Antibol. in suo tract. de Muneribus*.

2 Verum etiam erit quoque concessum figere pedes, & firmare conclusionem, vt generalis, & fauorabilis concessio Terrarum cum Montaneis, Aquis, & similibus absque vlla seruitute, vlloque onere, sed cum pleno dominio, & iure non eximat ipsos Barones, quin non teneantur pati, vt Ciues & Vassalli in illis vsum habere possint, & valeant, vt pulchrè quidem fundat *Anna* ad fauorem Vniuersitatis Lauri contra eius Marchionem *in allegat. 48.*

3 Siquidem vsus venit de natura rei, & in illis ciues habent intentionem fundatam, vnde concessa terra Baroni vna cum Montibus, & Aquis non excludunt Ciues ab vsu prædicto, *Luc. de Penna in l. vsum Aquæ C. de Aquæduct. lib. 11.*

4 Nec verbum illud (libere) includit onus naturale, quod inest rei, *Gozzadin consil 58. num. 22. & consil. 91. num. 7.* & ante eum *Iason. in l. 1. num. 12. C. de Sacrosanct. Eccles.* sequitur *Rota in vna Paduana Mercimonij coram R.P.D. Pirouano*, vbi etiam adducit in simili, *Glos. in l. si*

5 *familiæ C. famil. hereiscund.* affirmantem non censeri excluſam eũictionem prouenientem ex natura rei sub quauis verborum forma.

6 Et dictio (liberè) non excludit exceptionem prouenientem ex natura actus, & subiecta materia, *Seraphin. decis. 516. num. 4. & decis. 576. num. 4. Farinac. in practic. crimin. quæst. 24. num. 82. quos sequitur Barbos. in Remiss. DD. de Dict. & Clauf. Dict. 164. num. 9.*

7 Indè quamuis concessio montanearum, & aquarum sit libera & absque onere seruitutis, non potest excludi illa veniens ex natura rei, & victu naturali tali modo, vt sententia declarans illas liberat à seruitute minimè comprehendat vsum Ciuium, qui non iure seruitutis, sed victus petitur, & ideò exceptionem rei iudicatæ quatenus per Regiam Cameram Summariæ fuerit lata sententia, declarando Montaneas spectare Marchioni Lauri liberas à quocumque onere seruituris per Vniuersitatem prætensæ non procedere, quando pro

par-

Digitized by Google

parte Vniuersitatis non iure seruitutis, sed victus actio proponetetur vt latius apud *Annam cit. alleg. 48.* vide eum, & non pigebit, quia latè & multum lepidè loquitur.

Quare si contrarium astentare Vtiles Domini præsumpterint, vtique Vassallos grauabunt.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si cogantur dare Baronibus vuas, fructus, vel caules, & similia, quæ habent in sua possessione, & num. 2. & 3.*

4 *Non iure facta dicuntur, quæ contra voluntatem agentium exiguntur.*

5 *Officiales, & habentes prohibitionẽ aliquid accipiendi, nec à sponte dantibus accipiunt.*

6 *Medicus à publico salariatus cum pacto quòd non debeat petere premium ab infirmis, nec à sponte dantibus recipere potest, & quid post restitutam infirmo salutem, affirm. num. 7.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si cogantur dare Baronibus Vuas, Fructus, vel Caules, Indiuias, & similia, quæ habent in eorum possessionibus.

GRAVAMEN CXLVIII.

1 CVm conquesta esset in Sacro Regio Consilio, & coram Consiliario Polo Commissario destinato Vniuersitas Terræ Veggiani contra eius Baronem, quòd tempore vuæ, & fructuum quotidie per circulum nũc vnus, & modò alter cogebatur dare canistrũ ficuum, vuarum absque pretio aliquo fuit prouisum abstinere debere.

2 Et quia conquerebantur pariter quotidie ab eodem Barone mitti Baiulum in Vassallorum possessionibus ad colligendos caules, & alias herbas necessarias ad victum absque solutione prætij fuit pariter prouisum, vt abstineret à contentis in grauamine.

3 Et ad instantiam Vniuersitatis Terræ Controni, cùm idem grauamen esset porrectum contra eius Baronem per Regium Consiliarium Petrum Paulum Theodorum Commissarium destinatum fuit mediante decreto prouisum eidem Baroni licere id agere inuitis Dominis pęnès de Ferrarij Actuarium, sicque insuper decretum reperio contra Vtilem Dominum Terræ Pratæ, vt in Figliolæ in processu fol. 126,

Ita quod [illegible]men reputatur, quando Barones [illegible]unt subditos ad præstandos eis fructus vuas, & alia similia, absque alia solutione, prout fuit declaratum ad instantiam Vniuersitatis Terræ Sancti Hregorij contra Baronem pęnès Iubenum Actuarium, apparet inquam, ibi fuisse factam prohibitionem Baroni id facere patiatur.

Voluntaria siquidem huiusmodi præstatio debet esse, & non coacta, vnde quando Ciuium, & Subditorum cessat voluntas proinde subintrat grauamen, quia non iure facta dicuntur, quæ contra voluntatem agentium excipiuntur, *Rota in vna Romana Castri coram R. P. D. Remboldo.*

5 Non nego tamen dari casum, in quo nec à volente dare quis possit recipere vt videmus in Officialibus habentibus prohibitionem nè accipere valeant, nã & illi nec à sponte dantibus recipere possunt, *Reg. Rouit. in Pragmatic. 1. de Muner Official.* vbi reportat *Couarr. in cap. in quamuis, part. 2. §. 3. de pact. in 6.* videndus etiam *Misinger. obseruat. 75. centur. 2.*

6 Ad instar Medici salariati de publico ea conditione, ne debeat petere præmium ab infirmis, nam non potest illud recipere nec à sponte dantibus, vt per *Auil. in cap. 1. Prætor in glos. Nilleuaran num. 8 Azued. in l. 8. num. 2. tit. 6. libr. 3. nouę Recopilat.* sed posse tamen post restitutam salutem ab infirmo spõte oblata suscipere scripserunt, *Mathiens. in dialog. Relator. cap. 25. num. 3. & Altamiran. de visitat. in verbo etiam qualitercumque num. 24.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Salarium Officialibus non est soluendum, sed retinenda tertia pars pro sindicatu.*

2 *Pragmatica 1. de sindicat. Official. recensetur, qua in Regno Barones retinent tertiam partem salarij constituti Officialibus pro sindicatu, & quid sit faciendum in casu contrarij recensetur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando tertia pars salarij constituti Officialibus soluitur à Baronibus, antequam parcant Sindicatui.

GRAVAMEN CXLIX.

1 INter cętera grauamina porrecta in Sacro Regio Consilio pro parte Vniuersitatis Ciuitatis Theani contra Illustrissimũ Principem Hostiliani Vtiſem Dominum, fuit & istud, quòd Aerarij præfati Principis soluebant ante tempus salarium Officialibus, & Gubernatoribus dictæ Ciuitatis prouisionem integram, ob quod Vassalli tempore Sindicatus non habebant quomodo potuissent recuperare illud ad quod præfati Officiales fuissent condemnati, vndè nomine ipsius Ciuitatis petebatur mãdari taliter esse soluendam dictam prouisionem, vt tertia pars remaneat pęnès Aerarium ad finem prædictum, & extitit prouisum esse seruandam Regiam Pragmaticam.

2 Habemus inquam, in Regno sanctionem particularem registratam in *Pragmatica 1. sub Rubric. de sindicat. Official.* id mandantem, cuius verba sunt quæ sequuntur.

Et vt Officiales cautiùs in iustitia administranda procedant, volumus quòd de vltima tertia salarij ipsorum nihil percipere possint, nisi post finitum sindicatum, & absolutionem obtẽtam, dictamque tertiam partem salarij, siue prouentuum, vndè salarium soluitur, ponendam esse loco depositi pęnès Camerarium loci ad opus Officialis, si absolutus fuerit, aliàs ad opus eorum, qui contra eum sententiam obtinuerint, & Officialis, qui contrafecerit, integrum salarium perdat, & si aliter fuerit sindicatus absolutus, pro non absoluto habeatur.

SVMMARIVM.

1 *Vuas comedere in vineis eundo non est damnum dare, etiam non data necessitate in comedente, num. 2.*

3 *Viatori prohibens statutum comedere vuas in agro alieno inualidum est, & contra ius Diuinum.*

ARGVMENVM.

Vassalli grauantur, si exequantur, & cogantur soluere pœnam eò quia itinerando Vuas, & Fructus in alienis prædijs comederint.

GRAVAMEN CL.

1 NOn possunt absque grauamine molestari Viatores, & exequi, ac pignorari, & condẽnari ad pęnam, si in alienis agris, & vineis vuas, ac fructus comederint, quia non dicuntur in tali casu damnum dare *Gratian. forens. discept. tom. 1. cap. 80. num. 16.* affirmans id esse licitum etiam iure diuino, quamuis non vrgeret necessitas, qua extante licita esset quoque illorum asportatio, vt per *Cap. 13. Deutheronom. in verb. ingreßus cap. 16. quæst. 3. cap. discipulus distinct. 5. de consecrat. Ripa in l. damnum col. 3. ff. de damn. infect. Cagnol. in l. quæ propter num. 6. de Reg. Iur. Felin. in cap. omnes num. 31. de consecrat. Cepoll. de seruit. Rustic. prad. tit. de Messi. & Vindemia cap. 20. num. 3.* vbi testatur sic seruari

Digitized by Google

uari de consuetudine.

2 Nec esse attendendam necessitatem in comedente vuas in vinea alterius fundauit *Couarr. practic. quæst. cap. 37. num. 7.* dicens id esse priuilegium viatoris *Alber. in l. fin. C. ad l. Aquil.*

3 Ita quod inualidum reputari statutum prohibitiuum viatoribus comedere vuas in alieno agro tamquam contra ius diuinum tutatur *Surd. in tractat. de Aliment. tit. 8. priuileg. 38. num. 8.* quem referendo sequitur *Gratian. mox allegat. cap. 80. discept. forens. num. 9.*

Sed mihi suaptè suaderem supradicta intelligenda esse respectu illorum, qui intus prædia fructus comedunt, at secus si extra illos asportarent.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si de compositionibus, prouentibus, & pœnis liquidationis Instrumentorum, & incusationibus obligationum non fiat gratia de medietate.*

2 *Regens Cancellariam in Regno facit gratiam de medietate pœnæ, & stante paupertatis fide de tota quãtitate.*

Sed quid si quantitas esset magna, num. 3.

4 *Retractari nõ debet factum, id quod non est de prohibitis fieri.*

5 *Oculi sunt habendi ad pauperes.*

6 *Principis officium est habere protectionem pauperum.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si de compositionibus, Prouentibus, & pœnis liquidationis instrumentorum, & incusationis Obligationum nõ fiat gratia de medietate.

GRAVAMEN CLI.

1 IN caput grauaminis fuit datum contra Illustr. Marchionem Sancti

Erami pro parte Vniuersitatis, & Ciuium dictæ Terræ, eò quia de pœnis liquidationis Instrumentorum, Incusationis obligationum exigebatur ad rationem decem pro centum, nec volebat facere gratiam de medietate, ob quod habito recursu ad causæ Commissarium Regium Consiliarium Cæsarem Vitellium die 16. Mensis Maij 1585. fuit per eumdem prouisum esse seruandum pro vt in Magna Curia Vicariæ pœnès de Mondellis Actorum Magistrum.

Et aliàs cum idem accidisset casus scrutinandus inter Vniuersitatem Terræ Sancti Gregorij, & Baronem iuxta supradicta fuit decretum per eumdem Regium Consiliarium Vitellium Commissarium destinatum die 27. Mensis Ianuarij 1574. vt in Banca de Iubeno deinde Cantone.

Pro cuius grauaminis comprobatione, ne, pigeat videre si conferant, quæ nuper diximus *tom. 1. Grauamin. 177.* quæ si apta reperies applicabis ad tui commodum, illisque vtere.

2 Videmus, inquam, in similibus in hac Ciuitate Neapolis per vnum ex Regentibus Collateralis Consilij fieri gratiam medietatis indistinctè, & stante fide paupertatis non vna vice obtinui gratiam pro tota quãtitate ab Illustrissimo Marchione Corleti Ð. Regenti Fuluio Constantio bonæ memoriæ.

3 Et si quando quantitas esset magna, & forsitan excedens centum aureos soleat obtineri gratia pro tota quantitate coniunctim ab omnibus Dominis Regentibus, & sic per Collaterale Consilium, licèt non asseuerem, quòd si vnus ex Dominis Regentibus illam de facto impartiatur non valeat gratia.

4 Non est enim id de prohibitis fieri, & consequenter dum factum reperitur est approbandum, ex regula quod retractari non debet factum, quod non est de prohibitis fieri.

5 Eoque maximè, quia id tendit in vtilitatem pauperum, ad quorum commo-

6 dum semper sunt oculi habendi, & Principum Officium est illorum habere protectionem *cap. 1. & 2. 87. distinct. cap. ab Imperatoribus 23. quæst. 5. cap. Regum 23 quæst. 5. vbi glos. & Gemin. cum Archidiacon.*

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Peregrinanti, & in viam manenti licet capere herbam.*

2 *Animalibus transeuntibus per viam publicam, ne dum quando ad alia loca recto tramite non diuertunt, sed etiam propè viam ipsam herbas alienorum agrorum comedunt, herbas alienorum agrorum comedere licet.*

3 *Vassalli grauantur, si cogantur soluere pœnam eo quia eorum animalia transeuntia per viam publicam prope illã herbas alienorum agrorum bannitorum comedunt.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si cogantur soluere pœnam, eo quia eorum animalia transeuntia per viam publicam, propè illã herbas alienorum Agrorum bannitorum comedunt.

GRAVAMEN CLII.

1 LIcere capere herbam peregrinanti, & in via manenti pro equo elicitur ex *cap. 1. §. fin. de pace tenend. & eius violator. & tradit Roman. sing. 234. quem refert, & sequitur Gratian. forens. discept. cap. 80. num. 20. tom. 1.*

2 Et esse licitum animalibus transeuntibus per viam publicam, ne dum quando recto tramite ad alia loca non diuertunt, sed etiam propè viam ipsam herbas alienorum agrorum comedere, patet ex *d. cap. 1. §. fin. de pac. tenend.* vbi *Andr. & alij* & de Iure Regni est sancitum per *Constitut. Incip. Cum per partes Apuliæ, Roman. sing. 234.* & ibi *Addit. Capoll. de seruitut. Rustic. prædiorum tit. de seruitut. Iur. pascend. num. 12.*

3 Vnde tam de Iure communi, quàm Regni non posse Barones per viam publicam transeuntia animalia prohibere, ne dum quando recto tramite ad alia loca non diuertunt, sed cum propè viam herbas alienorum agrorum comedunt, tutatur *Staiban. consil. 91. à num. 8. cum seq.* dicens *num. 12.* per Regiam Cameram Summariæ passim prohiberi, non deberi molestari animalia per publicam viam transeuntia, aut ab eis aliqua ratione aliquid exigi, dummodo aliena Territoria, vel Baronis non ingrediantur, & in eis moueantur, sicque refert præcisè prouisum, & declaratum per idem Tribunal, in causa Magnifici Baronis Brisegnæ cum Ciuitate Litij.

Hinc si contrarium attentaretur, vtiq. Vassallorum oriretur grauamen, quia esset contra ius commune, & Constitutionum Regni, vt annuit idem *Staiban. in consil. 91. sub num. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, quando in Baronalibus molendinis tapetis, batinderijs, & similibus iuxta ordinem quo venerunt eorum frumenta non molantur, & num. 9. fallit, vt num. 11.*

2 *Prior in tempore potior est in iure tam in agendo, quàm in excipiendo, num. 3.*

4 *Prius descriptus debet præcedere vti dignior.*

5 *Inter obtinentes eamdem dignitatem, ille prius anteponendus est qui prius illam habuit.*

6 *Prior denominatus censetur magis dilectus.*

7 *Prior prouisus est præferendus etiãsi prioritas sit in puncto.*

8 *Gratiæ pares si duo habuerint præferendus est qui præuenit præsentando gratiam coram exequutore.*

10 *Aduocatus qui à duobus recipit salarium, si inter eos lis oriatur vni eorum seruire debet.*

12 *Sacerdos maioris qualitatis debet prius celebrare, quamuis posterius venerit in Ecclesiam, data consuetudine quòd prius veniens prius celebret, ratione qualitatis personæ.*

A R.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando in Baronalibus Molendinis, Tapetis, Battinderijs, & similibus iuxta ordinem, quo venerunt eorum frumenta molantur.

GRAVAMEN CXLIII.

1 QVando Barones habent Molendina, Tapeta, Battinderia, & similia ad quæ Vassalli tenentur accedere, & fuerit solitum granum, & oliuas illius triturari, qui primò venit, ita quod secundùm ordinem, quo accedunt expediantur Ciues, si deinde qui vltimò venient prius expediantur, & qui prius venerunt vltimi sint, vtique grauamen infertur.

2 Qui primò enim venit dicitur occupasse locum, & ideò ipse perprius erit expediendus ex regula, vt prior tempore potior sit in iure, *l. qui balneũ in princ. & l. potior in princip. ff. qui potior. hab. l. si fundum C. eod. cap. qui prior de Reg. Iur. in 6. exornant Duen regul. 198. Mascard. de probat. conclus. 1228. Donel. de pignor. cas. 12. D. Rice. collectan. decis. 473. Card. Tusc. conclus 465. lit. P. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. libr. 11. tit 22.* quodq. procedit tam in agendo, quam in excipiendo, *l. creditor qui prior la 2. in princip. ff. qui potior in pignor. Ripa in l. priuilegia num. 18. ff. de priuileg. creditor. Girond. de priuileg. seu exempt, explicat num. 352.*

4 Congruit, nam prior descriptus debet præcedere vti dignior, *l. 1. ff. de Albo scribend. Paris. cons. 38. num. 1. vol. 4. Peregrin. consil. 3 num. 60. lib. 1.* quos referendo sequitur *Mar. Antonin. var. resolut. libr. 1. resolut. 85. num. 1.* inde inter
5 obtinentes eandem dignitatem ille prius in honoribus, præcedentijs, & prærogatiuis, erit anteponendus, qui prius habuit illam, vt in *l. 1. C. de Consul. libr. 12.* vbi latè *Regem Constantius*, qui plura in tali materia congloberat, & fusè *Reg. Tapia decis. suprem. Ital. senat. 21.* vbi ad saturitatem loquitur.

6 Inde descendit Regula, vt prior denominatus censeatur magis dilectus, *l. si communis seruus ff. de stipul. seru. cap. si quis de elect. in 6. Menoch. de præsumpt. libr. 4 præsumpt. 16. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. libr. 6. tit. 11. num. 13.*

7 Et prior prouisus est præferendus posteriori, *Ripa de caus. possess. & proprietat. Respons. 3. num. 2* etiamsi prioritas sit vnius puncti, vel momenti, nam illa dat præuentionem, *Cassador. decis. 20. num. 1. in fin. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 48. num. 3. Decian. consil. 109. num. 22. libr. 2. Rot. Roman. decis. 19. num. 2. cum seq. part. 2. diuers. Cardin. Tusc. d. conclus. 465. lit. P. D. Loret. de Franch. Episcopus Capritan. in controuers. inter Episcopos & Regulares, & inter Regulares & laic. pag. mihi 19. versic. ad nonum.*

8 Hinc gratias pares si duo habuerint, ille præfertur qui etiam in puncto præuenit in præsentatione suæ gratiæ coram executore *cap. capitulum de rescript. Gonzalez in Reg. 8. Cancellariæ §. 3. progm. num. 18.*

Ita quòd Vicenda, vel vt solet vulgò dici (la Verita) non potest eripi primo venienti, & locum occupanti.

9 Quare cum ratione coram Ferdinando Fornario Commissario deputato conquerebatur Vniuersitas Vallis Vitulani, dum Tapetarij, qui tenebant tapeta sui Baronis pro macinandis oliuis, & oleo conficiendo, prius seruiebant illis qui vltimò, quam qui prius venerant, contra antiquum solitum, & proinde obtinuerunt decretum, esse seruandum ordinem, vt primò accedens ad Tapetum expediatur, & hoc sub die 11. Aprilis 1581. & ita etiam reperio prouisum per Regium Consiliarium Vitellium ad fauorem Vniuersitatis, & Ciuium Terræ Valuæ contra Baronem, vt in Banca de Mondellis, & alias pro Vniuersitate Terræ Postilioni contra vtilem Dominum suum apud Actuarium Figliolam existente Commissario Regio Consiliario Gonzaluo Bermundez.

10 Confert, quia Aduocatus, qui a duobus accipit quolibet Anno salarium pro patrocinio præstando in eorum causis si in lite vna inuicè dicti sint contrarij tenetur patrocinare pro illo, qui prius salarium sibi constituit *Roland. cons. 44. num. 24. vol. 2. Alex. cons. 118. num. 15. &*

Digitized by Google

16. vol. 5. Caraff. in explicat. ad leges Recopilat. cap. 10. num. 31. & 32. Azeued. in l. 8. tit. 16. lib. 2. noua Recopilat. Hispan. Oter diuers. quæst. Iur. cap. 31. part. 2.

11 Cæterùm non desinam aduertere, quòd si frumentum alicuius habentis aliquas prærogatiuas esset asportatum posterius, posset moli, nec subintraret grauamen, quia cessat tunc ordo ratione qualitatis personæ.

12 Prout in simili fit videmus in Ecclesiijs, in quibus celebrantur Sacrificia Missarum, nam admittuntur personæ alicuius qualitatis maioris etiam illis, qui primò venerunt, quamuis regulariter existat consuetudo vt Sacerdotes illi prius ad celebrandum per Sacristas admittantur, qui prius venerunt, & videmus practicari in hac Inclita Ciuitate Neapolis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex pœnas arbitrarias an possit extendere ad mortem inclusiuè antiqua est quæstio.*

2 *Iudex in arbitrarijs pœnam mortis eligere non potest, nisi qualitas facti, & atrocitas delicti id exposcat.*

3 *Vassalli grauantur si quando pœna est arbitraria extenditur vsque ad mortem.*

4 *Inferiores inconsulto Principe pœnã arbitrariam non possunt extendere vsque ad mortem inclusiuè.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si quando Pœna est arbitraria extendatur vsque ad mortem.

GRAVAMEN CXLIV.

OCcasione huius grauaminis necesse esset illam aggredi disceptationem, si in arbitrarijs pœnis Iudex possit illas inclusiuè vsque ad mortem extendere.

1 Sed quia antiqua est quæstio, & a multis non infimi nominis Iure consultis agitata, vt præ cæteris *Menochius de arbitrijs iudicum quæst. 86. Cardinalis Tuscus conclus. 112. lit. P. Farinac. in practic. criminal. in titulo de delictis quæst. 13. à num. 34. cum sequent. Viuius in silua communium opinionum conclus. 417.* ideo illorum remissione contentus fimbrias non laxabo, sed lento passu meabo.

2 Vnde simpliciter iuxta communem, & magis receptam sententiam firmo regulam ex *cap.* de causis, ibi, (secundùm tuum arbitrium) *de officio, & potestate Iudicis* debere in arbitrarijs pœnis Iudicem mortis pœnam eligere non posse Salazar *de vsu, & consuetudine cap. 5. à num. 7.* Perez in ordinationes Regias Castellæ *libr. 1. tit. 2. l. 4. glos. el* que lohixiere, *Viscont. in conclusionibus iuris in verbo pena Iudici arbitraria.*

3 Vbi quòd pœna quando est arbitraria non potest extendi vsque ad mortem, nisi qualitas facti id exposcat, *Clar. in §. final. quæst. 83. Cabalius resolutione criminali cas. 92. Præses de Franchis decis. 504.* vbi refert iudicatum per *Magn. Cur. Vicar. & Sacr. Consil.* ob atrocitatem, & immanitatẽ delicti fuisse extensum arbitrium vsque ad mortem naturalem inclusiuè, quod & repetit *decis. 433. D. Riccius collectan. decis. 559. in fin. ex Peguer. decis. Rot. Cathalon. 84.*

4 Ita quòd si indistinctè id contra Subditos practicetur eorum grauamen vtique non potest euitari.

5 Quinimo si Baronales Officiales habentes arbitrium, ad mortem vsque illud extẽdere vellent, certè grauarent, cum tale arbitrium ad mortem extendi nequeat ab inferioribus non consulto Principe, *Canalcan de Brachio Regio part. 4. num. 26. Intrigliol. decis. 91. num. 9. Farinac. allegata quæstion. 17. num. 58. Burgia de modo procedendi ex abrupto quæst. 23. num. 274.* quos nouissimè refert, & sequitur *Giurba consil. eremin. 73. num. 18.*

Vnde abstineãt, qui iudicare debent à tali extensione, quia grauant.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ tres ob causas à legibus delinquenti statutæ sunt.*
2 *Reipublicæ expedit corruptos homines à tramite deuios in viam retrahere pœnis.*
3 *Impunitas est insolentiæ mater, impudentiæ radix, & transgressionis nutrix.*
4 *Nocet bonis qui parcit malis.*
5 *Magistratus munus circa quæ versetur.*
6 *Virga iustitiæ nec precibus, nec lacrimis commiserationis deflectenda.*
7 *Indulgens vni indigno plurimos facit in prolapsionis contagium labi.*
8 *Latroni ætatis, matris, filiorum, vel vxoris causa non indulgendum.*
9 *Necessarium est puniri malos.*
10 *Multitudo necessitati potiùs, quàm rationi, pœnis potius quàm honestati parent.*
11 *Respublicæ florent, quando Ciues pœnarum metu à malo abstinent, & beneficiorum premio imitantur ad bonum.*
12 *Respublica pœnis & præmijs continetur.*
13 *Iudicia seuera vbi non exercentur, ingenia corrumpuntur.*
14 *Platonis lex refertur libr. 9. de legibus, & laudatur.*
15 *Delicta pretio remitti non debent, & quare, num. 16.*
17 *Pœna debet correspondere delicto, & num. 21.*
15 *Leuia leuibus comparantur, nec ferula gladio digna est,*
19 *Iudex ex legis præscripto iudicare debet, nec legitimam pœnam excedere, imò minorem eligere.*
20 *Factorum diuersitas pœnarum diuersitatem exigit.*
22 *Pœna exagerari non debet, quando habet certos fines ex delicto.*
23 *Iudex noua genera penarum imponere non potest, & recedere ab impositis.*
24 *Iudex potest ex causa minuere pœnam, & mitiorem sententiam dicere.*
25 *Iudex in minuendis pœnis quæ attendere debeat.*
26 *Pœna aut certa & ordinaria, aut arbitraria, & extraordinaria.*
27 *Iudex in sententia debet sequi pœnas à legibus constitutas, neque illas temerè potest suo arbitrio minuere, aut augere, aliàs grauat.*
28 *Iudex non debet esse mitior lege.*
29 *Iudex arbitrari quando possit.*
30 *Pœna ordinaria quæ dicatur, & quæ extraordinaria, num. 31.*
32 *Iudex succedit loco legis in pœnis arbitrarij, & vocatur Princeps.*
33 *Dictio (quasi) in pœnis infligendis importat pœnam arbitrariam.*
34 *Pœna grauissima quando indicitur, de qua intelligatur.*

ARGVMENVM.

Vassalli grauantur ex augmento pœnarum, vel ex illarum variatione, quando specificè reperiuntur à legibus, vel Pragmaticis, & Statutis Municipalibus impositæ.

GRAVAMEN CLV.

SVmmus, ille vir *Plato* dicebat, tres ob causas à Sanctis legibus pœnas delinquentibus fuisse statutas, prima est ob ipsiusmet delinquentis emendationem; Secunda vt parti offensæ fieret aliqua iniuriæ compensatio, tertia vt exemplum probaretur, quo alij a malefaciendo deterreantur.

2 Expedit enim reipublicæ corruptos homines à tramite deuios in viam retrahere pœnis, & quando perditis illis nihil soluta pœna proderit, cedet tamen

Digitized by Google

in alium commodum qui illius pœnę admonitione temperantius viuent vt inquit *Sot. de iustit. & Iur. quæst. 2. art. 2. in fine libr. 1.*

3 Et è contra impunitas est insolentiæ mater, impudentiæ radix, & transgressionis nutrix secundum *D. Bernard. libr. 3. de eonsiderat.*

4 Hinc dicebat *Seneca* nocet bonis, qui parcit malis.

5 Et ideo Magistratus debet furta cohibere adulteria punire; impios de terra perdere, parricidas, & peierantes viuere non sinere, nec filios suos sinere impia agere, vt dixit *Diu. Ciprian. de abusion. Seculi.*

6 Immo nec præcibus, nec lacrimis commiserationis vlloue modo virgam iustitiæ rectitudine deflectendam, quominus Iudex pœnam legibus statutum in reos criminum exequuntur, alioquin iniusta esset misericordia *ad tex in cap. est iniusta 23 quæst. 3.*

7 Siquis itaque latronem filijs deprecantibus motus, & lacrimis coniugis eius inflexus absoluendum putet, cui adhuc latrocinij aspiret affectus nonne innocenter tradit exitio qui liberat multorum exitia cogitantem nonne cum vni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsinis contagium prouocari? pro vt habetur *Deuteronom. cap. 19.*

8 Et *Origen. homil. 9, cap. 13. Hieremiæ* dixit, habeat Iudex propositam quietem Ciuitatis, & pacem genti cui præsidet prouideat, huic si offeratur latro honesta forma, ætate satis integer, ex alio lacere mater, expensis erinibus deprecetur, vt senectuti suæ misereatur, & ex alio vxor ne virum suum interficiat, lacrimabili voce deploret, circumstent & pårnuli liberi cito orbi futuri, quid faciet Iudex? miserebitur latroni an non? quid in communi expedit Ciuitati? Si misertus fuerit, reuertetur homicida ad scelus pristinum, sin vero in Iudiciaria seueritate permanserit vnus homo, interibit, & vniuerso populo prouidebitur.

9 Necessarium enim est vt huiusmodi pœnis, & multis puniãtur mali, si nocẽtes esse voluerint, aut emendentur si per negligentiam aliquid admiserint vt dixit *Senec. libr. 1. de ira cap. 10.*

10 *Vnde Aristotel. 10. Ethicor. cap. vlt.* inquit, quod hæc est multitudinis conditio, vt necessitati potius, quam rationi, & pœnis, quam honestati pareãt; ideoq; instar iumentorum animaduersionibus, ac pœnis cohercendi, & in officio continendi sunt.

11 Hinc florentes, & beatæ fiũt Respublicæ, quando Ciues omnes pœnarum metu à maleficijs abstinent, & beneficiorum præmijs inuitati officium facere studeat, vt dixit *Demosten. aduers. Leptin.*

12 Respublica vero duabus rebus continetur pœnis nimirum, ac præmijs, & vbi nulla sæuera Iudicia exercentur, etiã bona ingenia corrumpuntur, vt tradit

13 *Isocrat. in Auropag.*

14 Et ob id merito lex illa *Platonis* laudatur *lib. 9. de legib.* ne impune quicquã cuiquã esto, exitio, carcere, verberibus, infamia, ære, capite fontes puniantur.

15 Nec pretio delicta remicti debent, quia pessima res diceretur multaq; in-

16 cõmoda reipublicę prouenirent *ad tex. in Auth. vt Iudic. sine quoq; suffrag. §. 1.*

17 Pœna igitur debet correspondere delicto, & ideo ab eius qualitate Iudex excedere prohibetur *l. rescriptam, & l. hęres ff. de his quib. vt indign. c. quæsiuit de his qu. fiunt à maior. part. capitul. c. non afferamus 24. q. 1.*

18 Vnde *Diu. Hyeroni. contra Pelagi.* ait leuia leuibus comparantur, nec ferula est gladio digna, & *Budeus in annotat. ad Pandect. in l. vlt. ff. de Senator.* dicit ne-

19 cesse esse Iudices ex legis præscripto iudicare, nec legitimam pœnam excedere, immo minorem eligere *ad tex. in l. interpretatio ff. de pœnis*, put aduertit *Reg. Valenz. in cons. 91. num. 48. tom. 1.* diuersitas. n. factorum pœnarum diuersita-

20 tem exigit *l. si seruus ff. ad l Aquil.*

21 Et eas tantummodo pœnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur, vel à iure communi, & iure Regni certo fine concluse statuuntur *l. vnica C. de sent. quæ pro eo quod interes.*

22 immo quando pœna habet certos fines ex qualitate delicti, & probationis, nunquam pœna exagerari potest *l. generaliter ff. de decur.* nec Iudex potest noua genera pœnarum imponere, quia recedere non debet à pœnis à iure, & consuetudine inductis iuxta *tex. in l. moris § sed. n. sciendum, & in l. capitalium §. maiores ff. de pœn.*

24 Et si ex causa possit minuere pœnam, vel augere in sententia *l. hodie ff. de pœn.*

ac

Digitized by Google

ae mitiorem sententiam dicere possit, *l sed & si seuerior C. ex quib. caus. infam. irrogat.*

75 Iudex namque in imponendis pœnis attendere debet circumstantias ex quibus augetur, vel minuitur delictum, ætatem 53. personam, causam, quantitatẽ, qualitatem, sexum, locum, tempus, & euentum cum idem excessus magis sit in vno, quam in alio puniendus vulgatiss. est *tex. in l. aut facta ff. de pœnis*, & notatur *in cap. sicut dignum de homicid.*

26 Pœna autem in Iure aliquando reperitur certa, & ordinaria quandoq; arbitraria, seu extraordinaria quandoque cum ditione illa, quasi, aliquando grauissima, de quibus inferius dicemus.

27 Quòad pœnam certam, & ordinariã, dico quod vbi in lege certa, & spetialis pœna statuta est non est cur Iudex pœnam arbitretur, nam Iudex inferendæ sententia perpetuo sequi debet pœnas ordinarias, & in legibus constitutas, neque illas temere potest suo arbitrio augere, minuere, variare, inflectere, aut infringere alias grauat, ita *Iodoc. in Pract. crim. cap. 55. num. 4. Marsil. sing. 244. Menoch. de arbitr. quæst. 96. à n. 11. Auila in cap. prætorum 1. glos. de Reebamente nu. 5. & 10. Aldrete de Religios. disciplin. tuend. lib. 2. cap. 10. num. 5. Cened. alios adducens Collect. 43. nu. 3. Perez in l. 9.*

28 *tit. 16. lib. 8. ordinam.* neque debet esse mitior lege, vt in *§. oportet in Auth. de Iudicib. collat. 6.*

29 Sed tunc demũ arbitrari potest, quãdo certa, & spetialis pœna per legem impositа non est, vt *in l. 1. §. expilatores ff. de effractor. & expilat. ibi, quibus nulla specialis pœna rescriptis principalibus imposita est*, id circo causa cognita, liberum erit arbitrium statuendi ei, qui cognoscit.

30 Pœnaq. ordinaria dicitur illa, quam leges sanxetunt, quam Principes statuerunt, aut certe, quæ longa, patriæq. consuetudine introducta est *l. 1. §. 2. ff. ad Senat. consult. Turpill.*

31 Arbitraria verò pœna, seu extraordinaria differt ab ordinaria, ideò quod extraordinaria est illa, quam Iudex non ex legum, Principum ve Constitutione, aut ex inolita consuetudine, sed ex proprio arbitrio infert, & imponit *cap. de causis §. illis de off. deleg. c. super his de Accusat. l. hodie, & l. sanctio legum ff. de pœn. l. 1. §. expilatore, ff. de effract. & expilat.* in quibus pœnes arbitrarijs Iudex

32 succedit loco legis, & vocatur Princeps *Io. Andr. & Bal. in cap. 1. de constit. Paris de sindica. in ver. pœna §. an iudex.*

33 Et quando imponitur pœna, vt puniatur quasi talis, ista dictio, quasi, imputat pœnam arbitrariam, *glo. in cap. cum olim de offic. deleg. Bald. in c. olim de rescript.*

34 Pœna grauissima verò, quando inducitur, intelligitur de pœna mortis, *glo. in l. 1. ver grauissimam C. de seditios. l. vltimum ff. de pœnis, & Clar. in §. fin. q. 68. n. 37. Sed Bart. in l. sed si hac §. ait prætor ff. de in ius vocan.* ait pœnam grauissimã esse flagellis cedere.

SVMMARIVM.

1 *Probationes, quæ sint verisimiliores quando discerni non potest pronunciandum est ad fauorem reorum, item quando sunt pares hinc inde, alias Vassalli grauantur, & quare num. 3.*

4 *Inter probationes illa acceditur, quæ ad criminis exclusionem tẽdit maxime quando habent aliquam iunctam præsumptionem num. 5.*

6 *Probationis fides ex coniecturis augetur, & habens meliores coniecturas superat, licet post conclusum in causa nu. 7.*

8 *Probationes in criminalibus ad reorum fauorem recipiuntur, etiam post conclusum in causa.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando probationibus hinc inde paribus existentibus potius condemnantur, quàm absoluuntur.

GRAVAMEN CLVI.

1 NE dum, quando non potest discerni, quæ probationes sint verisimiliores, & potentiores, hinc inde pronun-

Digitized by Google

nunciandum est ad Reorum fauorem, vt per *Alexandr. consil. 24. num. 28. volum. 2.*

2 Sed etiam si sint pares hinc inde, tunc inuicem se confundunt, & quæ sunt pro Reis attenduntur, alias grauare videntur Iudices, & illi ad quos spectat, idem *Alexan. consil. 7. num. 12. volum. 7. Brun. in tract. de Indit. in 8. quæst. penult. Io. de Amic. consil. 137. num. 29.*

4 Inter probationes enim illa attenditur, quæ ad criminis exclusionem tendit, *Gramat. consil. ciuil 59. num. 7. Fulgos consil. 198.* maximè, quoties habet aliquam iniunctam præsumptionem *Alex. consil. 236. vol. 2. Bal. in l. fin. C. commun. vel epist.* vbi quòd probationis fides ex coniecturis augetur, & habens meliores coniecturas superat, licèt post conclusum in causa, cum probationes in criminalibus ad Reorum fauorem tunc admittantur, *Bar. in l. si accusationibus col. fin. C. de Accusat. in l. diui fratres ff. de pœn.*

Vnde meritò in Regijs Tribunalibus iuxta supradicta innumeris quippe vicibus, immo indistinctè vidi seruari, & vti Iudex seruare minimè erubui.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, quando opinio rigida in criminalibus contra eos sectatur.*

2 *Opinio benignior, quę magis fauet æquitati, quàm rigori, & sonat exclusionem delicti sequenda est in criminalibus, & opinio etiam dubia, quæ faciat pro euitatione pœnæ amplectenda est, num. 3. 4. & 5.*

5 *Opinio minus communis, & minus probabilis pro reo sequenda est, omissa magis communi & probabiliori, quæ facit pro fisco, & n. 8.*

7 *Mitior pœna eligenda est in conflictu opinionum in punitione criminum.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando opinio rigida in criminalibus contra eos sectatur.

GRAVAMEN CLVII.

1 ADuertant qui iudicare debent, & noscãt Vtiles Domini, nè faciant contra Subditos practicare, nec practicent seruare opiniones rigidas, quando habent benigniores, quia grauarent.

2 Siquidem opinio benignior in criminalibus semper est tenenda *l. proximè*

3 *ff. de his quæ in testament. delent.* & quæ magis æquitati, quam rigori fauet *l. in omnibus, & l. semper, & ibi Dec. ff. de*

4 *Reg. Iur. Iaf. in l. 1. col. 4. ff. de leg.* & quæ ad delictorum exclusionem sonant, *l. meritò ff. pro socio, Vulpell. consil. 123. num. 12.*

5 Et opinio etiam dubia, quæ faciat pro euitatione pœnę amplectenda est *l. benignus ff. de legibus.*

6 Itaquod quando dissentientes sunt opiniones, quarũ vna fisci est communis, & seuerior, Aduocati non communis, & mitior, fisci communis opinio est relinquenda, & mitior Aduocati, & si minus communis est eligenda vt tutatur *Roland. consil. 51. num. 44. vol. 1. & cons. 64. num. 31. vol. 2.*

7 Quoniam in conflictu, & opinionum concursu in prouisione criminum est aduertendum esse mitiorem pœnam eligendam *Bal. in cap. de causis num. 15. de offic. deleg.*

8 Inde Iudicem in criminalibus teneri sectare opinionem probabilem in fauorem Reorum non obstante opinione probabiliori in fauorem fisci notarunt *Castr. Palaus tom. 1. disput. punt. 11. nu. 4. Salas in 2. D. Thom. tract. 8. disput. vnic. sect. 12. num. 115.* & alij recenter adducti, & approbati *à Diana in addit. ad iam impressa opera resolut. 13. vbi practicabilia Collexit.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur si in dubijs potius condemnantur, quàm absoluantur.*
2 *Iudicis officium in criminalibus prõptius esse debet in absoluendo quàm in condemnando, & tunc censetur dignior maiori honore, num. 3.*
4 *Iudex sponte sua tenetur defendere innocentiam Rei, etiam parte non instante.*
5 *Iudex iustius peccat in absoluendo, quàm in condemnando.*
6 *Iudex Christianus maiorem honorem habet ex absoluendo, quàm ex condemnando, quia in humaniorem partem inclinari debet, nec in condemnando, vel torquendo, num. 7.*
8 *Iudex inuitò, & dolorosè ad pœnam trahi debet.*
9 *Iudex criminalis glorians in morte hominis homicida est, vbi aliàs Dei minister nuncupatur.*
10 *Vera iustitia habet compassionem.*
11 *Iudex minorans pœnam mortis non peccat.*
12 *Reus in conflictu probationum absolui debet, & vbi pares sunt præsumptiones.*
13 *Probatio Rei non plena totaliter offuscat probationem fisci, etiam si sit inferior, dubia, ac imperfecta, num. 14.*
15 *Probatio fisci cum redditur dubia ex probationibus Rei, Reus absolui debet.*
16 *Probatio obscurior & incerta in dubio, illa prævalet quæ stat pro defensione Rei.*
17 *In probationum conflictu, seu concursu præfertur quæ facit pro Reo, vti fauorabilis, & postponitur odiosa.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando in dubijs potius condemnantur, quàm absoluuntur.

GRAVAMEN CLVIII.

1 ORitur quidem subditorum grauamen, si Inquisiti in dubijs potius condemnentur, quam absoluantur.
2 Siquidem Iudicis officium in criminalibus promptius debet esse in absoluendo, quàm in condemnando, & tunc censetur dignior maiori honore *Boss. in pract. crim tit. de defens. Reorum. num. 6.*
3 4 asserens *in tit. de literis princip. num. 4.* sponte sua defendere debere innocentiam Rei, quod facere potest nemine instante, & de hoc hesitare nequit quia
5 iustius peccat in absoluendo, quam in condemnando *Bald. cons. vltim. vol. 5.*
6 Confert nam quilibet Christianus Iudex maiorem honorem adipiscitur ex Rei absolutione, quam condemnatione *Castrens. cons. 291. in fin. vol. 3.* cum Iu-
7 dex in hac maiorem partem inclinare debeat, & sic in absoluendo Reum, nec intorquendo, vel condemnando *Abb. in cap. afferte gladium de præsumpt. Alex. cons. 19. Alciat. de præsumpt. Regul. 3. præsumpt. 39. Vulpel. quæst. 47. num. 6.*
8 Et Iudex inuito, & dolorosè ad pœnam trahi debet *cap. milites, & cap. eum minister 23. quæst. 5. Faber in Rubric. Instit. de public. Iudic.*
9 Hinc *Ancharan. cons. 25.* mordicus inuehit aduersus Iudices criminales ad condẽnationem anhelantes, quia si glorietur in morte hominis homicida est
10 alias Dei minister nuncupatur *Faber indicat. Rubric. de public. Iudic. & ibi* pariter *Angel.* cum vera iustitia habeat Compassionem *Cap. vera iustitia 45. dist. Aretin. cons. 164. col. pen. in fin.* congruũt adducta *per Honded. cons. 99. num. 88. & seq.* vbi tutatur Iudicem
11 mortis pœnam minorantem non peccare, confirmat *Sfort. Odd. in tractat. de in integrum restitut. quæst. 81. à num. 37. part. 2.*
12 Hinc probationum in conflictu Reus absolui debet, *Bald. in Rubric. de con-*

trouers.

Digitized by Google

trouerſ. inueſtitur. in fin. Sicque vbi pares ſunt præſumptiones *Scarlat. conſil. 120. Surd. conſil. 132. num. 99. Giurba conſil. crimin. 64. num. 30.*

13 Et probatio non plena totaliter ita offuſcat, & obumbrat probationem accuſatoris, & fiſci, quòd neceſſariò debet ſequi ſolutio, *Iaſ. in l. non ſolùm §. ſciendum de nou. oper. nunciat. Coru. conſil. 134. col. final. volum. 4.* etiam ſi

14 eſſet inferior & dubia, ac imperfecta, quia in criminalibus probatio Rei dubia, & imperfecta, nè dum offuſcat dictam probationem fiſci, ſed & pariter ipſam confundit, *Boſ. in practic. tit. de conuict. num. 60.* id quod minimè operari valet probatio inferior, dubia, & imperfecta fiſci, nam Rei non elidit probationem liquidam, *Cyn. & Bald. in l. de re*, C. *de Donat. ante Nupt.*

15 Vnde quando fiſci probatio ex Rei probationibus redditur dubia, Reus abſolui debet, *Alexan. conſil. 15. num. 9. volum. 1.*

16 Et probatio obſcurior, & incerta in dubio illa præualet, quæ ſtat pro defenſione Rei; *Crauett. conſil. 2. num. 16. Alexander conſil. 76. & 109. volum. 1. Vulpell. conſil. 97. num. 7.*

17 Et in probationum conflictu, ſeu concurſu præfertur quæ facit pro Reo, vti fauorabilis, & poſtponitur odioſa, *Barbat. conſil. 39. vol. 1.* cùm attendatur excluſiua delicti, *Fulgoſ. conſil. 198. col. 2. Gram. conſil. Ciuil. 69.* & illa attenditur, quæ magis facit pro Reo, *Alber. in l. Titia Teſtores col. 2. ff. de leg. 1. Ruin. conſil. 145. num. 7. volum. 5. Boer. deciſ. 42. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Vaſſalli grauantur, ſi contra eos teſtibus non repetitis proceditur ad condemnationem, vel torturam, num. 4.*

2 *Teſtium repetitio eſt de ſubſtantia, antiqua, & omni iure introducta.*

3 *Teſtes ſunt repetendi in omnibus cauſis, etiam in quibus proceditur ad modum belli, & ex delegatione, non obſtante quocumque ſtilo, vel conſuetudine.*

5 *Teſtes non repetiti nullum faciunt indicium, neque cùm proceditur coram Iudicibus habentibus poteſtatem procedendi nullo Iuris ordine ſeruato, & citra ac contra ius, declara in tribus caſibus num. 6. 7. & 8.*

9 *Teſtes mortui habentur pro repetitis, etiam ſi ſint examinati coram incompetenti.*

10 *Reus ſi declaret haberè pro repetitis teſtes præter abſentes, & mortuos cui incumbat probare qualitatem mortis, vel abſentiæ, reo an fiſco, & num. 11. & 12.*

13 *Teſtes abſentes & mortui carent omni ſuſpicione.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, vbi contra eos Teſtibus non repetitis proceditur ad condemnationem, vel ad Torturam.

GRAVAMEN CLIX.

1 TEſtibus non repetitis, ſi contra Subditos procedatur ad condemnationem, oritur vtique grauamen.

2 Teſtium, inquam, repetitio eſt de ſubſtantia, nedum de iure communi, *l. Teſtium, & ibi DD. C. de Teſtibus.*

Cum nedum illam eſſe antiquam, & omni iure introductam fateatur *Danz. in tractat. de pugna DD. tit. de teſtat. ad modum belli num. 30.*

Sed etiam de iure Regni, vt patet in *Pragmatic. 89. cap. ſituata in Rubric. de offic. Iudic. & aliorum Officialium 11. in 51 ordine cap. 51.* vbi ſtatuitur vt in omnibus cauſis, etiam in quibus proceditur ad modum belli, & ex delegatione teſtes ſunt repetendi, non obſtante quouis ſtilo, & conſuetudine in contrarium, probat & ſequitur nouiſſimè *Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 42.* præcisè *num. 11.* vbi lato calamo materiam pertractat.

Quin-

Digitized by Google

4 Quinimò nè dum condemnationem sequi non posse, sed nec torturam dicendum est.

5 Quia Testes non repetiti nullum pariunt indicium, nihilque probant, fumum non faciunt, nec testium nomen merentur, *cap. 2. versic. nullius de testibus, & ibi DD. l. si quando §. & cum oportet in fin. C. eod.* Sicque esse receptum in praxi, & cõmuni calculo à DD. receptum fatentur *Boss. in tit. de delinquente num. 5. Clar. in practic. crimin. §. fin. quæst. 11. num. 2.* quos cum pluribus alijs conglomerat recenter *Ciarzius in discept. crimin. ad Reorum defensam discept. 48.* vbi cum *Farinac.* qui cunctos pariter iuxta morem cumulat *in tractat. de Testibus quæst. 72. num. 92. cum sequ.* affirmat etiam coram Iudicibus habentibus potestatem procedendi nullo seruato iuris ordine, & citra, ac contra ius, cum quibuscumque facultatibus verum esse annuit, sicque in causis vbi omittitur sollemnitas iuris, & etiam vbi proceditur per informationes.

6 Stat tamen cautum de Iure Regni vigore allegatæ *Pragmaticæ* cessare antesignanam regulam in duobus casibus, nempè vbi Reus legitimè confessus est de crimine, vt in *cap. 51. eiusdem Pragmaticæ*, vel quando persistente in contumacia mortui sunt testes, vt in *cap. 83. eiusdem.*

7

8 Et vbi cum Reo esset facta cofrontatio, non desideratur repetitio, cùm illa habeat vim repetitionis, & noui examinis, *Clar. in pract. crim. quæst. 45. num. 14. Pegna in direct. inquisitorum coment. 23. part. 3. Afflict. in Constit. Regni, Si damna clandestina nu. 36. & seq. Ambrosin. in proces. Informat. cap. 9. n. 3. cum seq. Farinac. de Testibus quæst. 66. num. 310. Cabal. resolut. crim. cas. 169. à num. 14.* latè *Scaccia de Iudic. sauf. ciuil. & criminal. cap. 86. à num. 54.* sicque indistinctè seruatur in praxi, & ego fæpius seruaui, & practicari vidi in Tribunalibus Collegiatis.

9 Cæterùm notabis haberi pro repetitis etiam mortuos examinatos etiam coram [illegible] Iudice, *per l. fin. vbi Cass. [illegible] Foller. in practic. crimin. in [illegible] damnum repetantur Testes Curiæ. [illegible] decis. 78.*

10 Sed si Reus declaret habere Testes pro repetitis, præter mortuos, & absentes, qualitas huiusmodi, nempe mortis, vel absentiæ, An sit probanda à Reo, vel à Fisco.

11 *Illustrissimus Præsul Riccius decis. 210. part. 1.* testatur iudicatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, tale onus spectare ad Reum.

12 Verùm ego contrariam sententiam esse veriorem, nẽpe spectare ad Fiscum perspicio, vt videtur tenere *Viuius allegat. decis. 78. sub. num. 4.*

Et ne gratis contra Dominum & Magistrum meum, alioquin doctissimum, loqui videar, reddo rationem, quia id potius Fisco, quàm parti interest, nam absentes, & mortui carent omni suspicione fraudis, vnde Reus potest nolle illos habere pro ritè & rectè examinatis, *Ambrosin. in d. proces. informativ. lib. 3. cap. 1. num. 41.*

Indè *idem Dominus* hunc scopum forrè agnoscens, licèt referat decisionem Curiæ Archiepiscopalis, tamen adhuc dicit in fine videndum *Viuium in mentionat. decis. 78.* ob quod *ipse* in eamdem præsumitur inclinasse opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, quando non admittuntur ad purgandam contumaciam per interpositam personam.*

2 *Contumax potest alium mittere ad purgandam contumaciam etiam eo absente, dummodo compareat postmodum personaliter infra terminum statutum pro delictis principalibus num. 3. & referuntur prouisiones Collateralis Consilij hoc mandantes, num. 4. & 5.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando non admittuntur ad purgandam Contumaciam per interpositas personas.

GRAVAMEN CLX.

1 VBi intenderent Vassalli contumaces per interpositas personas eorum purgare contumacias, nec ad id admitterentur, ipsorum oriretur grauamen.

2 Affirmat namque *Carauit.in Rit.M.C.V.211.in princip.* contumacem posse alium mittere ad purgandam contumaciam, & faciendum se ab ea cassari, &
3 hodie in Regno contumaciam purgari per quemcumque amicum inquisiti, etiã eo absente nouissimè testatur *Danz. in tractat.de pugn. DD.tit.de Contumace cap.1.num.15.* dummodo tamen infra terminum statutum compareant, deinde personaliter pro delictis principalibus, quibus inquiruntur, vt Collaterale Consilium determinasse ex sequentibus prouisionibus patet.

Philippus Dei Gratia Rex, &c.

Magnifici Viri.

4 Ci hauete fatto intendere per la vostra delli 2. del presente, che molti contumaci sogliono per terze persone far' istantia à questa R.A. che siano ammessi à compositione, e che depò fatta la compositione per interposta persona, detti contumaci non se ne curano cõparire personalmente, & stare à ragione per loro delicti principali, ma perseuerano alle medesime loro contumacie, & che il Magnifico Aduocato Fiscale hà fatto istantia, che si prefiga, & stabilisca termine à quelli contumaci, che sono compositi in loro absentia per terze persone, che non comparendo infra quel termine, la gratia della compositione s'habi per non fatta, & resti ferma la loro contumãcia, come noua contumacia, etiam in quanto alla pena pecuniaria, ò delle terze parti delli mobili, & desiderate da Noi ordine come vi hauete da gouernare nel predetto, vi rispondemo, che debiate prefigere il termine de vinti dì à pagar la compositione, & non pagandola fra detto tempo, & non comparendo frà lo medesimo li detti contumaci à stare à giustitia, li resti ferma la contumacia, etiam à rispetto della pena pecuniaria, ò delle terze parti di mobili, per tanto così si potrà esequire, che tale è nostra vuluntà. Datum Neapoli die 22. Octobris 1582. *Don Gio. de Zuniga, Vidit Salernitanus Regens, Vidit Reuerterius Regens, Vidit Salazar Regens, Bostida Damunatius Secretarius, Registrata in Curia Principatus citra, fol.173.*

Comque in hac eadem materia subsequutæ fuerint ab eodem Collaterali aliæ prouisiones, hic & illas quoque per extensum ponere libuit, & sunt quæ sequuntur, videlicet.

Philippus Dei gratia Rex, &c.

Magnifici, & Circumspecti, viri, &c

5 Semo informati, che tanto in questa R. A. come in altre del presente Regno s'vsa ammetterfi li delinquenti à compositione delle contumacie, e delitti per terze persone, senza prefigersili terminatione à cõparire, & perche questo è in preiudicio de Regio fisco, volendo Noi prouedere come si conuiene in ciò, sì per indennità del d. Regio fisco, come ancop leuar' alcuni reclamori, che di questo si ne soleno hauere, ci hà parso fare la presente, per la quale volemo, & ordinamo che di quà auãti quelle persone, che per questa R.A. saranno compositi de loro contumacie, e delitti, debbia fra vinti giorni

ni pagare tal compositione, aliàs non pagandola fra d. termine, ò non comparendo frà lo medesmo tẽpo li d. delinquenti à stare à giustitia de loro delitti, non li vaglia la cõpositione, & li resti ferma la contumacia, tanto à rispetto de loro delitti, com'anco per la pena, per tanto v'ordiniamo che così dobbiate osseruare, & eseguire, che tale è nostra intentione. *Dat. Neap. die 19. Octobr. 1619. El Duque, Vidit Constantius Reg. Vidit Vrsinus Reg. Vidit Valenz. Reg. In Cur. prim. Principatus vltra, fol. 63. All' Audientia di Principato vltra, &c.*

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, quando à decreto lato ad eorum fauorem in causis criminalibus appellatur per Coadiutores Curiarum Baronalium.*
2 *Fisco est prohibita appellatio non solum in Regno, sed per totam Italiam, sed fiscus solet per viam recursus audiri, num. 5. succurritur per reclamationem num. 6.*
3 *Reus condemnatus si appellet fiscus censetur Inhærere appellationi, nisi adsit pars quærelans, n. 4.*
7 *Recursus, qui datur fisco loco appellationis, regulatur secundùm tempus appellationis.*
8 *Baronales Curiæ cum non habeant fiscum, an habeant recursum, n. 17.*
9 *Coadiutores Curiarum Baronaliam dicunt de nullitate sententiarum.*
10 *Iniustitia est soror nullitatis.*
11 *Coadiutores Curiarum Baronalium subintrant in locum fisci.*
12 *Barones habent priuilegia fisci, & iura fiscalia.*
13 *Coadiutores Baronum per viam recursus adeunt Superiores à sententijs ordinariorum.*
14 *Appellari cùm non potest datur retractatio grauaminis per viam quærelæ.*
15 *Appellatio in causis fidei an detur, & an supplicatio, vel recursus.*
16 *Appellatione sublata non aufertur recursus.*
18 *Subrogatus in locum fisci assumit eius naturam.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando à Decreto lato ad eorum fauorem in causis criminalibus per Baronalium Curiarum Coadiutores appellatur.

GRAVAMEN CLXI.

1 ACcidit sæpius per Baronales Curias emanari decreta absolutoria ad fauorem Vassallorum, & Barones videntes non ad ipsorum intentionem illa præcessisse, ad defatigandos miseros subditos operantur, quod eorum Curiarum Coadiutores appellent, & certè in hoc grauant, & subditi ex iusto iudicio pariter, & de tali appellatione grauantur.

2 Patet, inquam, quòd ne dum in Regno fisco est prohibita appellatio, vt in Rit. M. C. V. 186. Gram. decis. 14. num. 12. Capic. decis. 114. Viu. decis. 378. num. 5. Pres de Franch. dec. 467 470. num. 10 & 722 sub. num. 9. Borell. qui alios adducit nou ter in *summ. decis. tit. de appellat. num 747. tom. 2.* verùm etiam in tota Italia, *Ludouic. dec. Lucens 1. num. 47. Farin. in pract. crim. tit. de var. ac diuers. crim. quæst. 101. num. 32. Clar. in pract. crim. quæst. 46.* vbi testatur de consuetudine Mediolani, sicque esse de consuetudine Prouinciæ, & Romanæ Curiæ facit fidem *Macerat. Var. resol. libr 3. resol. 41.* Nosque alios collegimus in praxi noui *Iur. Pontif. concl. 6. de Appell* Et vide *D. Ricc. in decis. Cur. Archiep. 81. par. 2.* Igitur eo fortius id esse veritũ

Digitized by Google

venit Baronalium Curiarum Coadiutoribus.

3 Licèt si Reus fuerit condemnatus, & à tali condemnatione appellauerit in tali casu per fiscum intelligitur facta adhæsio appellationi, ita vt sententia contra inquisitum in peius reformari
4 possit ad *tex. in prag. 8. de Appellat.* nisi adesset pars querelans, nec appellasset, vel nisi non adesset, *Præs. de Franch. dec. 467. Baiard. ad Clar. quæst. 94. num. 24. De Ponte tit de Potest. Proreg. tit. de elect offic §. 1. num. 53.*

5 Et vbi notoriè apparet fiscum esse grauatum, solet per viam recursus adiri, *Præs. de Franch. decis. 148. & 470. Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. d. tit. de elect. Official. §. 1. num. 51. Mastrill. dec. 158. num. 2. Borell. in sum. decis. tit. de reclam. tom. 2.* & patet in *Prag. 11. tap. 40. de off. Iud. & alior. Offic.* & fisco succurritur per reclamationem *Carau. Rit. 258.*
6
7 Qui quidem recursus regulatur à temporibus appellationum, & reclamationum *Reg. Rouit dec. 16.* vbi testatur de Praxi, ante eum *Marsil. in sing. 781 Masul. ad Capic. decis. 144. num. 2.* addo nouiter *Danz. in tractat. de pugna Doctorum, tit. de Officio Fisci cap. 1.* qui cum latè tractet materiam hanc recursus fisco competentem, & quando locum habeat, pro nunc ad illum lectorem relego.

8 Sed non reticeam dicere, quòd cùm in Baronalibus Curijs regulariter non adsit Fiscus, vt in *Grauam. 159. tom. 1.* latius demonstrauimus, neque eisdem à sententijs absolutorijs Reorum fortasse dabitur recursus.

9 Quamuis obstet *Viuius decis. 478.* dum ex *Franc. in cap. dilecto col. 4. versic. vigesimo septimo de appellat.* dicit per Regiam Audientiam Barensem decla-
19 ratum posse coadiutores dicere de nullitate sententiarum, & tamen iniustitia nullitatis est soror, *cap. inter catera de re Iudic. Affict. decis. 28. Amendol. ad Franc. decis. 466. num. 8.*

11 Et nouissimè *Regens Valenzuela consil . . . num. . . . tom. 2.* affirmauit in hoc Regno Curiarum Baronalium coadiutores subintrare in locum fisci, illiusque locum obtinere.

12 Et Barones habere priuilegia fisci, & Iura fiscalia, *Bellug. in specul. Princip. Rubric. 23. num. 13. & 15. Viscont. in conclus. Iur. in verbo Baro il penult.*

13 Inde in praxi videmus huiusmodi Curiarum Coadiutores per viam recursus à sententijs Iudicum ordinariorum adire superiores.

14 Quod redditur verum, nam sèper in casibus in quibus non potest appellari datur retractatio illati grauaminis per viam querelæ ad superiorem, *Angel. in l. 1. in fin. C. sentent. rescind. non poss. Neuiz. consil. 49. num. 9. Surd. decis. 36. nu. 21. Gratian. Forens. discept. cap. 263. nu. 17. Costa de remed subsid. remed. 22.* recenter *Reg. Valenzuel. consil. 195. à nu. 38. cum sequ. tom. 2.* quo in loco tractat,
15 an, & qualiter appellatio in causis fidei admitti possit, & quid de supplicatione, & recursu, vt latius apud eum.

16 Et appellationis formalitas licèt sit sublata, non per hoc recursus intelligitur sublatus, *Minadous decis. 27.*

17 Ita quod non valet consequentia, Baro non habet fiscum, igitur Curiæ Coadiutor Baronalis non potest habere recursum, quia vti subrogatus in locum fisci, eiusdem naturam assumit cum omnibus qualitatibus *l. si cum §. qui iniuriarum ff. si quis caut. Euerard. in topic. legal. loco 9. Card. Tusc. concl. 757 lit. S. Stain. decis. Bonon. 115. à num. 25. cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica in materia repulsæ in vsu refertur.*

2 *Repulsa testium in criminalibus fisco denegatur, & quare num. 3.*

4 *Vassalli grauantur, quando per Curiarum Baronalium Coadiutores in causis criminalibus contra testes petitur repulsa, & conceditur.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando per Curiarum Baronalium Coadiutores in causis criminalibus contra Testes petitur Repulsa, & conceditur.

GRAVAMEN CLXII.

1 IN hoc nostro Regno Neapolitano habemus nouissimam sanctionem in vsu practico, vigentem in materia repulsæ, quæ est *Pragmatica* 11. *incipit cursu dilationum de ordine iudiciorum*, de qua sane perplura cumulauit nouissimè *Borellus in summa decisionum toto titulo de Testium Reprobatione, siue Repulsa*, qui est 15. in ordine *tom.* 2.

2 Quæ quidem repulsa in criminalibus denegatur fisco, vt dicit *Paris de Puteo in tractatu de Sindicatu versiculo inquisitio, cap.* 2. *sub num.* 2. quam remittuè refert *Regens Rouitus in citata Pragmatica* 11. *num.* 21. *de ordine Iudiciorum*, & ego addo *Constantin. Pap in Rit.* 90. *& Carauitam in Ritu M. C.* 158. *num.* 3 vbi testatur sic seruari in praxi, reddens rationem, quia loco ipsius fiscus habet interrogatoria, *Nig. in cap. Regni, Plerumque à num.* 195. Sectatur moderniss imè eandem sententiam *Dattia in tractatu de pugna Doctorum tit. de Officio Fisci cap.* 1. *num.* 29.

4 Vnde pro coronide nostri instituti; vtique subditorum subintrabit grauamen, quando in causis criminalibus per Curiarum Baronalium Coadiutores petatur testium repulsa, illisque concedatur.

Hinc tempore meo in Regia Audientia Apuleæ numquam vidi concedi in causis criminalibus repulsam Fisco, & cum vna vicæ Magnificus Fisci Patronus id tentare voluisset, communi consensa Dominorum Auditorum Collegarum fuit exclusus.

SVMMARIVM.

1 *Obligatione penali extincta liberatur fideiussor.*

2 *Obligatio, quæ non transit in hæredem, non transit in fideiussorem.*

3 *Crimen extinguitur morte.*

4 *Actio penalis saltem quoad pœnam pecuniariam transit in hæredem post litem cum defuncto contestatam, declaratur num.* 7.

5 *Lis dicitur contestata ex responsionibus rei.*

6 *Contumacia habetur loco litis contestationis.*

8 *Fiscus nullum ius habet ante sententiam, quod ampliatur num.* 9.

10 *Sententia pecuniaria, quando & quibus concurrentibus proferri possit mortuo inquisito.*

11 *Confessio, & conclusio in causa sententiæ æquipollet, declaratur num.* 13.

12 *Fideiussio facta pro delicto extinguitur morte delinquentis ante sententiam.*

14 *Actus agentium non operantur vltra intentionem.*

15 *Fideiussoria obligatio non extenditur de casu ad casum.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Reis ante sententiam mortuis, pœnalis Sententia proferatur in Hæredes, aut Defunctorum Fideiussores.

GRAVAMEN CLXIII.

IN conformitatem alibi adductorum hoc eodem *tom.* 2. *Grauam.* ... sciendum est quòd priscis inquam temporibus ab olim Consiliario Ferdinando de Haro causæ Commissario instante Vniuersitate Terræ Sibaris prouisum reperio esse grauamen, illudque inferri per Curiam dictæ Terræ, & per Vtilem Dominum mãdantem sic exequi dum Reis mortuis pendente inquisitione contra eorum heredes, ac fideiussores sententiam proferre solita erat, & proinde fuit

Digitized by Google

mandarum, quod quasdam pœnas, ad quas iam condemnauerat, nonnullos minimè exigeret, & forsitam exacta restitueret, & quod in futurum abstineret.

Quæ sanè prouisio satis iustificatur ex latissimo calamo adductis per *Griuell. in dec. Senat. Dolan. 7.* cuius Codex cum sit rarus (maximè in hoc Regno) placuit ab illo dicta per extensum prout iacent hic reponere & sunt tenoris sequentis, videlicet.

Quidam de pluribus delictis accusatus coram Senatu in carcere detruditur, qui deinde (vt solet) interrogatur, & auditur super prætensis criminibus relaxatur dato fideiussore vsque ad summam 1200. librarum, dum autem de facti veritate interea plenius inquireretur conscientia commissi criminis (vt creditur) vrgente, fugam arripuit, nec vmquam postea citatus comparere audet, sed contumax efficitur, post quartam demum citationem pœnalem (quæ vltima earum esse solet, quæ fiunt sub pœna contumatione) moritur hic reus nullo hærede relicto, eiusque morte audita procurator generalis fisci, qui contumaciam accusauerat, oblato libello petijt pœnas declarari, & fideiussorem ad eorum solutionem condemnari saltem vsque ad concurrentem quantitatem dictarum 1200. librarum, dubitatum fuit an legitima esset, necne illius petitio.

Et quod iuri omninò aduersetur breuiter sic demonstrabam ego causæ relator.

1 Certissimum est in iure, quòd extincta pœnali obligatione liberatur fideiussor, nam fideiussoria obligatio cùm sit accessoria regulatur à natura pœnalis obligationis, *l. si stichum, §. final. ff. de fideiuss. l. in omnibus ff. de solut.*

2 Hinc fit, vt in quibus casibus non transit actio, aut obligatio cõtra hæredes pœnalis, in iisdem quoque casibus non transit contra fideiussorem, nec contra hæredes fideiussoris, vt post *glos. in §. fideiussor instit. de fideiussionibus*, tradunt idem *Ioann. Fab. Angel. & alij omnes*.

3 At crimen morte extinguitur, nec illius pœna siue corporalis siue pecuniaria transit ad hæredem, multò minus igitur transire debet in fideiussorem.

Minor illa propositio probatur authoritate text. *in l. 1. 2. 3. & final. cap. si reus vel accusat. mort. fuer. in l. 3. & in l. defuncto ff. de public. iudic. in l. vnic. in fin. ff. si quis ius dicent. non obtemp. in l. sicuti pœna, & in l. pupillum §. in hæredes, ff. de regul. Iur. & in l. ex iudiciorum in princip. ff. de accusat.* quibus omnibus in locis apertè habetur delictum, & pœnam illius morte extingui, nec in hæredem transire, nisi lis cõtestata, & condemnatio sequuta fuerit, & hoc pro regula generali passim constituunt omnes prædictis in locis, præsertim verò *Dec. in l. pupillum, §. in hæredes ff. de regul. Iur. Socin. in tract. reg. & fallent reg. 359. Iul. Clar. sententiarum libr. 5. §. final. quæst. 51. vers. quæro nunc, & sequentibus, Sebast. Medic. in tract. mors omnia soluit part. 2. concluf. 32.* & latissimè *Peregrin. in tractat. de iur. fisci libr. 4. tit. 5.*

Et quamuis regula illa generalis multas habeat limitationes, & modificationes, vt patet ex his, quæ tradunt D D. præfati omnes. Attamen cùm nulla earum hic concurrat standum est regulæ generali, & ei inhærendum, vt docet *glos. not. in rubr. de reg. Iur. in 6.*

4 Nec est, quòd pro fisco hic allegetur *text l. vnic. C. ex delict. defunct. in quant. hæred. conueniantur*, & *l.*

Digitized by Google

& l. omnes actiones ff. de regul. Iur. quibus in locis, & alijs plerisque similibus expressè habetur actio-
5 nes pœnales saltem quoad pœnam pecuniariã in hæredes transire post litem cum defuncto contestatam. Litem autem hic dici posse contestatam tum ex responsionibus rei iuxta text. *in capit. vnic. extr. de litis*
6 *contest.* tum ex eius cõtumacia, quæ pro litis contestatione accipienda est, ex quo per accusatorem nõ steterit, quo minus lis contestaretur sed per ipsum reum conuentum, vt docet *Bart. in l. 1. ff. de priuat. delict. num. 9.* quem refert, & sequitur *Boer. decis. 64. num. 2.*

7 Nam respondetur, hęc omnia procedere in actionibus ciuilibus quæ dantur ex delicto, vt rectè animaduertit, *Dec. in d l. pupillum* §. 1. *num. 5. & 6. ff. de regul. iur. Peregr. d. tractat. de Iur. fisci tit. 5. lib. 4. n. 1. & Sebast. Medic.* vbi supra *num. 91. versic. quod procedit post Bart. in d. l. 1. de priuat. delict.* Dantur enim huiusmodi actiones aduersus hæredes, siue lis contestata sit cum defuncto, siue non, præsertim si sint rei persequutoriæ, & non omninò pœnales, aut ad vindictam, adhibita tamen hac distinctione, vt si lis cum defuncto nondum sit contestata teneantur tantùm hæredes, in quantum facti sunt locupletiores si verò sit contestata teneantur in solitum, vt habetur in text. *dict. l. vnic. cap. ex delict. defunct. in quant. har. conuen.*

In criminalibus verò causis, & publicis, atque pœnalibus iudicijs communis profectò est opinio, hæredes regulariter non teneri, siue lis contestata sit, siue non, nisi & sententia quoque lata sit, vt patet ex initio *dict. l. ex iudiciorum, ff. de accusat.* & ex prædictis authoritatibus. Ante sententiam enim

8 fiscus nullum ius habet, vt inquit *Sebast. Medic. vbi supra num. 86. circa fin.* Imo etiam si lata sit sen-
9 tentia, sed per appellationem sit suspensa, & pendente appellatione mortuus sit reus, adhuc non transit pœna in hęredes per ea quæ tradunt *Iul. Clar. in dict §. fin. quæst. 94. versic. sed pone Peregrin. dict. tit. 5. num. 40. & Mandell. in consil. 90. num. 1. per text. express. in d. l final. C. si reus, vel accusat. mortu. fuerit.*

Minus etiam obstat finis illius *l. ex iudiciorum, ff. de accusat.* quo loci de priuatis delictis loquens iurisconsultus ait, pœnam pecuniariam demum ab hærede incipere posse, si viuo reo accusatio mota sit, licèt condemnatio non fuerit subsequuta, nam præter id quod nos non versamur hic in delicto priuato textus ille in finalibus illis verbis est etiam intelligendus in actione ex delicto ciuiliter instituto, non autem in actione pœnali criminaliter inuentata, vt testatur *Accur. ibid. in glos. pęn.* dum exponit vocabulum istud (Accusatio) idest actio, & *Rober. Marant. cons. 120.* qui *glos.* opinionem tuetur, quæ tamen displicet *Ant. Fabr. conject. lib. 7. cap. 10.* idem testãtur etiam *Bar. Alberic. & alij*, quos refert *Ozascus decis. 149. num. 2.* qui quidem *Ozascus*, licèt in ea *decis.* (vbi hanc quęstionem tractat) testetur opinionẽ affirmatiuam crebriorem esse, & sui Senatus authoritate confirmatam videlicet sententiam pecuniariam
10 mortuo inquisito proferri posse tamen hoc, ita demum verum esse existimarem, dummodo ea concurrerent, quæ in sua facti specie concurrebant, ibi enim conuinctus erat reus de delicto antequã moreretur, tam per confessiones per eũ factas, quàm per testes nomine fisci

Digitized by Google

examinatos & publicatos. Quod enim dicimus sententiã requiri, nec pœnam in hęredes transire, nisi lis sit contestata, & condẽnatio sequuta, vt loquitur *tex. in d.l. ex iudic. in princip.* non ita strictè intelligendũ esse puto, quin contrarium statui, & decerni possit, si aliud concur-
11 rat, quod sententiæ æquipolleat, cuiusmodi est confessio, vel conclusio in causa, quę sententię æquiparatur, teste *Bald. in d. l. vnic. cap. ex delict. def. inq. her. conueni*, quem in specie huius quæstionis probãt, & sequuntur *Iul. Clar. Ant. Peregr. vbi supr. & Franc. Marc. decis. 756. 757. 758. & 759. lib. 1.* quibus addo *Menoch. cons. 99. num. 175.* Ad idẽ respondeti potest *Mandel. in d. cons. 90.* vbi & ipse consuluit sententiam condemnatoriam respectu pœnæ pecuniariæ ferri posse non obstãte morte rei conuenti: Nam sua resolutio procedit stãte statuto de quo loquitur *nu. 4.* quo quidem statuto cauetur, quod reus inquisitus non comparens intra terminum triumdierum habeatur pro confesso, & lapsis tribus alijs diebus nullo modo amplius audiatur, ex quo enim post talem contumaciam non erat amplius audiendus reus ex forma illius statuti perinde erat in casu *Mandell.* ac si reus decessisset post latam sententiam, vel saltem post conclusionem in causa, quam supra sententię comparari diximus, & ita tenet *Peregr. vbi supra* qui hoc pro 15. & 16. limitatione regulæ adfert inter alias plures.

Cum igitur ex his constet regulare esse, vt delictum cũ pœna mortis ita extinguatur, vt reo defuncto nõ possit vlterius procedi aduersus hęredem delinquentis quoad pœnã pecuniariam sequitur, fideiussorem hunc in isto casu omnino liberan-
12 dum esse morte rei; Fideiussio enim facta pro maleficio extinguitur morte delinquentis, sicut & delictũ, nec transit in heredem, vt in specie tenet *Hypoll. de Marsill. in tract. de fideiuss. n. 161. post Acur. Fabr. & Angel. in §. fideiussor inst. de fideiuss.* eoq; magis ita iudicãdum fuit hic, quod in hoc nostro casu, & si respectu primarij, & principalis delicti lis posset dici contestata per interrogationes, & responsiones in iudicio factas *iuxta text. in dict. cap. vnic. extra de litis contest. & l. vnica C. eodem*, tamẽ respectu contumaciæ de qua punienda hic solum agebatur non potest dici contestata lis ex quo non nisi post mortem rei Fiscus libellũ exibuit super petitione pœnæ istius contumaciæ.

13 Nec abstat quod ex *Bart.* dictum est citationem, & contumaciam litis contestationis vim habere, illud enim procedit, vt ipsemet *Bart.* fatetur in actionibus ciuilibus ex delicto, aut quasi descendentibus, veluti in actione iniuriarum in qua citatio, & contumacia loco contestationis habetur, ne forte per aduersarij subterfugia tempore pereat, vt notat *Iason in l. si eum §. qui iniuriarum nu. 9. ff. si quis caut. in iudicio Sist. cau. fact. non ob tempor.* Non autem procedit in accusationibus criminalibus in quibus ne dum vera sufficit contestatio (multo minus igitur) ficta, sed sententia requiritur, aut quid sententiæ æquipollens vt supra dictum est.

His omnibus accedat hæc postrema ratio decisiua in fauorem fideiussoris, quod nempè fideiusserit pro prioribus illis delictis, de quibus accusabatur reus idq; fecit non indistinctè, & indefinitè, sed vsque ad certam summam, nempe ad summam 1200. librarum. Non autem fideiussit pro alio delicto postea commisso, ideſt pro contumacia

(quæ

(quæ est ſpecies delicti) in quam incidit Reus. Vnde cùm hic non amplius agatur de priori delicto, ſed de alio cuius fideiuſſorem ſe non præſtitit, dicendum eſt profecto commiſſam non eſſe ſtipulationem fideiuſſori, argum. *l. ſi quis in princip. & l. cùm querebatur*,
14 §. *final. ff. iud. ſol.* cùm enim actus agẽtium nõ operentur vltra intentionem eorum *l. non omnis ff. ſi cert. petat.* Abſurdum eſſet dicere fideiuſſorem hunc teneri pro delicto, de quo nihil fuit dictum, nec cogitatum; fideiuſſoria ſiquidem obligatio, cum per ſtipulationem contrahatur, *l. blanditus C. de fideiuſſ.*
15 quæ ſtricti Iuris eſt, *l. quidquid adſtringendę ff. de verbor. obligat.* non debet extendi de caſu ad caſum, per ea quæ tradit *Hipol. de Marſil. in d. tractat. de fideiuſſ. num.* 165. & 166. vbi dixit quòd ſi ex forma ſtatuti pro vulnere ſit pœna 100. & pro homicidio ſit pœna 1000. & fuerit formata inquiſitiò contra Titium de vulnere, pro quo fideiuſſit Seius iudicatum ſolui, & pendente proceſſu vulneratus deceſſerit ex vulnere, quod fideiuſſor non tenetur niſi ad pœnam vulneris. Abſurdum enim eſſet fideiuſſorem pro eo delicto teneri, pro quo non fideiuſſerit, & ita iudicauit conſultiſſimus Senatus noſter in hac quęſtione contra fiſcum.

SVMMARIVM.

1 *Reis inſtantibus expediri ex eiſdem actis in caſibus, in quibus poſſunt renunciare defenſionibus, non licet fiſco petere terminum ad examinari faciendum, & illo petito non conceditur, ſed vide num.* 5.
2 *Fiſco non datur reſtitutio in integrum ad pinguius probandum.*
3 *Fiſco non datur terminus ad magis impinguandum.*
4 *Vaſſalli grauantur, quando Coadiutoribus Curiarum Baronalium conceditur terminus ad magis impinguandum, & pinguius probandum.*
6 *Veritas in criminalibus fauore publico non eſt bonum vt amittatur, & delicta remaneant impunita.*
7 *Cap. fraternitatis de teſtibus ornatur.*
8 *Dictio (Rarò) quid importet.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur quando Curiarum Baronalium Coadiutoribus conceditur terminus ad magis impinguandum, & pinguius probandum & ad examinari faciendum.

GRAVAMEN CLXIV.

1 QVotieſcumque Rei inſtent expediri ex eiſdem actis in caſibus, in quibus poſſunt renunciare defenſionibus, non licere fiſco petere terminum ad examinari faciendum, & illo petito, non eſſe concedendum ex *Rit. M. C V: 90.* probat *Foller. in practic. crim. in verb. & facta litis conteſtatione detur terminus ad probandum num.* 11.
2 Et fiſco non dari reſtitutionem in integrum ad pinguius probandum tutantur *Barbat. in Clem. 1. col. 2. de Teſtib. Felin. in cap. fraternitatis limit. 3. de Teſtib. Nig. in cap. Regni, Plerumque num.* 20. quem refert, & ſequitur *Conſtantin. Pap in d. Rit. 90.* & idem ſcripſit *Caraſuit. in Rit. 258 num. 4.* & nouiſſimè ſequitur *Danz. in tract. de pugn. DD. tit. de Offic. fiſci cap. 1. num.* 30. vbi annuit denegari terminum fiſco ad magis impinguandum, & ad examinari faciendum.
4 Quæ ſanè opinio ſi erit attendenda, vtique Vaſſalli grauantur, quando Curiarum Baronalium Coadiutoribus cõceditur terminus ad magis impinguandum, & ad examinari faciendum.
5 Sed non reticeam dicere, quòd licèt

Cara-

Digitized by Google

Carauit. in d. Rit. 90. firmet, Ritum illum seruari, tamen annuit testes ad instantiam fiscj semper recipi pro maleficio reperiendo, etiam vsque ad sententiam, & in causa superlederi, ex *theorie. Bart. in l. 2. §. si publico, vers. quæro vtrum, ff. de adulter. Angel. de Malesie. in verb.* qui ludex dictum processum *Aflict. in constitut. Regni Terminum vitæ num.* 44. testimonium perhibens in *Rit.* 69. *num.* 16. vidisse in facto causas in limine expeditionis superlederi prætextu nouorum testium, firmans quòd sicuti pro reperienda innocentia, ita pariter pro inueniendo delicto posse Iudicem in quacumque parte iudicij ex officio testes recipere, & vide *Clar. in practic. crimin. quæst.* 61. vbi latè.

6 Non est enim bonum, vt veritas in criminalibus fauore publico amittatur, ne delicta remaneant impunita, *Thesaur. decis.* 262. *in fin.* vbi refert decisum in Senatu Pedamontano de anno 1556 in quadam causa *Buccellen.* quòd etiam si adsit accusator possit Iudex ex officio ad offensã testes examinare post publicatos testes ex *Alex. Bart. & Aret.* quos ibi adducit, quod notabis ad ornatum text. in *cap fraternitatis de testibus* disponentis, vt publicatis attestationibus nõ possint recipi testes super eisdem capitulis, nam & id non procedit causis criminalibus, vt per *Bart. in l. 1. §. fin. num. 4. de quæstion.* & per *Marsil. in practic. crimin. §. sequens num. 6.* & vide *Baiard. ad Clar. d. quæst. 61.*

Nec prætermittam obseruare allegatum *Rit. M. C.* 90. indistinctè, & simpliciter non prohibere termini dationem, quia vtitur verbo (*Rarò*) cuius
8 dictionis natura est, vt omninò minimè prohibeat, sed vt aliquando possit fieri concessio, maximè iuxta casuum, & personarum qualitates, quæ non licita solent facere licita, & quæ sunt vetita concessibilia; vnde circa id Iudicis arbitrium maximopere versari potest.

Inde iuxta supradictam opinionem rogatus de consilio respondi Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Archiepiscopo Surrentino, qui iuxta meam opinionem executus est, & accidit in facto pariter in causa Marij de Honufrio Ciuitatis Vici Inquisiti ad querelam Reuerendi D. Francisci Russani.

SVMMARIVM.

1 *Dominus iniuriatur Vassallis eum illis prohibet eorum rebus vti ad eorum arbitrium.*

2 *Vassalli grauantur, si vetentur facere exequi literas exequutoriales per Baiulos electos ab Vniuersitatibus, sed coganturillas exequi facere à seruientibus, & Satellitibus Officialium, & num.* 3.

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando vetantur facere exequi literas executoriales per Baiulos electos ab Vniuersitate, sed cogantur illas exequi facete à seruientibus, & Satellitibus Officialium.

GRAVAMEN CLXV.

IN libertate Dominorum literarum executorialium stare debet illas facere exequi à quo sibi magis placuerit, nec ad contrarium agendum possent ad-
1 stringi, cùm eo ipso Dominus iniurietur, quod prohibetur vti re sua ad suum arbitrium *Coler. decis. German.* 136. *nu.* 10. *ex l. si quis proprium ff. de iniur. l. sicuti §. Aristo, ff. si seru. vendit. l. qui pendente §. 1. ff. de Act. empt.*

2 Hinc pro grauamine fuit porrectum contra Officialem Terræ Pratæ, dum mandauerat, quod executoria quæ fiebant ad instantiam partium minimè exequi deberent per Baiulum Curiæ electum ab Vniuersitate, sed vt exequerentur à suis seruientibus, & sua familia.

Cumque pro tali esset habitum à Regio Consiliario Cæsare Vitellio Commissario specialiter deputato extitit prouisum, quod literæ executoriales, nedum possint exequi per Baiulum, sed etiam per alios seruientes ipsius Curiæ.

Et sic patet ex mentionata prouisione non posse Officiales mandare & vetare nè Baiuli possint tales executoria-

les

Digitized by Google

literas exequi, sed à partium voluntate dependere debere.

3 Quare tutò inferri potest grauari Vassallos, vbicumque essent coacti facere exequi eorum licteras executoriales per seruientes Officialis, & non per Baiulos Curiæ, prout & sic dum casus accidisset in Ciuitate Vici contra quẽdam Gubernatorem dicti loci meũ pronunciaui votum, & iuxta illud fuerunt obtentæ prouisiones à Magna Curia Vicariæ directæ Magnificis Gubernatoribus Ciuitatum Surrenti, & Massæ pro obseruantia.

Pro quorum omnium confirmatione testis ocularis esse possum vidisse in facti contigentia nouissimis hisce temporibus à Sacro nostro Regio Consilio iuxta supradicta fuisse expeditas prouisiones contra Vtilem Dominum, & Officialem cuiusdam Ciuitatis, qui contrarium practicare faciebant.

SVMMARIVM.

1 *Antiquitas scripturarum non debet augere pretium solitum Caroleni pro repertura.*

2 *Vassalli grauantur, quando pro repertura scripturarum etiam antiquarum coguntur soluere vltra Carolenum.*

3 *Actuarij, Archiuarij, & Notarij, si pro repertura scripturæ quæuis antiquæ recipiant vltra Carolenum, peccant, & tenentur ad restitutionem, num. 4.*

5 *Confessarij confessiones audientes debent pœnitentes interrogare de eorum exercitio, & circa illud interrogatoria facere.*

6 *Iesuitarum, & Clericorum Regularium Monasteria vbique sunt peroptanda.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando pro repertura Scripturarum, etiam antiquarum cogantur soluere vltra Carolenum.

GRAVAMEN CLXVI.

1 ANtiquitas scripturarum non debet augere prætium solitum Caroleni pro repertura, vt videmus seruari in omnis Regijs Tribunalibus, & singulis Notariorum sedibus, siue schedis.

2 Inde si vltra tale prætium Vassalli cogerentur soluere, vtique grauarentur, & pro grauamine fuit habitum, dum Vniuersitas Terræ Pratæ adiuisset Sacrum Consilium, & conquesta esset, quod Actuarius, dum occurrebat reperire aliquam scripturam, processus, Obligationes, pro repertura exigebat tot Carolenos, quot anni erant à tempore actitatæ, & confectæ Scripturæ, & ideo per Regium Consiliarium Cęsarem Vitellium Causæ Commissarium destinatum super grauaminibus dictæ Vniuersitatis fuit prouisum, vt pro repertura Processuum, Obligationum, & aliarum scripturarum antiquarum soluatur Carolenus vnus tantùm.

Ita quidem patet in processu grauaminum dictæ Terræ *Grauam.* 21.

3 Quare salua conscientia Actuarij, Archiuarij, & Notarij vltra dictam taxam recipere nequibunt, quod si fortasse partes ad plus soluendum adstringant, vltra peccati labem in foro poli, ad restitutionem tenẽtur, prout sic confabulando cum quodam Religioso Patre Confessario vna vice dicebam, qui & meę pariter assẽtitus est opinioni addens esse facienda interrogatoria particularia super hoc huiusmodi Actuarijs, Notarijs, & similibus, quia non habent hoc in scrupulum, & proinde non curant id Confessario aperire.

5 Vnde aduertere debent Patres Pœnitentiarij, vt quando confessiones audiunt minimè prætermittant scire exercitium, ad quod pœnitens versatur, & circa illud opportuna præfiet interro-

gatoria,

Digitized by Google

gatoria, & remedia subministret, vt pie quidem, & maxima cum charitate scio practicari ab Adm. R R. Patribus ex Illustrissimâ, & Sanctissimâ Religione Societatis Iesus, ac Clericorum Regulatium, quorum Monasteria vbique sunt peroptanda, nam multùm ad benè, & Christianè viuendum conducunt; vt experientia in omnibus Regionibus, in quibus præsunt, me non reddunt mendacem.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ & mulctæ vbi plures sunt Dominis iurisdictionis pro rata, vti fructus Iurisdictionales diuiduntur.*

2 *Vassalli grauantur, quando sub prætextu quòd plures sint Domini Iurisdictionis, pœnas & mulctas soluere coguntur.*

3 *Communio iurisdictionis non potest operari præiudicium, vt subditi duplex agnoscant onus.*

4 *Vassallorum interest, ne duobus seruiant.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando sub prætextu, quòd plures sint Domini Iurisdictionis pœnas, & mulctas duplicatas soluere coguntur.

GRAVAMEN CLXVII.

1 QVotiescumque plures sunt Domini Iurisdictionis pœnę, & mulctæ pro rata, vti fructus iurisdictionales diuiduntur, *Bar. in l fin. num. 1. ff. solut. matrimon. Paris. de Reintegrat feud vers. & qua pluries num. 12.* quorum doctrinæ recenter adhæret *Rendel. in tractat. de Pascuis tit. de Baronum pascuis pag. 120. vers. & cum plures.*

2 Vnde ad coronidem nostri tractatus poterit iuridicè inferri, grauari Vassallos, quando sub prætextu, quòd plures sint Domini Iurisdictionis, coguntur cuilibet illorum mulctas & pœnas integras soluere, & sic duplicatè.

3 Communio enim Iurisdictionis non potest operari præiudicium, vt subditi duplex agnoscant onus, *Rota in Salamantina Iurisdictionis coram R. P. D. Remboldo.*

4 Conducit quod docet *Andreas in cap. Imperialem vers. nec Dominus nu. 47. & in cap. omnes filij si de feud. fuerit controuers.* dum voluit interesse Vassallorum, ne duobus seruiat, quam doctrinam obseruabat in facti contingentia, ad alium tamen finem Ingeniosissimus Amicus meus *D. Ioan. Baptista Iouinus* ad fauorem Iannectini Penchi pro exclusione gubernij, & Iurisdictionis Vassallorum legata à Leilio Pencho per decennium in personam Angeli Siluani.

SVMMARIVM.

1 *Baro, & Officialis loci expensis Curiæ mittere debet Medicos ad Curam reorum carceratorum, qui sunt pauperes, aliàs grauant Vassallos, & subditos, & tenentur de morte quæ subsequeretur ex capite omissionis, & num. 4.*

2 *Baro, & Iudex tenentur ad alimenta Carceratorum, si sint pauperes.*

3 *Item ad Medicinas, & Medicos, quos cogere poterunt ad illud agẽdum, & renitentes officio priuare.*

5 *Medicamenta veniunt nomine victus.*

6 *Causam mortis dedisse videtur, qui Medicum non adhibuit.*

7 *Qui potest languentem à morte liberare, & non liberat, mortem videtur infligere.*

8 *Medicus gratis pauperes curare debet, & si aliquid accipiat tenetur restituere.*

9 *Iosephus Nouarius germanus Authoris refertur, & laudatur.*

10 Me-

Digitized by Google

10 *Medicus quando, & quomodo teneatur pauperes infirmos curare, & num.* 11. 12. *&* 13.

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones non curant Reis carceratis mittere Medicos, illosque curare facere.

GRAVAMEN CLXVIII.

1 BAronum onus esse debet, & ad locorum Officiales (expensis tamen Curiæ) spectat mittere Medicos ad curam Reorum carceratorum, qui sunt pauperes, quod si non faciant, vtique grauaminis lapidem non euadent.

2 Redditur vera hæc conclusio, siquidem ad instar tenentur ad alimenta ipsorum, vt diximus *tom.* 1. *Grauam.* 246. ita similiter & ad medicinas, & ad medicos, quos poterint cogere ad id agendum, *Abb. & Felin. in cap. si pro debilitate de offic. deleg.* illosque renitentes Officio priuare, *Bar. in l. Antiachri, C. de profess. & Medic. libr.* 10. *Caroc. de locat.* 2. *part. grad de medico quæst.* 3. *num.* 9.

4 Alias enim id non agendo tenerentur de morte, si fortè subsequeretur ex capite omissionis.

5 Nec est nouum medicamenta venire nomine victus *Megal. in promptuar. Theolog. moral. in verbo creditor num.* 3.

6 in fine, vbi etiam quod causam morti dedisse videtur, qui medicum non adhibuit, *l. quid si nolit* 9. *si mancipium ff. de edilit. edict. & vide D. Ricc. in decis. Cur. Archiep. Neap.* 175. *part.* 3.

7 Conducit, nam qui potest languentem à morte liberare, nec liberat mortem videtur infligere, *cap.* 1. 83. *distinction.* & ex pluribus quos adducit *Beninca s. de paupert. special. de iudic. num.* 7. *Baez.* qui antesignanos cumulat *de decim. tutor. cap.* 10. *num.* 15. *Tiraquel. de nobilit. cap.* 29. *num.* 44. *cum. seq. Rip. de peste in Remed. ad curand. Pest.* 5. *meditorum num.* 105. *Roiz. decis. Lituan.* 4. *num.* 300.

8 Et Medici etiam gratis pauperes curare debent, *cap. non satis* 86. *distinct. Pacian. de probat. cap.* 54. *num.* 63. *Roland. à Vall. cons.* 87. *num.* 38. *& seq. Lopez in l.* 6. *in verbo llanamente tit.* 22. *part.* 3. *Medic. de casibus fortuit. quæst* 4. *num.* 11. *part.* 2. *Flores Diez de Menq.* 8. §. 1. *num.* 52. *libr.* 1. vbi quod medicus aliquid à paupere accipiens, tenetur ad restitutionem, *Nauar. in Manual. cap.* 25. *num.* 64. *B. Io. à Capistran. in Specul. conscient. num.* 266. *Fusc. de Visitat. libr.* 2. *cap.* 3 *num.* 6. *Cened. in Collect. Iur Canonic.* 163. *num.* 25. *Mandos. in prax. tit. de ingratitudin. cap.* 101. *versic. pauperes infirmos.*

9 Inde cum ratione vidi in facti contingentia maxima quidem cum pietate practicatum à solertissimo bonæ indolis Adolescente V. I. D. Iosepho Nouario meo Amatissimo Germano, dum annis proximè elapsis in Ciuitate Vici vti Gubernator præesset.

10 Sed ne nimis Medicos onerare videar, liceat mihi reportare, quod aduertit *Carocc. cit. loco de locat. & conducto, quæst.* 3. *part.* 2. *grad.* 4. *num.* 8. vbi nonnulla pro veritate iam dictæ conclusionis concurrere putauit.

Primò, Opportunitatem locorum.

Secundo, Opportunitatem temporum.

Tertio, Opportunitatem rerum.

11 *Locorum*, quia non per mundum quærere indigentes infirmos obligantur Medici, sed si illis occurrat, sufficit iuxta illud *Exodi* 23. *Si occurreris Boui inimici tui, aut Asino erranti, duc ad eum.*

12 *Temporum*, quia non futuræ necessitati occurrere, aut prouidere, sed præsenti homo tenetur.

13 *Rerum*, quia consulere coniunctis sanguine curam impendere adstringitur homo.

SVMMARIVM.

1 *Baro, si velit, potest ad euitandas fraudes quæ possunt committi in ponderibus, & mensuris, semel æquatas mensuras, & obsignatas reuidere, si habet ius ponderum & mensurarum, non tamen potest iterum dirictus obligationis exigere, aliàs grauat Vassallos, & tenetur ad restitutionem, n.* 2. 3. *&* 4.

AR.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Barones pro Reuisura, & Adęquatione ponderum, ac Mensurarum semel obsignatorum exigant dirictus, qui solent solui pro prima Adæquatione.

GRAVAMEN CLXIX.

1 QVando Barones habentes ius põderum, & mensurarum vellent ad euitandas fraudes, quæ possent commicti in prædictis ponderibus, & mensuris semel obsignatis, & æquatis illas reuidere vtique possent, prout fie fuit determinatum in causa Vniuersitatis Terræ Pratæ cum Barone existente commissario Regio Consiliatio Vitellio vt in processu Grauaminum dictæ Terræ *fol.* 576. pęnes de Caro Actuarium.

Sicque in praxi videmus obseruari per Tribunal Regiæ Curiæ Siclæ in hac insigni, & Nobilissima Ciuitate Neapolis.

2 Sed licet Baroni fuerit concessa talis facultas, fuit tamen in eodem decreto prouisum, quod pro adęquatura ponderum, & mensurarum semel soluantur dirictus debiti,

Et hoc ad instantiam dictæ Vniuersitatis conquerentis se de portulano, grauante, dum volebat quotannis obseruare mensuras, & pondera alias adęquata per ipsum, vel prædecessores portulanos, & reperiendo illa iusti ponderis exigere volebat ædequationem, & Zeccaturam, vulgo la Zeccatura.

3 Quare grauamen erit, quando Vassalli vltra primos dirictus solutos pro adequatione & siclatura, in reuisione alios tenerentur soluere.

4 Indè discant illi ad quos spectat in Reuisione Adequaturæ, & siclaturæ Dirictus non recipere, quia grauant & ad restitutionem tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Immunitatis duodecim filiorum priuilegium à Regia Camera expediri debet, & si sit expeditum à Barone non prodest.*

2 *Immunitas concedenda est habenti duodecim filios.*

3 *Filij parentibus prosunt ad multas prærogatiuas obtinendas, & à nõnullis publicis oneribus excusandis.*

4 *Regia Camera in Regno est Iudex, & executrix immunitatis duodecim filiorum.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando sub prætextu, quòd quis habeat duodecim filios Baro eidem cõcedit immunitatem.

GRAVAMEN CLXX.

1 PRiscis tęporibus reperio pro parte Vniuersitatis Terræ Sibaris fuisse in Sacro Consilio porrectum grauamen quod Comes vtilis Dominus concesserat immunitatem cuidam habenti duodecim filios, & per Regium Consiliarium Schalaleonem fuit prouisum, quod abstineret, & mandatum prædicto, cui fuerat concessum talis immunitas vt adiret Regiam Cameram Summariæ, & ab illa necessarias obtineret prouisiones, quibus non expeditis nulla sit habenda ratio immunitati concessæ per dictum Comitem.

2 Quamuis enim talis immunitas debeatur in hoc casu, *l. si quis decurio*, & ibi *glos. C. de Decur. libr.* 10. fusè *Roland. à Vall. consil.* 52. *vol.* 2. plenè *Cacher. cons.* 6. copiosè *Borrell. cons.* 28. *Pras. de Franch. decis.* 289. Appositissimè *Thesaur. decis.* 267. & *Pascal.* vt alios omittam, *in tract. de patria potest. part.* 4. *cap.* 4. vbi exornat conclusionem cum ampliationibus, & limitationibus, quod filij parentibus prosunt ad multas prærogatiuas obtinendas, & à nonnullis publicis muneribus excusandos.

4 Tamen talis immunitatis executio debet impetrari à proprio Iudice, qui in hoc Regno est Regia Camera Summariæ, per quam videmus in dies expediri huiusmodi

huiusmodi prouisiones directas Vniuersitatibus Ciuitatum & Terrarum, vt similes personas immunes, & francas tractent, quarum obseruantia imponitur Officialibus locorum.

Barones, inquam, non possunt concedere hanc immunitatem & ideo ad Regiam Cameram spectabit *ex Bal. in l. vacantia* C. *de Decur. libr.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si Barones vel Officiales debitores carceratos pro debito ad instantiam partium sub claui retineri non curent, sed largè eos retineri permittant, & quid si carceratus sit nobilis, de quo confidendum sit, num.* 6.

2 *Iudices, & Carcerarij si debitores carceratos permittant non stare sub claui, putando sufficere, quòd non aufugiant, puniri possunt, & pœna arbitraria, num.* 3.

4 *Carcer ad quid inuentus, & vnde dictus.*

5 *Carceris inuentor quis fuerit.*

7 *Carceratus etiam minus legitimè, & pro minimo debito, non potest per Custodem sine licentia Iudicis relaxari, etiam cum cautione etiam creditore consentiente, nu.* 8. *&* 9.

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Barones vel Officiales debitores carceratos pro Debito ad instantiam Partium, sub claui retineri non curent, sed largè eos permanere permittant.

GRAVAMEN CLXXI.

1 DVm in Collegiato Tribunali Apuleæ residente in Ciuitate Luceriæ vti vnus ex Auditoribus sederem, comparuerunt nonnulli de pertinentijs Comitatus Molisij se grauantes de eorum vtili Domino quatenus sæpè sæpius Debitores carceratos ad partium instantiam etiam de ordine supremorum Tribunalium ipse non faciebat stare sub claui, sed permictebat largè permanere, ob quod tales non curabant quærere remedium pro solutione Debitorum, & proindè instabant coram me, vt prouiderem mandando dicto Baroni quod ab hoc abstineret.

Et considerando præiudicium, & damnum quod ex hac libertate oriebatur Creditoribus sui pronus relaxare prouisiones prohibitiuas ne Baro id permicteret, & quod Officialis loci, id nec ageret supponendo in grauamen Creditorum id euenire.

Quæ sanè prouisio apud me nec minimum difficultatis scrupulum habet & ratione non caret, siquidem Iudices, & Carcerarij puniri possunt si Debitores carceratos permictant non stare sub claui, & vt dicitur (stare Alla larga) putando sufficere eos esse in tuto, & non aufugere, nam faciunt contra mentem legis mandantis durius custodiri *Bal. in l. 1. num. 4. C. de Custod. Reorum Faber decis. 2. C. eod. tit. Bouadill. in sua politic. lib. 3. cap. 15. Tit. della Visita del Carcel tom. 2.* quos ad hoc propositum refert, & sequitur recenter *Capibl. pract. quæst. super prag. 18. de Baron. num. 14. tom. 2.* addo nouissimè *Dam. in suo tract. de pugna Doctorum, glos. Iudic. & Victoria Aduocat. fis. de Carcerario Carceribus & Carcerat. cap. 1. num. 45.*

3 Talesque arbitraria pœna coerceri fundauit *Mut. super Pragm. Sicil. tit. 31. de Castell. num. 10.*

4 Suffragatur, nam carcer ad continendos homines inuentus est *l. aut damnum vers. solet, ff. de pœn. l. verum ff. de verb. sign. l. 1. §. interea vbi glos. C. de Custod. Reor. Glos. in l. 2. C. de exact. libr. 10.* dicitur quasi coarcer à coercendo, quia in
5 eo detenti prohibentur exire, quarum inuentorem fuisse Ancum Martium testatur *Bouadill. in politic. cit. capit. 15.*
6 *num. 1.* vbi tamen *num. 9.* enunciat posse Nobili, de quo confidendum est assignari totam Ciuitatem, sed ista larga licentia secundum me non prodest creditoribus, licèt non negem cum Nobilibus esse habendum maiorem respectum, & rationem circa qualitatem carceris.

Digitized by Google

Additur insuper pro corroboratione decisio *Viuij 202.* cuius tenor est vt sequitur.

7 Carceratus etiam minus legitimè non potest per custodem sine Iudicis licentia relaxari vt consuluit *Anchar. cons 340. Viso Themate*, nec etiam cum cautione, vt optimè explicat atque resoluit *Carauit. in Ritu 39. Item quod locumtenens sub num. 5. & seq.*

8 Nec non carceratus pro debito pecuniario minimè posset à carceribus emancipari, ac relaxari, etiam intercedente creditoris consensu, nisi cum expressa Iudicis licentia, ita *Cassan. in consuet. Burgund. in tit. des rectes rubr. 5. sub 15.* cum alijs signatis ibi per eum, & *Paul. Grill. in tit. de relax. carcer.* ita ob-

9 seruatur in *pract.* vbique quod custodes carcerum pro debito captum ad creditorum instantiam relaxare nequeat, nisi mediante bulleta Iudicis, qui illum carcerari iussit, teste *Angelo in l. neq. impubens § fit. ff. de in ius vocand. per text. ibi Matth. Ruin. consil. 129.* in casu de quo quæritur *num. 1. cum. alijs seqq. col. 2.* vbi hoc roborat fortissimis quidem rationibus.

Et hinc non immeritò Regia Camera Summariæ in instructionibus, quas solet tradere Capitaneis Campestriæ, seu Campaniæ Prouincialibus consueuit apponere vnum caput inter alia, vt tam ipsi, quàm eorum milites contumaces captos per eos, seu quoscumque alios delinquentes repertos relaxare nequeant modo aliquo, absque licentia expressa & in scriptis impetrata à Gubernatoribus, & Auditoribus Regiarum Prouinciarum, aliàs contrarium agendo priuatur Officio, & puniantur, cadet alia pœna arbitrio Illustris. & Excellentiss. Proregis, & ita vidi aliàs ordinatum, in instructionibus traditis Petro de Villa Señor Capitanio Campestriæ in Prouincijs Apuleæ Per Regiam Cameram ipsam, sub die 10. Februarij *1575.* registratis in mandatorum Curiæ *53.* fol. *154.*

Et sic obseruatum semper extitit in Regia Audientia Prouinciarum Apuleæ in toto tempore quo in ea versatus fuerim Auditor in anno *1583.* & seqq. vt nullus carceratus potuerit vnquam emancipari & relaxari à Carceribus eiusdem Regiæ Audientiæ pro quacumque causa etiam minima, absque licentia subscripta ab Illustr. D. Gubernatore Prouinciali, & ab omnibus D. D. Auditoribus, & ita etiam studiosè quidem obseruatur in alijs omnibus Audientijs Regijs Regni.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, quando Barones non tenent tutos Carceres, & Carcerarios tutos, & approbatos, & num. 3. & quare num. 2.*

4 *Causam damni dans, damnum dedisse videtur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones non tenent tutos Carceres, & Carcerarios fidos, & approbatos.

GRAVAMEN CLXXII.

1 NOn tenere tutos carceres, ac Carcerarios fidos, & approbatos, tã respectu causarum ciuilium, quàm criminalium, in præiudicium partium creditricum, & offensarum redundat ex

2 fuga, quæ de facili posset occurrere, & ex alia simili causa.

Inde ad instantiam Vniuersitatis Terræ Sancti Gregorij annis iam diu elapsis reperio prouisum per Regium Consiliarium Schalaleonem, vt Magnificus Baro adhiberet curam circa tutos carceres, & fidos Carcererios.

Tutum enim carcerem ac Camerarium ab Vniuersitate approbatum, fidosque custodes habere debet Baro, vel Officialis, vt possit carcerare, & custodire delinquentes, & debitores.

3 Idque tum pro honore proprio, tum pro partium vtilitate, aliàs vltra dedecus, quod consequi possent, si aliquod accidens eueniat non euitabitur grauamen respectu interesse habentium.

4 Quia esset dare ansam fugiendi, & proinde vti dantes causam damno, damnum

Digitized by Google

num dare videntur, *l. damnum ff. de Reg. Iur. l. nihil interest ff. ad l. Cornel. de Sycar.* latè *Cardin. Tusc. conclus. 6 lit. D.* & fusè comprobat *Niger Cyriacus controuers. forens. tom. 1. cap.* 184. congruunt quæ latiori calamo exarauimus in *tractat. de elect. & variat. for. quæst. 6. à num. 9. cum seq. sect. 2. in modernissima editione Neapolitana folio meo* 73.

SVMMARIVM.

1 *Iudex prouidere debet reis pauperibus de Aduocatis, & Procuratoribus, & nisi prouideat peccat mortaliter, num. 2.*

3 *Vassalli grauãtur, quando reis pauperibus non destinantur expensis Curiæ Aduocati, & Procuratores pro illorum defensione, cessis tamen prius bonis in beneficium Curiæ, num. 4.*

5 *Aduocati cogi possunt, vt defendant Reos pauperes, etiam sub priuatione officij.*

6 *Aduocati, Procuratores, & Causidici tenentur patrocinari pro impotentibus, & recusantes peccant mortaliter, num. 8.*

7 *Aduocati à pauperibus etiam sponte dantibus recipere salaria pro patrocinio non possunt, & recipientes peccant.*

9 *Omnis regula patitur exceptiones.*

10 *Aduocatus quando excusetur, si pro paupere non præstet patrocinium, & quando peccet mortaliter, vel venialiter tantùm, vide num. 12. 13.*

11 *Aduocatus pauper non tenetur præstare patrocinium pro pauperibus.*

14 *Aduocatus non tenetur præstare patrocinium pro paupere, qui habet spem ad pinguiorem deuenire fortunam, nisi præstita obligatione soluendi tunc temporis.*

15 *Aduocatus non tenetur aduocare pro pauperibus, vbi residet Aduocatus pauperum.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Reis pauperibus non destinantur expensis Curiæ Aduocati, & Procuratores pro illorum defensione.

GRAVAMEN CLXXIII.

1 IVdicum partes esse prouidere pauperes reos de Aduocatis & Procuratoribus non est qui dubitare valeat, elicitur enim ex *l. 1. §. ait Prætor ff. de postuland. l. nec. quidquam, §. Aduocatos ff. de offic. Proconsul. & legat.*

Idque antiquiores omittendo ex Neothericis, qui & illos reportarunt sic affirmant *Roiz decis. Lituan. 4. nu. 298. Gaill. obseruat. 43. lib. 1. Cappell. Tholos. dec. 481. Boer. decis. 325. Misinger. obseruat. 32 cent. 4. Petr. Gregor. Syntagm. Iur. lib. 49. cap. 6. num. 16. Farinac. in pract. crim. quæst. 39. num. 35. Guazzin. in tractat. ad defens. Reor. defens. 24. cap. 2. num. 8.* & recenter *Borrellus in summa decis. tom. 1. de Aduocator. Officio num. 36.*

2 Itaquod (ad Casuum conscientiæ scholæ sectatores verba dirigendo) mortaliter peccare Iudicem de Aduocato, & procuratore pauperem Reum non prouidentem liceat pro tali testimonio ferendo reportare *Siluestr. in summa in verbo Aduocatus quæst. 8. num. 11.* & ex nostris id annuit *Graual. in schol. ad Vestr. in prax. libr. 4. titul. 4. de dolo, & Contumacia lit. I. num. 32.*

3 Hinc pro grauamine fuit reproductum per Vniuersitatem Pratæ contra Baronalem Curiam, dum multoties erant inquisiti, & carcerati personæ pauperes & impotentes ob aliquas causas criminales, nec eis prouidebatur de Aduocato, & Procuratore, & per Regium Consiliarium Cæsarem Vitel-

Digitized by Google

lium Commiſſarium deſtinatum extitit prouiſum, quòd teneatur Magnificus Baro prouidere de Aduocato, & Procuratore Inquiſitis, & Carceratis pauperibus ceſſis prius per eos bonis in beneficium Curiæ.

4 5 Quin imò non reticeam dicere Iudici licere cogere Aduocatos, & Procuratores, vt pauperes Reos adiuuent *Gloſ. Abb. Felin. & Reliqui in cap. 1. de offic. Iudic. Dec. in cap. in 46. de probat.* etiam ſub officij priuatione *l. 1. §. & vrbe ff. de Offic. præfect. Vrb. l. moris ff. de pœn. l. prouidendum §. ſi quis verò C. de poſtul. Roman. ſing. 259. Couar. pract. quæſt. cap. 6. num. 4.*

6 Obligantur, inquam, Aduocati, Procuratores, & Cauſidici pro huiuſmodi impotentibus patrocinari *Gloſ. in cap. ſtatutum §. Inſuper de Reſcript. in 6. fuſè Tiraquel. de Nobilit. cap. 29. num. 39. Pelag. de plant. Eccleſ. cap. 46. lib. 2. Guid. Pap deciſ. 561. Papon. in Arreſt. Franc. libr. 6. tit. 4. Arreſt. 4. Auiles in cap. 7. prætor. gloſ. Andeleuar. num. 3. Flores Diez de Mena lib. 1. quæſt. var. cap. 8. §. 1. num. 52. Cabed. deciſ. Luſit. 214. num. 7. lib. 1. Sot. de Iuſtit. & Iur. quæſt. 8. artic. 4. lib. 5. Malder. tract. 6. cap. 3. de Iuſt. Rei, & Aduocat. dub. 8. Vaſques de ſucceſſ. creat. §. 2. num. 128. Perez in l. 1. Titius lib. 2. Ordinam. 1.* vbi etiam, quod ſi pauper meſſedem Aduocato offerat, eam recipere nequit, & contrarium agendo peccaret, quod poſt cæteros notarunt *Baez in tract. de Inop. Debit. cap. 12. nu. 15. Rebuff. de priuileg. ſcholar. priuileg. 90. num. 7. Caſſan. in conſuet. Burgund. Rubric. 6. §. 6. num. 4. Beninca ſ. de priuileg. paupert. ſpecial. 1. in Iudicijs num. 10.*

8 Ad inſtar in eiuſdem peccati labem incideret, quoties eorundem patrocinium recuſaret *D. Thom. 2. 2. queſt. 71.* vbi pariter hoc pro vero habent *Caietan. Salon. & Aragon.* & ex noſtris Iureconſultis tradunt *Treutler. diſput. ſelect. part. 1. diſp. 8. Theſi 1. Viu. deciſ. 159. Caroc. in. tract. de locat. part. 1. tit. de fruct. & lit. expenſ. quæſt. 8. num. 45.* & nouiſſimè videndus eſt *Megal. in promptuario Theologiæ Moral. in verbo Aduocatus num. 20.*

At ne contra propiam profeſſionem arma capere videar excuſationes à tali onere iuſtè à lege datas hic epilogare mihi ne ſit vetitum, patitur, & inquam

9 omnis Regula ſuas exceptiones.

10 Vndè eſt obſeruandum poſſe Aduocatum excuſari, vbi extra illius domicilium exhiberi patrocinium petatur vt ita *S. Dyoniſ. Cartuſ. in ſumma fidei Orthodoxæ art. 130. ſub §. 1. tom. 2. D Thom. 2. 2. quæſt. 71. Borrel. in ſumma deciſ. tit. de Aduocat. & eorum Offic. num. 67. tom. 1.* quia per diuerſa ire loca non tenetur Aduocatus, ſed præſentes debent eſſe partes, ſibique occurrere, neceſſitaſque debet in promptu apparere, & ſic cum leui Aduocati incommodo *Viu. deciſ. 159. num. 7.* vbi determinatum iuxta hanc ſententiam de Anno 1583. in Regia Audientia Apuleę teſtatur.

11 Inſuper habebit excuſationem, ſi Aduocatus pauper ſit, & tale patrocinium præſtando proprijs negotijs, vt ſe ſuamque familiã alat, & neceſſaria acquirat ſupereſſe nequiret, quia in huiuſmodi caſu patrocinari non eſt obligatus *Silueſtr. in ſumma in verbo Aduocatus quæſt. 8. num. 11. Malder. tract. 6. cap. 3. dub. 8.*

12 Adhuc eſt excuſandus Aduocatus, vbi patrocinium deſiderans moderatum poteſt ſoluere ſalarium nec ſoluat, (ſi nec in extrema, aut graui inopia exiſtat) nam ſi tali præmatur ægeſtate, ſub culpa mortali patrocinium eſt præſtandum, & dicetur extrema neceſſitas in hoc caſu, quoties litis extimatio, & ea quæ pauper in ſudicio exigit ad ſe ipſum alendum, ne fame pereat neceſſaria ſunt, nec poſſet aliunde patrocinium habere, quod ſi neceſſitas iuxta huiuſmodi conditionem non ſit venialem culpam eſſe docet D. *Thom.* ſic à *Caietano* intellectus, *2. 2. d quæſt. 71. Artic. 1.* de quo meminit illum ſectando *Couarr. practic. quæſt. cap. 6. ſub num. 4.* & vide *Leſſ. de Iuſt. & Iur. cap. 31. dub. 7. libr. 2.*

13 Vbi tunc patrocinium prætendens in extrema dicetur neceſſitate, dum illi crimen ob quod plectendum venit capite, vel omnibus bonis ſpoliandus, & in extrema conijciendus inopia, niſi defendatur imponitur, vt ſimiliter in graui neceſſitate putat, vt ſi iniuſtè pateretur damnandus pauper ad triremes, publicam flagellationem (vulgò fruſtato) ad durum carcerem, vel onuſta lite gra-

uem

Digitized by Google

uem constructurus morbum, quia tunc dicit ipse sub mortalis peccati reatu patrocinari debet Aduocatus, si ipse aliquo modo superfluum suo statu habeat.

11 Nec patrocinium præstare tenetur Aduocatus propaupere, qui habet spem ad pinguiorem peruenire fortunam, nisi præstita obligatione soluendi tunc temporis, *Torres in 2.2 D. Thom. cit. quæst. 71. art. 1. num. 2. Rot. in Antiq. decis. 2. de constit.*

25 Et tandem vbi in loco resideret Aduocatus pauperum, vt in omnibus Tribunalibus Collegiatis videmus extare, tunc cæteri Aduocati ab hoc onere sunt exempti, quia cessat ratio, ob quam pauperes adiuuare, & defendere tenentur, & vide in materia scripta per nos in *tractat. de priuileg. Miserabil. person. priuileg 62.*

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, quando de ordidine Baronum eorum debita nouare coguntur.*

2 *Creditor inuitus non tenetur nouare suum debitorem.*

3 *Obligationem alterius passiuam liberando primum debitorem quis non valet in se transferre, & nouare obligationem.*

4 *Creditore inuito ius passiuum in alium transferri prohibetur.*

5 *Debitorem suum nemo tenetur mutare seu nouare, nec Princeps potest id facere de potestate ordinaria, quod si agat quid sit faciendum num. 6.*

7 *Principem noluisse prejudicare tertio semper est interpretandum, & potius verba Principis impropriãda sunt, num. 8 & restringendæ Commissiones ad finem reducendi ad terminos Iuris, num. 9.*

10 *Principum mandata intelligenda sunt cum iustitia.*

11 *Principi non præsumitur placere, nisi quod iustum & verum eiusque intentionis est singulos actus suos regulari à poli & fori Iustitia, & quoties vult extendere partis Iustitiam in modico excedere velle præsumitur, num. 12.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando de ordine Baronum Debitores suos nouare adstringuntur.

GRAVAMEN CLXXIV.

1 NOmine, & pro parte particularium Terræ Pretæcatellæ reperio oblatum grauamen contra Vtilem Dominum, quatenus cogebat ipsos mediante ordine pœnali ad nouandos suos debitores, & per Regium Consiliar. Cæsarem Vitellium causæ Commissarium in Anno 1568. fuit domi prouisum, quòd Magnificus Baro deberet abstinere.

Sapit, inquam, id grauamen notorium, quia aduersatur communi regulæ,

2 ne creditor inuitus teneatur mutare suum debitorem, *l. si mandato meo §. 1. ff. mandat.* sicque notarunt *Zas. cons. 10. vol. 2. Bal. in l. 2. nu. 3. C. de collat. Card. Tusc. pract. conclus. lit. C. concl. 1056. Peregr. de fidei commis. art. 2. sub num. 3.*

3 Ad instar nec quis valet in se transferre, & nouare obligationem alterius passiuam, liberando primum debitorem inuito creditore, *Fulgos. consil. 135.*

4 Certi enim Iuris est inuito creditore ius passiuum in alium transferri esse prohibitum, *Bal. in l. 2. num. 6. C. de Hæred. vel Act. Sichar. in l. 2. num. 6. & seq. C. de pactis Tiraquel. de retract. consang. §. 26. glos. 1. num. 53.* refert, & sequitur modernissimè *Niger. Cyriac. controuers. forens. tom. 1. cap 59.* vbi tutatur debi-

5 torem suum nullum teneri mutare, seu nouare, nec Principem posse id iubere de potestate ordinaria, quod si fecerit ex abrupto non esse ei obediendum, sed ad eundem recurrendum, eum commonendo de iniquitate mandati, & expectare secundam iussionem, cùm non sit præsumendum hanc voluisse habere in-

Digitized by Google

7 tentionem Principem, nam semper est facienda interpretatio, ne Princeps voluerit tertio præiudicare, *l. 2. §. meritò, & §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publico, Surd. cons. 203 sub num. 28.* vbi latè fundat potiùs esse improprianda verba, quàm quod Princeps dicatur voluisse tertio præiudicare, & Principis
9 commissiones ad possibile restringendæ sunt ad finem reducendi ad terminos iuris, *cap. super eo de offic. deleg. cap. causam quæ,* & ibi *Felin. de Rescript. Menoch. de præsump. lib. 2 præsumpt. 9. nu. 6.*
10 quia singula principum mandata intelligenda sunt cum iustitia, *Rot. in Mediolan. Benefic. coram R.P.D. Brauo ex Bal. in l. 1 num. 4. ff. de constit. Princ.* qui *sub num. 13.* docet, Principi non præsumi
11 placere, nisi iustum, & verum, eiusque intentionis esse singulos suos actus regulari à fori, & poli iustitia, & quoties vult excedere partis iustitiam, in modico excedere velle pro se habet præsumptionem.

SVMMARIVM.

1 *Silua concessa Vniuersitati à Barone reseruato sibi vsu venandi, si prohibeantur Vassalli venari, an & quando dicantur grauari, & num. 4. & 5.*
2 *Specialis prouisio derogat generali.*
3 *Silua concessa alicui reseruato sibi vsu venandi, an possint concessionarij quoque venari.*
6 *Forensi posse interdici pascuum, etiamsi habeat ius pasculandi, si non sufficiat pro Ciuibus, aut dubitetur non sufficere, & num. 10.*
7 *Habens ius pascendi ex vno ouili in pluribus locis pascuis aut pagis non potest nouum ouile proponere in loco, vbi antea non fuit, fallit vt num. 8.*
9 *Dominus à quo rustici habent fundos suos in dubio si pascua sufficiant, vel ne præfertur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si in Silua concessa à Barone Vniuersitati reseruato sibi vsu venandi, prohibeantur venari.

GRAVAMEN CLXXV.

APparebat concessio cuiusdam siluæ facta per viam donationis Vniuersitati per Baronem cum reseruatione, vt dictus Baro donans eiusque descendentes valerent ibi venari, sub cuius reseruationis colore, & calore, successor Baro prætendebat priuatiuè quòad omnes habere talem facultatem, & proinde renuebat Ciues ibi ad venandum admittere, vt ę contra Subditi habere ius venandi contendebant.

Cumque in hac dissentione, meum esset exquisitum votum, vt cum quiete Dominus, & Vassalli viuere potuissent de communi consensu, electus calamum ad fauorem Vassallorum direxi.

1 Licet, inquam, aspicerem pro Barone insurgere Regulam quòd specialis prouisio derogat generali ad textum *in l. ex facto §. 1. ff. de vulg. & pupill.*

2 Tamen considerabam quod *Paul. de Castr. in cit. l. ex facto* firmat hanc quæstionem de silua concesta alicui reseruato sibi vsu venandi, si possint & Concessionarij adhuc venari, & cum affirmatiua pertransit sentia, quia silua potest conuenire vsui cuiuscumque in solidum, iuxta *l. si vt certo §. si duobus versic. vsum autem ff. comolati.* & ita pariter docent *Alex. ibi, & Ias. in l. quo minus num. 58. ff. de fluminibus.* quos refert, & sequitur *Geuen. in practicabil. Eccles. quæst. 193. tricen. 7.* quòd in silua concessa à Barone Ecclesiæ reseruato sibi vsu venandi possint etiam illi de Eccelesia venari.

4 Ceterum quia negari nequit regulam suprapositam, quam considerabam ad fauorem Baronis, claudicare quando retentam non posset competere nisi vni in solidum vt per supradictos ego inuestigani antequam votum contra Baronem publicarem, si silua erat sufficiens pro venatione, tam Baroni, quam Vas-

sallis,

Digitized by Google

fallis,& habito responso affirmatiuo in supradictam deueni sententiam.

5 Itá quod tunc grauamen erit, prohibitio venationis quando esset, sufficiens Vassallis, & Baroni concedenti, aliàs secus,ex doctrina *Bart.in d.l.quominus, & ex Iasone* alia cumulante *ibidem nu. 56.* quatenus firmant quod si aqua quæ ducitur ad vsum ad quem ducitur vtriquæ sufficiat,vterq;potest deducere.

Redditur vera hæc opinio ex traditis per *Viscontum in conclusionibus iuris in verbo pascua*, & fusius *per nos forens.* 6 *quæst.27.part.2.* quatenus firmauimus licitè posse interdici forensibus pascua etiam si ius habeant quando non sufficiunt pro ciuibus,vbi vlterius progrediendo,tutati sumus id esse verum, etsi deesset timor non sufficiendi in futurum,vt latius ibidem videri poterit.

Confert *Mar. Antonin. Macerat. Variar. Resolut.libr.3 resol. 42 in fin.*

Nec non addo *Coler.decis. Rot. German.217.* cuius hæc sunt verba.

6 Nota quòd ius pascendi ex vno ouili in pluribus locis,aut pagis habens,non potest nouum ouile proponere in loco, vbi antea nullum fuit,ne oues depascendo prius gramina intercipiant Rusticis eius loci pascua, nisi pasculatio sufficeret vtrisque *l hoc iure §.ex fluuiine ff.de aqu.quot.& astiu.l.Rusticorũ §.fin. ff.de* 8 *seruit.Rustic prad.* & in dubio præfertur Dominus, à quo Rustici recognoscunt suos fundos, *l. præses C.de seru. & aqu.* vbi *Bal. Glos. pen. in cap. suggestum de decim.lib.6. Io.And. in c.dilecti de decim.* & ita fuit pronunciatũ per *Lips.decis.709.vol.* 2. Idemque est si probetur etiam ius pasculandi in alieno fundo,& nisi per Dominos fundi in reprobatorijs sit fides facta,quòd pascua vix sufficiant 10 Dominis fundorum, tunc enim hospes non obstante præscriptione cogitur cedere Domino fundi,*Lips.decis.788. vol. 2.Cepol.de seruit.Rust.prad,cap.9. tit. de seruit.iur.pascend. num. 39.* & ad istam materiam adde *Modest. pistor. Illustr. quæst.106.& cons.7.quæst.6.n.33.lib.1.*

SVMMARIVM.

1 *Exemptio à solutione gabellarum concessa Baroni super comestibilibus debetur si onus in re illa appositum supportat.*

2 *Vassalli grauantur, si Barones ab eis exigant franchitiam pro rebus comestibilibus, quas emunt vltra taxam gabellæ, & num.3.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Barones ab eis exigãt Franchitiam pro Rebus comestibilibus, quas emunt vltra taxam Gabellæ.

GRAVAMEN CLXXVI.

1 EXemptio a solutione gabellarum super rebus comestibilibus debita Vtilibus Terrarum Dominis est respectu habito ad taxam factam pro quolibet Rotulo, Modio, & similibus, nec vltra debet esse immunis, nisi quatenus onus appositum in illa re supportat.

2 Alias esset enim velle locupletari Barones cum iactura Subditorum, si vltra taxatam exigere vellent, in quo iuris censura recalcitrat, *l. fin. C. de vsucap. l. naturaliter §. fin. & l. hæc conditio, ff.de condit.indebiti Dec per text.ibi in l. si me,& Titium.num.3 ff.si cert.pet. Pichar.in disp.de Nobilit. communic. num. 73.Rot decis.47.num.3.& decis.524. nu. 4 in Recent.part.2.*

3 Hinc grauamen erit, si existente pro quolibet Rotulo carnis gabella vnius semissis, Barones vellent franchitiam pro semisse,& medium,vel pro duobus, sicque de singulis similibus.

Et proinde cum grauata esset Vniuersitas Terræ Lauri contra Marchionem Vtilem Dominum, quòd tenendo gabellam carnis ad tres denarios pro quolibet Rotulo, & ille exigebat franchitiam ad rationem quinque denariorum per Consiliar.Consaluum Belmundez Commissarium deputatum sub die 10.Mensis Aprilis 1568. fuit prouisum, quòd dictus Marchio, & eius Officiales abstinerent in futurum ab exactione denariorum duorum in grauamine cõtentorum, & caperetur informatio, vt in processu in Banca Cioffi.

Quare

Digitized by Google

Quare cùm similis casus (pauci sunt dies) accidisset trutinandus in facto, & meum expeteretur votum iuxta supradictam opinionem placuit voce respõdere, quod quidem meum Responsum fuit à partibus exequutioni demandatum (non cõgruit nominare personas.)

SVMMARIVM.

1 *Præstatio franchitiæ Baroni debita pro comestibilibus, quę emunt in quibus viget gabella, est facienda dietim, nec Vassalli cogi possunt ad dandam quantitatem in sanum pro tali causa, num. 2. aliàs grauant Vassallos, num. 4. sed ex cõcordia partium poterit exigere, n. 3*

3 *Exemptus à solutione gabellarum, exemptione vtitur dietim quando emit, & non in cumulo.*

6 *Gabella quando debeatur.*

7 *Gabella an exigi possit ab exemptis, animo illas restituendi finito anno, & quid stante consuetudine, n. 8.*

9 *Consuetudo exigendi gabellas ab exemptis cum animo restituendi in fine anni valet.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Barones pro Frãchitia eis debita in Rebus spectãtibus ad Victum exigant quamdam quantitatem in sanum, volentibus Ciuibus illam præstare Dietim prout emunt.

GRAVAMEN CLXXVII.

1 PRæstatio franchitiæ debita Baronibus pro comestibilibus, quæ emũt in quibus viget gabella, est facienda tempore emptionis, & sic dietim,

2 Nec Subditi vendentes inuiti possunt cogi ad dandam quantitatem in sanũ pro tali causa, sed ex concordia &

3 voluntate partium id procedere potest.

4 Itaquòd si Barones cogant Datiarios, & Gabellotos ad dandam quantitatem in sanum pro tali effectu, Vassallorum suboriretur grauamen, & ideò iuridicè ad id compelli nequibunt.

Quare cùm casus ex facto accidisset in Ciuitate Vici Equensi, in qua quidam Capitaneus volebat cogere Gabellotos farinæ, & vini ad præstandam quantitatem pro toto anno franchitiæ, habito recursu per ipsos ad Magnam Cur. Vic. obtinuerũt prouisiones, vt Capitaneus ipse abstineret à tali coactione, sed quod dietim iuxta ratam rerum, quas emebat excomputatio franchitiæ in pretio fieret.

5 Exemptus enim, & priuilegiatus non soluere gabellam, & datium, singulatim prout emptiones facit tali priuilegio potest gaudere, nec in aceruo, siue in cumulo citra debentis voluntatem exigere potest quantitatem, vt per *Authorem damnatæ memor. in consuet. Parisien. fol. 116.* quem in manuscriptis in hoc adductum reperio; quia sufficere debet priuilegiato, ne suo defraudetur priuilegio, & damnum minimè sentiat.

6 Adiuuat hanc opinionem; nam gabella debetur illo tempore, & loco vbi, & quando res traditur ex adductis per *Tiraquel. de Retract. consãg. §. 1. glos. 2. à num. 48. cum seq. & per Vasq. in opusc. Moral. tit. de Restit. cap. 6. §. 2. de Gabel. dub. 6.* vbi tractant, An debeatur gabella ante tractationem rei venditæ.

7 Hinc non posse exigi gabellas à priuilegiatis animo restituendi illas in fine anni, putarunt *Alterius de censuris tom. 1. disp. 19. lib. 5. cap. 3. & Duard. in Bull. Cœnæ Dom. libr. 2. can. 18. quæst. 15. nu. 3.*

8 licèt hìc Neapoli causa euitandi fraudes vigeat consuetudo munita etiam consensu illorum ad quos spectat exigendi indifferenter ab omnibus gabellas, & priuilegiatis, ac exemptis pro dictis ga-

9 bellis datur certa quantitas, quam consuetudinem valere firmat *Dian. resol. moral. par. 1. tract. 2. de immunit. Eccles. Resolut. 44.* dum tractat, si licitè Senatus Panormitanus, & aliæ Respublicæ exigant gabellas ab Ecclesiasticis animo eas restituendi in fine anni.

AR-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Barones grauant Vassallos, si post quàm eis sit satisfactum recusent facere apocas de recepto, & num. 5. vel cassare obligationes, n. 7.*

2 *Solutio non præsumitur, nisi probetur per illum, qui tenetur soluere, num. 3.*

4 *Solutio satis probatur per apocam de recepto.*

6 *Solutionẽ probat cassatio obligationis.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones recusant facere Apocas de Recepto, & cassare obligationes postquã fuerunt satisfacti.

GRAVAMEN CLXXVIII.

1 SI solutione facta à Vassallis in beneficium Baronum denegentur Apocæ de recepto in soluentium vtique resultat grauamen, quia deinde non possent ostendere solutiones factas, & da-
2 retur ansa iterum eos conueniendi ad soluendum, cùm solutio minimè in dubio præsumatur, nisi probetur, & ideò à debitore venit probanda *l. quinquenta vers. nam & si creditum, & l. cùm de indebito ff. de probat. l. & fin. C. de solut. l. 1. C. de probat. l. adseueratio C. de non num. pecun.* fusè *Menoch. de præsumpt. libr. 3. præsumpt. 135. Mascard. de probat. concl.*
3 *1418.* vbi quòd solutio probanda est per illum qui tenetur soluere, quod nouè tutatur pariter *Pyr. Maur. Arrest. in tract. de solut. oblat. & Retent. cap. 3.*

4 Certique iuris est inter alias species probationis solutionis satis esse aptam, illam quæ sit per Apochas *Mascard. in eit tract. de probat. nuper adducta concluf. 1318. num. 6. Maur. in mentionato tract. de solut. cap. 4.*

5 Indè cum conquesta esset Vniuersitas Siciniani, quod soluere erat obligata quantitatem vtili Domino mensatim ex causa Bainlationis, & de dicta quantitate recipiebat apocas de recepto, & deinde Dominus ille receperat plures mensatas, nec intendebat Apocas conficere, existente Commissario Regio Consiliario Felice de Rubeis fuit prouisum quod Magnificus Baro faceret Apocas de recepto sub eo tenore sub quo fieri consueuerat ante litem motam citra præiudicium iurium ambarum partium, & hoc sub die 23. Februarij 1564. in Banca de Mondellis.

6 Et quia cassatio obligationis pariter solutionem probat, quæ quidem cassatio est facienda cum requisitis necessarijs ad illas conficiendas vt satis appositè latiori calamo exarauimus *forens. quæst. 154. tom. 1.*

7 Ideò, si post acceptam satisfactionem à Vassallis, de his quæ tenebantur vigore obligationum pœnès acta Barones recusent cassare illas vtique grauant, prout pro grauamine habui vna vice vti Regius minister, & proindè relaxaui prouisiones contra Baronem, quod cassare deberet singulas obligationes subditorum à quibus iam receperat satisfactionem.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio à gabellis pro rebus comestibilibus concessa Baroni est personalis.*

2 *Exemptio à Gabellis non debetur exemptis, nisi bona consumantur in loco in quo emuntur.*

3 *Personalia beneficia, & priuilegia personam non egrediuntur.*

4 *Vassalli grauantur, si franchitiam soluere cogantur Baronibus pro rebus comestibilibus, quas donandi causa extra Territorium emunt.*

5 *Obligatus ex promissione dare piscẽ pro certo minimo pretio conuento pro Vtilibus Dominis, eorumque familia pro eodem non cogitur dare piscem Baronibus pro eleæmosyna facienda.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Franchitiam soluere cogantur Baronibus pro rebus Comestibilibus, quas donandi causa extra Territorium emunt.

GRAVAMEN CLXXIX.

1 PErsonalis, & familiaris videtur exemptio non soluendi gabellam pro rebus comestibilibus concessa Baronibus, ita vt quæ deseruiunt actualiter pro vsu proprio, & familiæ Baronum sint franca, & exempta ab onere gabellarum, & nisi bona consumentur
2 in loco, in quo emuntur franchitia minimè debeatur fortasse ex regula, quòd
3 personalia beneficia, & priuilegia personam egredi minimè debent, *cap. priuilegium, vbi DD. de Reg. Iur. in 6. cap. sanè de priuileg. l. 15. permittitur, ff. de Aqu. quotid. & æstiu.* cum adductis per *Salas in tract. de legib. disp. 17. sect. 6. & 8. Card. Tusc. pract. concl. lit. P. concl. 746. Suarez de legib. cap. 10. & seq. lib. 8.*

Hoc axioma in materia nostra percipitur ex decreto lato ad fauorem Vniuersitatis Terræ Lauri contra Illustr. Marchionem Vtilem Dominum, nam cum ipse prætenderet, quòd Gabellori suæ Terræ facerent exemptum à solutione gabellæ etiam pro carne, quam extra territorium erat missurus, fuit exclusus ab hac petitione, & iniunctus ordo, vt abstineret, existente Commissario Regio Consiliario Belmundez in Banca Cioffi.

4 Quare iuxta hoc decretum grauamen esset, si Barones exigant franchitiam pro rebus comestibilibus, quas non pro vsu proprio, & familiæ, sed donandi causa extra Territorium emant.

5 Recipit incrementum hæc opinio ex modernè traditis per *Nigr. Cyriac. controuers. forens. tom. 2. cap. 378.* quatenus fundat obligatum ex promissione dare piscem pro certo minimo prætio conuento pro Vtilibus Dominis, eorumque familia, non teneri præstare illum pro eodem prętio pro eleęmosina facienda ab eisdem Dominis.

SVMMARIVM.

1 *Assisia imposita super venditione alicuius speciei non est seruanda indifferenter, sed est habenda ratio ad rei qualitatem.*

2 *Qualitas rei vendendę potest augere & minuere pretium, & vide num. 3. 4. 5. & 6.*

7 *Vassalli grauãtur, si Barones à Datiarijs, & Lanijs carnem porcorum magni ponderis destinatam pro saliendo ad eorum vsum accipiunt soluendo iuxta assisiam communẽ, & num. 9.*

8 *Differentia debet esse inter vnam & alteram porcorum speciem.*

10 *De extimatione & taxa rerum vẽdendarum qui tractent.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones à Datiarijs, Gabellotis, & Lanijs carnem magni ponderis destinatã pro saliendo ad eorum vsum accipiunt soluendo iuxta Assisiam communem.

GRAVAMEN CLXXX.

1 NOn quia Assisia est imposita super venditione alicuius speciei eadẽ Regula seruanda est indifferenter, nè sit habenda ratio ad rei qualitatem.

2 Siquidem qualitas rei vendendæ potest, imò debet augere, & minuere, pretium, etiam in foro conscientiæ, cùm qualitas debeat facere prætium, (non tamen excessiuum, loquor inquã iuridico & conscientiato modo.)

3 Inde in Rebus comestibilibus, quamuis specialis assisia reperiatur apposita, non per hoc erit excusatus venditor, dum iuxta illius tramites vendit res eiusdem speciei, quæ tamen non sint aptæ conditionis, sed minoris.

4 Exemplum potest poni in caseo, cuius valor licèt sit extimatus in grana decem octo, si tamen sit deprauatus, &

nescio

nescio si bona conscientia Apotecarij illum iuxta appositam assisiam vendere possunt, cum illa assisia videatur imposita circa caseum bonæ conditionis.

5 Sic etiam poterit exemplificari in carne vitulina, cuius loco si subrogetur Caro Annina, vulgò (Annecchia) ipsi videant, si pretium pro vitulina taxatum possint accipere.

6 Nec reticeam dicere de carne Verucum, vulgò (castrati) quando in locum illarum venditur caro, vulgò (delli Montoni.)

Et vendere carnes Agnorum pro hedis, quid sapit? (Hei mihi qualis, quantaque fraus exoritur.)

Nec stant tuti vendentes carnem porcarum, vulgò (Scrofe) aut verrium, vulgò (Vierri) iuxta Assisiam impositam in carnibus porcorum, sicq; de singulis.

7 Sed his omissis liceat mihi referre quòd ad instantiam Vniuersitatis Lauri fuit prouisũ in Anno 1567 pẽnès Ciossum Actuarium esse grauamen. quando Barones Datiarijs, & Lanijs carnem porcorum magni ponderis pro saliendo habilem & aptam vellent soluere iuxta solitam & communem assisiam impositam generaliter pro porcis dictim ad vsum Ciuium macellandis.

8 Debet, inquam, esse differentia inter vnam, & alteram speciem, nec indifferenter ab vna ad alteram potest trahi argumentum.

Siquidem experientia docet, porcos maioris ponderis & pinguedinis cariùs, quàm & alij minoris ponderis emi.

Igitur ad instar emptio procedit, & pretium quoque, ac solutio debet succedere.

9 Quod si prætermittatur, grauamen vtique oriretur.

Cùmque id pateat apertè ad sensum non est quod aliud dicam, *Qui aures habet audiendi audiat*.

10 Cæterùm de extimatione, seu taxa rerum vendendarum post cæteros tractat, *Megal. in 2.2. libr. 2. cap 6. q. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Casus fortuitos nullum hominis consilium prævidere potest, & ideo excusant, numer. 2.*

3 *Nauicularius non tenetur de casu fortuito, nisi aliud actum sit.*

4 *Casus mortis animalis absque culpa accidens à nullo præstatur.*

5 *Conductor non tenetur de morte animalis, nisi dolo suo vel sua culpa accidat, num. 6. 9. & 13. imò ei debetur remissio pensionis pro tẽpore quo equo vti non potuit, n. 7.*

8 *Conducta res si pereat, pensio soluẽda non est, & soluta repetitur.*

10 *Conductor equi, si equum percusserit calcaribus, & equus mortuus sit non tenetur secus si ligno percussisset vel fuste, vel si equum conductum ad vehẽdum grauiter onerasset num 11. vel equo vsus sit ad alium vsum, quàm ad conductum num. 2.*

14 *Baro, Princeps, & Ciuitas si cogant subditos ad dandos eis equos, vel Currus, ijque pereant tenentur de casu fortuito.*

15 *Vassalli grauantur, quando Barones pro eorum vsu acceperint animalia, vel Currus, aut Cimbas, quæ perierunt casu fortuito damnum resarcire nolint, & quare Barones teneantur num. 16. sed contra, num. 17. & num. 23. vbi ita decisum.*

18 *Legitimè, & iustè facientes nullam pœnam merentur.*

19 *Barones lege permittente vtuntur animalibus Vassallorum, & ideo cum non grauent Vassallos vtendo excusantur à casu fortuito vti onere pœnali.*

20 *Prohibitus non molestare excusatur si inferat molestiam licitam.*

21 *Faciens quod credit sibi licere non venit puniendus.*

22 *Nullus videtur dolo facere qui suo iure vtitur.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones pro eorum vsu acceperint Animalia, vel Currus, aut Cimbas, seu Barças, quæ perierint casu fortuito, & damnum resarcire nolint.

GRAVAMEN CLXXXI.

1 QVamuis fortuitos casus nullum homo præuidere possit, *l. graui extimatione, ff. de administrat. rer. ad Ciuit. pertin.* & ideo
2 excusare solent, *l. si fortuitis, & l. si nulla C. de pignor. Act.*

3 Hinc de fortuito casu non tenetur Nauicularius, nisi aliud actum sit inter partes, *l. opus, vbi Bar. & l. Item quæritur §. si Nauicularius, & §. si Magister ff. locati Castr. cons. 471. lib. 1. Strac. de Mercat. tit. de Naut. & Nauib. part. 2. num. 5.* quos recenter sequitur *Thomat. desis. Macerat. 93. num. 8.*

4 Et hinc originem trahit conclusio, quòd casus mortis Animalis sine culpa
5 accidens à nullo præstatur, *l. contractus ff. de Reg. Iur.* cum casus ille fortuitus minimè spectet ad conductorem, *l. ex conducto §. fin. ff. locat. l. qua fortuitis, C. de pign. Act. Viuius in silua commun. opin. conclus. 128. & desis. 1.* vbi annuit esse exploratum, & expeditum in iure, quòd vbi equus locatus reperitur mortuus ex aliquo morbo in itinere, tunc profectò conductor ad illius restitutionem, & emendam haudquaquam est obligatus, nisi præcesserint dolus, vel culpa, *l. si aut certo §. nunc videndum, & l. fin. ff. de comodat. l. si quis fundum, §. Imperator. ff. locati, Ludouic. desis. Perus. 25. num. 3. Oliues ad ll. Sardinia, cap. 127.* & vide latè *Visont. in conclus. Iur.*
7 *in verbo Conductor equi*, imò fit remissio mercedis conductori pro rata temporis, quo vti equo conducto ipse nequiuit absque eius culpa, sed potius casu superueniente ad text. *in l. ades §. si quis eum in annum, & l. qui Insulam §. Aediles ff. locat.* ad instar si pereat res
8 ipsa conducta nulla pensio est soluenda, imò soluta repeti potest, *l. si vno ff. locati.*

9 Nam in tantum tenetur conductor, in quantum eiusdem culpa interfuit, *d. l. qui Insulam §. qui insulas ff. locat. l. si vno §. item & ibi Bar. l. sed vt certo §. interdum ff. comodat. Io. Andr. Felin.* & cæteri communi calculo *in cap. Auditis de præscript.*

10 Vnde si conductor equi percusserit equum calcaribus, vel flagello, & ipse equus moriatur ad Dominum pertineret periculum, vt secus esset, si percussisset ligno, fuste, vel alio simili, *Bar. in l. 1 C. de Curs. public. lib. 12.* vbi etiam *Angel.* & vltra alios *Ann. sing. 172. Surd.*
11 *dec. 171.* Ad instar si equũ cõsuetum ad vehendum hominem onerasset grauiter quia tunc etiam teneretur conductor, *Bar. in l. qui insulam §. vnlas ff. locati Cancer* qui socios adducit *var. resol. lib. 1. cap. 14. tit. de locat. à num. 29. cum seq.* vbi idem firmat, quando equi vsus esset
12 ad alium vsum, quàm ad conductum, vel in itinere fatigauerit, vel ita eum percusserit, vt inde mortuus sit,

13 Inde nouissimè *Reg. Valenzuel. cons. 108. vol. 2.* probauit, Mulum, vel equum conductum ad iter faciendum cum sella, si perierit in itinere, vel hospitio, perire domino, & non conductori, qui vsus fuit eo ad laborem destinatum.

14 Tamen allegata regula principalis claudicat, quando Barones pro eorum vsu coegerint Ciues ad dandos eis equos, vel currus, qui perierint casu fortuito, quia tunc periculum spectabit ad ipsos Barones, vt in proprijs terminis probat *Io. Stephan. Durant. in quæst. 29.* dum dicit, quod si Princeps vel Ciuitas equos alicuius ceperint, aut currus & perierint casu fortuito, periculum non ad dominum, sed ad Principem, & Ciuitatem spectabit, allegat inter alia iura *l. 2. C. de Iuer. Aduer. lib. 12.*

15 Vnde Vassallorum grauamen subintraret, quando Barones æstimationem damni passi nollent soluere in hoc casu.

16 Nec id monstruosum tibi videatur, quoniam in locato, vel comodato consensus locantis, & comodantis intercessit, qui præuidere potuit rem periturã, quare iniquum non est iacturas & casus fortuitos ad eos non spectare, *l. 2. §. si conseruatis ff. ad l. Rhod. de iact. Innocent. in cap. sicut de iur. iur.* At in casu nostro inuitis Vassallis solent huiusmodi equi & currus capi, quia vel

non

Digitized by Google

non soluunt mercedem, vel illam solumnt ad rationem miliariorum iuxta *Pragmaticam*, & non prout inter Ciues solui solet, vt experientia rerum magistra docet.

18 Sed non grauabor dicere, quòd cùm Barones ex priuilegio sibi dato à iure habeãt hanc facultatem accipiendi animalia subditorum, eorumque currus, & cimbas, seu bareas pro seruitio proprio, & sit taxata merces pro tali effectu, si vera esset dicta opinio, priuilegium retorqueretur in odium Vtilium Dominorum, dum de casu fortuito essent obligati tempore, quo iure suo vtuntur, quod non est concessum in iure *l. nulla iuris ratio ff. de legib. cap. quod ob gratiam de reg. Iur. in 6.*

Ideo cogitandum erit circa talem opinionem, quoniam ego sum paratus ad fauorem Baronum pronunciare, qui vti legitimè, & iustè facientes nullam pœnam merentur, *l. nemo damnum ff. de iur. iur. l qui seruum ff. de verb. obligat. l. sanimus, C. de administr. Tutor. §. iniuria Instit. ad l. Aquiliam.*

19 Negari enim nequit lege permittente vti animalibus, igitur non grauant, & consequenter excluduntur à tali onere vti pœnali, *vulg. l. Graecus, C. ad l. Iul. de Adulter. l. illud ff. quod quisque iur.*

20 Confert *Dec. cons.* 581. dum firmat prohibitum molestare sub pœna excusari, si faciat molestiam licitam, *Card. Tu-*
21 *sc. concl. 108. lit. P.* vbi plura cumulat dicens, quod imò faciens quod credidit sibi licere non venit sibi puniendus, *l. quis sit fugitiuus, §. apud Celsum, ff. de edilitio edicto.*

22 Tum tandem, quia nullus videtur dolo facere, qui suo iure vtitur, *l. nullus ff. de reg. iur. l. 1. §. denique ff. de Aqu. pluu. arcen. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 8. cap. 20. num. 10. Caeber. decis. 17. num. 2.*

23 Vnde meritò iuxta hanc meam opinionem reperio prouisum per Sac. Cons. die 21. Mensis Ianuarij 1543. in casu grauaminum Vniuersitatis Terræ Biccari cum Marcello Caracciolo Vtili Domino dictæ Terræ facta relatione à Regio Consiliario Galeatio Fonseca Commissario destinato pœnès Cæsareum Secretarium, per hæc verba.

Quoad sextum grauamen, in quo grauantur pro conducendis dictis victualibus à d. Terra in Ciuitate Neapolis fuerunt mortua aliqua animalia, vt in d. grauamine continetur, fuit prouisum, quòd si casus acciderit mortis alicuius Animalis per viam, quod d. Marcellus non teneatur ad eorum emendam.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si Barones teneant columbaria, quæ tempore sementis noceant Satis, declara vt n. 2. 3. 5. & 6.*

4 *Columbaria sunt licita.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones tenent Columbaria, quæ tempore sementis noceant Satis.

GRAVAMEN CLXXXII.

1 REgulariter potest dici esse grauamen, si Barones teneant columbaria, quia multum solent nocere Satis, præcipuè tempore sementis, & ideo sunt illicita, *Silueſtr. in summa in verb. restitutio, quæst. 4. par. 3. Sot. de Iust. & Iur. lib. 4. quæst 6 art. 4. in fin. D. Antonin. par. 2. tit. 1. ca. 12. §. fin. Ioseph. Angles in flor. 4. sentent. tit. de Restit. Caietan. in summa in verb. Columbarium Plaud. in 4. distinct. 15. quæst. art. 2. 10. Maior. ibid quæst. 28.*

2 Vnde hac de ratione in caput grauaminis tempore meo fuit id datum contra quemdam Baronem in Regio Auditorio Apuleæ, ob quod prætendebant subditi obtinere prouisiones, quod Vtilis Dominus abstineret, & mihi causa delata per Illustr. Præsidem, volui scire ab eisdem Vassallis, si dictus Baro Dominus Columbarij cibaria præbere faciebat, & accepto responso affirmatiuo, prouisiones ad eorum fauorem relaxare non placuit.

Mouebar, quia in hac re inubicatum

est apud Doctores, & Summistas, quod vbi Dominus Columbarij cibaria præbet, quibus pro maiori parte alantur columbæ in tali casu licitum est tenere columbaria.

Vltra quod pro parte Baronis excipiebatur, quod magna erat possessio, vulgò (la tenza) in qua columbarium erat constructum, & in illa plurimum post solitum pastum habitum pascere poterant, & solebant.

Quibus concurrentibus iustificatè denegaui prohibitionem aduersus Baronem ipsum.

3 Comprobantur hæc omnia ex *Vasquez post cæteros in opuscul. Moral. tit. de restit. capitulo 5. §. 2. dub 4.* vbi quod quando Dominus Columbarij cibaria præbet, quibus pro maiori parte alantur columbæ, vel est circa columbarium magna possessio Domini, in qua vt plurimum illæ columbæ pascuntur ex vera licitum est Columbarium, & prosequitur *Armilla in summa in verb. Columbarium, versic. dotamen.*

4 Quinimò bonus senex *Martin. Aspicueta, siue Nauarr. in summa cap. 17. num. 126.* est in opinione, & de facto asserit talia Columbaria videri licita.

5 Cæterùm, quia supposui regulam, & deinde deueni ad declarationem, siue modificationem, ne mihi ipsi contradicere videar, & mendax reddar, liceat & dicere esse grauamen Vassallorum, vbi tenentur Columbaria à Baronibus, nec columbis præfetur pastus dictim, vel quando possessio circum circa possessionem, siue Maxariam Baronalem, non adest magna distantia à fundis particularium.

6 Et in hoc nec grauabor annuere, maximè Iudicis arbitrium versari debere, qui iuxta facti qualitatem illud regulare tenetur, habita ratione ad loca, & personas, & ad materiam vide *Sayr. in Clau. Reg. libr. 11. cap. 10.* & nouissimè *Magal. in promptuar. Theolog. Moral. in verbo Columbarium.*

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, quando prohibentur facere Repræsentationes, & Comedias absque Baronum, & Officialium locorum licentia, & nu. 4.*

2 *Comedias facere peccatum non est, nec audire, nisi alia concurrant. nu. 3.*

5 *Vetare non vetita, prohibere non prohibita, & impedire non prohibenda grauamen est, prout & restringere libertatem, num. 6.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando prohibentur facere Comedias, & Representationes absque Baronum, & Officialium licentia.

GRAVAMEN CLXXXIII.

1 EGo putaui in facti contingentia requisitus, quid sentirem, non esse necessariam Baronis, siue loci Officialis licentiam, quando Subditi vellent, Representationes, vel Comedias facere.

2 Patet & hoc, nam non est de illicitis, & prohibitis huiusmodi actus facere, tali modo, vt ne dum absque peccato mortali, sed absque vllo peccato fieri valent, vt nouissimè præ cæteris tutatur *Magal. in promptuario Theol. Moral. in verbo Comedia num. 3.* qui *num. 2.* annuit, Comedias repræsentare, & recitare ex natura rei, nec esse peccatum mortale adducit *D. Thom. in 2. 2. quæst. 168. art. 3.* dicens viterius, nec respectu audientium regulariter, nisi concomitantia concurrant, esse peccatum, cùm ex genere suo non sit peccatum comedijs interesse, quamuis in eis turpia repræsententur, & dicantur, si audiantur ob solam vanam curiositatem absque probabili periculo lapsus in aliquod peccatum mortale, vt latius idem probauit *Garzias resolut. tom. 1. cap. 26.* & ante eum *Sanchez in tractat. de matrimon. libr. 9. disputat. 46. num. 41. tom. 2.*

4 Quare ad nostrum propositum subsistere poterit grauamen, si Baro-

nes,

nes,& Officiales locorum prohibeant absque legitima,& patenti causa, ne Subditi recitent Comedias, & faciant Repræsentationes absque eorum licentia.

5 Sat enim patet ad sensum, quod vetare non vetita,& prohibere non prohibita,ac impedire non impedienda sapit grauamen.

6 Inducunt namque similia libertatis restrictionem,quæ & facit vtique oriri grauamen.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli grauantur, si Barones velint ipsi apponere Custodes pro custodiendis Territorijs vniuersalibus absque consensu Vassallorum.*

2 *Custos bonorum, & rerum communium debet communiter à Dominis bonorum deputari, & num. 3. & 5.*

4 *Officialis communiter destinari debet ab habentibus communem iurisdictionem.*

6 *Episcopus, & Capitulum si habeant decimas communes Episcopus solum destinat Collectorem, & quare,num.7.*

8 *Salarij onus qui sentit commodum deputationis ministri sentire debet.*

9 *Substitutus in onere debet succedere in honore, & è contra.*

10 *Commodum eius debet esse, cuius est incommodum.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si Barones velint ipsi apponere Custodes, vulgò (Guardiani) pro custodiendis Territorijs Vniuersalibus, nec eorum consensum adhibere curant.

ARGVMENTVM.

1 SOlent apponi Custodes pro custodia agrorum communium,& Vniuersalium, & soli Barones nullo adhibito Ciuium consensu prætendunt id posse facere,& grauant.

Negari enim suapte nequit Ciues in illis habere interesse, singuli pro eorum rata, cum in communi illi sint Domini, & habeant vsum in Territorijs Vniuersalibus,& Custos bonorum, vel rerum communium debet communiter à Dominis dictorum bonorum deputari, vt voluit *Rota in Cartaginen. Iuris deputandi Custodem Mercurij 27. Ianuarij 1616. coram Eminentissimo Cardinali Verospio*, vbi cum de custodia communium decimarum agebatur, Custodes de communi consensu interessehabentium erant eligendi, idque determinauit per hæc verba, videlicet.

Orta inter Capitulum Cartaginen. & Marchionem de los Velez controuersia super iure apponendi Custodem in horreo, vbi communes inter ipsos decimæ reponũtur; fuit nouissimè ad fauorẽ Marchionis pronunciatum, & causa per appellationem in Rota mihi commissa. Dubitaui an dictus Marchio simul cum Capitulo concurrere posset in appositum, cum præsuppositio tamen, quòd ille participet in tertia parte de Decimis. Ex quo enim de custodia communium decimarum agitur,debet in tali deputatione Marchio concurrere, *Alberic. in l. si ita legatus, §. dominus n. 3. ff. de vsu, & habit. Capyc. decis. 27. n. 38. Boer. de Custode clauium, num. 65. circa finem, vers. & sic erit vnicuique*. Prout in simili de habentibus communem iurisdictionem dicitur, quòd officialem communiter eligere debent, *Castr. in l. Pomponius num. 6. vers. debent, ff. de reiud. Boer. decis. 5. nu. 2. & in d. tract. de Custode clauium, n. 65. in fin. Paciar. de probat. lib. 2.* & regulariter, vbi tractatur de custodis, vel ministri cõmunis oppositione, debet ab omnibus communiter, ad quos

Digitized by Google

pertinet, ille deputari, *cap. ad hæc, §. fin. de offic. Archidiuc. Seraph. decis. 645. num. 4.*

Nec refragatur decisio *Vlisbon. iuris deputandi Collectores carã Reuerendiss. Attrebaten. in contrarium allegatã.* Quia loquitur illa de cõmunione decimarum inter Episco-
7 pum, & Capitulum, tunc enim Episcopus cùm habeat in perceptione decimarum de iure communi fundatam intentionem, ad ipsum tantum spectat illarum administratio, *DD. in cap. edoceri de rescript.* secus autem in casu nostro, in quo tam Marchio, quàm Capitulum in iure speciali se fundat. Vnde non debet ius deputandi custodem vni magis, quàm alteri competere ex allegatis.

Hactenus Rota.

8 Additur pro confirmatione supradictæ opinionis, Nam salarij onus qui sentit cõmodum deputationis Ministri sentire debet, vt nouissimè scribit *Martin. Andrea. in dec. Rot. Rom. 98 num. 4.*

9 Et facit, nam in onere subsitutus debet succedere in honore, & è cõtra, recenter *Megal. var. resolut. tom. 2. cap. 123. num. 3. in fin. ex cap. Rationi congruit de Reg. Iur. in 6. addo Cardi. Tusc. practic. conclus. tom. 5. lit. O. conclus. 144.* qui plura cumulat, nec non *Rot. in Re-*
10 *cent. decis. 149. part 2.* quatenus firmat comodum debere esse eius cuius est incommodum, de quo in *l. 1. §. fin. ff. de Aqu. pluu. arc. l. fin. §. sed cum C. de furt. §. item pratium Instit. de empt. & vendit.*

Satis, inquam, iniquitatis aliàs saperet, quem debere agnoscere onus, & commodum in electione, & in alijs nullum reportare:

SVMMARIVM.

1 *Defensiones Reo, & conuicto denegandæ non sunt.*

2 *Vassalli grauantur, quando sub prætextu quòd Rei sint conuicti, & cõfessi denegatis defensionibus cõtra eos proceditur ad condemnationẽ.*

3 *Defensiones Reo competunt de iure naturali, & diuino, vide num. 7.*

4 *Auferre ab aliquo arma, quibus iustè se defendat ne dũ est contra charitatem, sed contra iustitiam.*

5 *Princeps etiam de potestate absoluta non potest tollere defensionem Reis.*

6 *Defensio non potest tolli reis, etiam si id consuetudine caueatur.*

8 *Consuetudo non potest tollere ea quæ sunt de iure gentium, maximè si descendat ius gentium ex iure naturali, num. 9.*

10 *Ius gentium vt possit consuetudine tolli quæ requirantur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando sub prætextu quod Rei sint conuicti, & cõfessi, denegatis defensionibus contra eos proceditur ad condemnationem.

GRAVAMEN CLXXXV.

1 EX magno cumulo Doctorum, quos secum vehit *Farinac. pract crim. quæst. 39. à num. 32.* fundat conclusionem, quam & ipse in praxi roboratam dicit confesso reo, & conuicto non esse denegandas defensiones, quod etiam & tutatur, *Caball. resol. crim. cas. 40.* annuens contrariam sententiam non esse veram, & omni iure, & ratione destitutam esse, dicens non seruari in practica, & probarunt *Peguer. in practic. crim. cap. 12. §. 6. Amescua de potest. in se ipsum cap. 19. num. 15. lib. 1. recenter Giazzius in discept. crimin. ad defens. Reor. discept. 32. num. 37.* sicque viget praxis in Mag. Cur. Vic. & in Regijs Prouincialibus Audientijs huius Regni nostro ævo communiter practicatur.

2 Ita quòd pro nostri instituti coronide licebit firmare grauari Vassallos, si sub prætextu quòd Rei sint conuicti, & confessi condemnentur nullis datis defensionibus.

3 De iure, inquam naturali, & diuino

Reo

Reo competere defensiones elicitur ex *Clem. Pastoralis de re Iudic.* & tradiderunt *Peguer.* ex alijs in *Prax. crim. d. cap. 12. §. 6. Villalob. in summa tract. 14. difficultat. 4. num. 2. tom. 2. Turrian. in 2. 2. D. Thom. disp. 48 dub. 4. tom. 2. Zanard. in Direct. Theol cap. 39. dub. 3. Io. de la Cruz in direct. Conscient. part. 1. præcept. 8. quæst. 3. art. 1. dub. 2. conclus. 2. Aragon. in 2. 2. D. Th. quæst. 67. art. 2.* vbi quod auferre ab aliquo arma, quibus
4 iustè se defendere potest, ne dum est cõtra charitatem, sed contra iustitiam.

5 Hinc descendit Principem etiam de suprema potestate non posse tollere defensionem Reis, dum est debita de iure naturæ, *Cardos. in Prax. Iudic. & Aduocat. in verb. defensio, num. 2. Farinac.* qui alios cumulat in *pract. crim. d. quæst. 39. num. 18. Rodolph. de Absolut. Princip potest. cap. 6. num. 89. Spater. in prax. Canonic. tractat. 10 par. 2. cap. 12. Berart. in speul. Visitat. cap. 17. num. 84.* & probatur in *cap. 1. de caus. possess. & propiet.* quatenus ibi Summus Pontifex confitetur nihil se posse contra inauditam partem definire, & conducit id quod dictum est in Actis Apostolorum *cap. 25.* Non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, priusquàm is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumq; defendẽdi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur.

6 Quæ adeo sunt vera, vt contraria consuetudo nihil operari possit, *Farinac. d quæst. 39. num. 29. Piagg. in tract. de consuet. quæst 6. num. 167.* quia dum defensio est de iure naturali, consuetudo minimè aduersus illud prævalere potest, *Becan. in part. 2. tract. 3. quæst. 6. nu. 2. Salas de legib tract. 19 sect. 14. num. 89. Suar. de legib. lib. 7. cap 6. num. 4. Molfes. in summ. Theol. Mor. tract. 9 cap. 11. nu. 41. tom. 1.*

7 Nec obest dicere esse controuersum, si defensio sit de iure naturali, cùm non desint affirmantes esse de iure gentium, vt apud *Less in tract. de Iust. & Iur libr. 2. cap. 29. dub. 11. nu. 99 & Filiuc. tract. 40. cap. 6. num. 176. tom. 2.* & consequenter consuetudo valet ex *Glos. in l. si locus ff. quemadmodum seruit. amitt.*

8 Siquidem secluso, quòd dicta opinio non est probabiliter communis, liceat respondere consuetudinem non posse tollere ea, quæ sunt de iure gentium, tutatur *Azor. Instit. moral. lib. 5.*
9 *cap. 17. quæst. 6. tom. 2.* maximè quando ius gentium procedit ex iure naturali, *Bonacin. de legib. disp. 1. quæst. 1. punct. fin. num. 8.* vt procedere in casu isto non negarunt pro contraria parte adducti.

10 Et quamuis aliquod ius gentium possit consuetudine abrogari, tamen moraliter id non contingit, cum debeant singulæ personæ in simili consuetudine concordare, quod moraliter impossibilitatis habet, maximè quia etiam iura gentium sunt valdè consentanea iuri naturali, & propterea huiusmodi consuetudines raræ esse possunt, ita *Salas de legib. tract. 29. Respons. 19. sect. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Baroni non licet collectam Vassallis imponere, & imponendo grauat Vassallos, num. 2. etiamsi habeat merum, & mixtum imperium, n. 8. vel priuilegium cum clausula (cum collectis) num. 9.*

3 *Collectarum impositio est de Regalibus, & soli Principi competit.*

4 *Collectarum impositio pertinet ad potestatem solius Principis non recognoscentis Superiorem.*

5 *Dux Sabaudiæ, Florentiæ non recognoscunt Superiorem.*

6 *Collectas imponere possunt omnes Respublicæ liberè habentes merum & mixtum Imperium.*

7 *Rex dicitur qui in temporalibus alteri non subijcitur.*

9 *Clausula (cum collectis) in priuilegijs Baronum quid operetur, & quomodo intelligatur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones illis imponunt collectam.

GRAVAMEN CLXXXVI.

1 NOn licè Baronibus collectam Vassallis imponere *Bald. in l. cum*

Digitized by Google

multa in *fin.verſ.extra quæro* C. *de bon. quæ liber.Luc.de Penna in l.contra num.* 13 C *de re milit.lib.*12.*De Leonard.in pract.Official.cap.*5.*num.* 12 *quos refert. & ſequitur Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 4. *cap.*16.*num.*276. Vnde faciendo gra-
2 uant,prout reperio declaratum per Sacrum Conſ.ad fauorem Vniuerſitatis Sancti Gregorij.
3 Eſt enim earum impoſitio de Regalibus quæ ſoli Principi competunt, *Andr.* & reliqui in *cap.*1.*in verſic.* extraordina-
4 ria,quę ſint Regalia. Et ideo pertinet ad poteſtatē ſolius Principis non recognoſcentis,Superiorem,*l.*1.*&* 3. C. *vectig. nou.impon.non poſſ.Bertachin.de gabell. part.*1.*num.*13.*Roman.conſil.*271. & ad poteſtatem Regalem, vel quaſi Rega-
5 lem habentes, quia in eorum iuriſdictione ſuperiorem non recognoſcunt, vt ſunt Dux Sabaudiæ,Florentiæ, & ſimiles,*Fr.Barth. à S. Fauſto in Theol. Mor.tom.*2.*tit. de reſtit. faciend. ab his qui gabell.defraud.diſp.*15. *quæſt.* 3. vbi
6 etiam annuit talem facultatem eſſe in qualibet Republica libera habente merum,& mixtum imperium, vt ſunt Veneta,Lucenſis,Genuenſis, & quælibet
7 Ciuitas tale imperium habens. Nam Rex quoque dicitur, qui in temporalibus nulli ſubijcitur.
8 Hinc ad noſtrum propoſitum, quamuis Barones habeant merum, & mixtum Impærium, dum ſunt ſub alterius poteſtate tale ius colligandi non competit,*Bar.in l.*1.*col.fin.* C. *de excuſ.muner.lib.*10.*Iacob.de S Greg.de feud.in verſ.cum mero & mixto imperio, Petr. de Greg de conceſſ.feud.quæſt.* 7. *part.*17. *Anna conſ.*59.*&* 60.
9 Nec clauſula (cum collectis) ſolita in priuilegijs apponi communicat hoc ius Regale Baronibus, quia intelligitur ſi extabat in feudis conceſſionis tempore acquiſita iuſto titulo, vel legitima præſcriptione, quo caſu operatur *Bal. ind.l,cum multa in fin.Montanar. in pragm.*5.9.6.*n.* 20. *de Admin. vniuerſ.* taliter quod clauſula (cum collectis) non transfert ius regale colligādi, ſed ipſam collectam ſi legitimè conſtituta ſit,vt nouiſſimè pariter affirmat *Montan.in tractat.de Regalibus in verſic. vectigalia,num.*4 *fol.* 68. dicens *num.*5. hinc deſcendere in praxi Ciuitates, & Terras,ſiue Caſtra Regni noſtri impo-
nere collectas Ciuibus ſuis cum aſſenſu Regis non Baronis, vt pariter fatentur *Marta in deciſ.*160. & *Mauſon. olim Collega meus in tractat de cauſ. executiuis Ampliat.*30.*nu.*24. *&* 26. nihilominus in omnibus priuilegijs Baronum extat clauſula prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Feriarum tempore nemo adſtringi poteſt in ius venire, aut aſſiſtere, neque nullitates diſcuti poſſūt parte renitente, num.*6.
3 *Feriis ſi fuerit renunciatum à partibus teſtes non poſſunt cogi teſtificare, limita vt n.*4.*& vide n.*7.*&* 8
5 *Cauſæ piæ,& miſerabilium perſonarū feriis non obſtantibus tractātur.*
9 *Vaſſalli grauantur,quando Barones ſe intromittunt in derogandis feriis vna ex partibus renitente,& n.*14.
10 *Feriis derogare eſt contra ius commune.*
12 *Inferior non poteſt tollere legem Superioris.*
13 *Regentes Regiam Cancellariam in Regno ſolum derogant feriis.*
14 *Acta mediante derogatione feriarū facta à Baronibus ſunt nulla*
15 *Electio fori eſt facienda coram competenti habente poteſtatem in conuentos, aliàs claudicat.*
16 *Sententia lata in die feriata eſt nulla, & nullam meretur executionē num.*17. *nec à partibus poteſt ratificari ex defectu iuriſdictionis, nu.* 18.
19 *Feriarum materiam qui tractent.*
20 *Debitor ſuſpectus arreſtari an poſſit tempore feriato, vel feriarum præſertim ſi ſint feriæ Natiuitatis, vel Reſurrectionis Domini, n.*21.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Barones se intromittunt in derogandis Ferijs vna ex parte renitente.

GRAVAMEN CLXXXVII.

1 COmmuni quidem calculo est recepta conclusio feriarum tempore Messium scilicet, & Vindemiarum, in vtilitatem introductarum nullumadstringi posse in ius venire aut assistere, vt in *l. 1. & ibi DD. ff. de ferijs*; de qua sanè materia fusè præ cæteris *Mandos. in forma commiss. ferijs non obstantib. Calvol. in praxi iudiciar. §. feria conclus. 1. 2. 3. & 4. & Borrel l. in summa decis. tit. 30. de ferijs tom. 2, Suar. de Relig. lib. 2. cap. 30. Marin. quotid. Rescl. 118.* vbi
2 quòd nec tali tempore nullitates possunt discuti, nisi accedente dispensatione, vt praxis seruat, & fuit decisum pro Illustriss. Platea Capuana contra Episcopum Adriensem, super reintegratione ad sedile pœnès Amicum Actuarium S. C.

3 Quæ sanè conclusio adeò virescit, quod & si à partibus litigantibus ipsis ferijs fuerit renunciatum ad finem, vt lis citius finiatur, & terminetur, adhuc nec id officit, quod Iudices ad ius dicendum, & testes ad testificandum cogi valeant, *Glos. in l. omnes la 2. C. de Ferijs, Angel. Fuglos. Alex.* & reliqui in adducta *l. 1. ff. de Ferijs Gizzarell. decis. 58. num. 8. Thesaur. decis. 39.* vbi tamen
4 modificat quando procederetur die feriata ex natera causæ, puta quod esset
5 de causis, quę ferijs non obstantibus possent tractari, vt sunt causæ piæ, *Rodriq. qnæst Regul tom. 2. quæst. 70. art. 2. Reginal. in praxi fori penitent. liar. 19.*
6 *num. 44.* Miserabilium personarum, & similium, de quibus vltra citatos Authores, & *Menoch. de arbitr. Iudic lib. 1. quæst 30. Renat. Koppin. de priuil. Rustic. cap. 7. Seace. de Iudic. lib. 2. cap. 5. num. 43. & seq. Gratian. decis. 21. num. 6. Aluar de priuil. pauper. part. 2. quæst. 65. num. 43.* Nos & diximus *in tractat. de priuil. miserabil. person. priuil. 52. & in collect. decis. ad pragm. 1. de Ferijs*, Tunc
7 enim ferijs non obstantibus possent testes ad deponendum compelli, & vo-
8 cari, prout sic pariter erit, quoties ex rescripto Principis ferijs dispensatum esset, *Ann. sing. 192.* licet *Reg. Rouit. in Rubr. Pragm. de ferijs sub num. 6.* contrarium attétent, quando ad partis instantiam dispensatio fuerit obtempta, quia illa testibus & Iudicibus non poterit secundùm ipsum officere.

9 Cæterum ad nostrum intentum deueniendo liceat referre quod ad instantiam Terræ S. Gregorij de anno 1575. per Consiliarium Cæsarem Vitellium Commissarium destinatum domi fuit prouisum Baronem debere se abstinere à derogando ferijs Messium, & Vindemiarum.

10 Derogare siquidem ferijs altera par-
11 te renitente solius Principis est, cum illarum derogatio sit contra ius commune, *Alex cons. 42. num. 6. vol. 3.* quem refert & sequitur *Peregrin. Iannin. in tract. de Citat. Reali lib. 1. cap. 1. nu. 210.*
12 vbi quod inferior non potest tollere legem Superioris, *l. nam magistratus ff. de arbitr. cap. cum inferior. de Maiorit. & obedient. Glos. in l. si feriatis ff. de Ferijs*
13 Inde in Regno solum Regentes Regiam Cancellariam hanc habent facultatem, à quibus ferijs æstiuis impetrantur memoralia cum decretatione, vt procedatur in causis ferijs non obstantibus.

14 Quare in Vassallorum grauamen redundat, si Vtiles Domini se ingerant in decretando similia memorialia pro derogatione feriarum.

15 Vltra quod Acta omnia facta mediante tali derogatione Baronum essent nulla, vti dependentia ex dispensatione facta à carente potestate, *arg. l fin. ff. de iurisd. omn. Iud. l. fin ff. de offic. Præfect. Vrb.* & conueniunt quæ larga manu exarauimus in *praxi, siue tract. de elect. & variat. fori quæst. 2. à num. 12. cum plurib. seqq. sect. 1. in moderna impressione*, quatenus ibi comprobauimus electionem fori esse faciendam coram Iudice competente habente potestatem in conuentos, alias illam claudicare, vnde eligentem in forum Regiam Prouincialem Audientiam non suam minimè audiri *ibidem. num. 20.* concluſimus, prout & ita duabus vicibus consulti voce respondimus; & meam hanc opi-

nionem,

Digitized by Google

nionem, quam recenter amplectitur *Carleual. in tract. de Iudic. disp. 2. quæst. 6. sect. 7. num. 649. fol. 267. col. 2.*

16 Et in terminis nostris sententiam latam in die feriata esse nullam ex *l. 2. l. omnes Iudices l omnes dies l. dies festos C. de feriis Glos. in l 1. C eod.* & ex concordantibus allegatis fundat *Borrell. in coment. ad pragm. odia licium §. 3. glos 4. num. 66.* quem nouiter commemorat *Mele in schol. ad Gizzarel. decis. 58. num. 17.* vbi *ex nostra doctrina* quam reportat *ad pragm. Regn. collect. 95.* confirmat talem sententiam nullam mere-
17 ri executionem, nec partium consensu ratificari posse ex defectu iurisdictio-
18 nis, & alia conglomerat in hac mate-
19 ria feriarum, de qua etiam tractat *Mausson. in tract. de cauf. executiu. Ampliat. 1.*
20 dum ibi discutis, si Debitor suspectus de fuga possit arrestari in die feriato, vel tempore feriarum, & post antiquorum affirmatiuam opinionem, cum & ille pertranfit, quæ in rei veritate est in communi obseruantia vt apud *Farinac. in pract. crim. tit. de Carter. & Carcerat quæst. 27. num. 107. Graff. in tract. de except. in præiud. num. 137. Illustriss. Episc. Riec. in collect. decis. 1203.* etiam
21 si esset Dies Natiuitatis, vel Resurrectionis Domini *Galter. in pract. Instrument. in 3. part. princip. Rubric. 2. num. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Vendendę non sunt res magni valoris pro paruo debito.*
2 *Creditor accipiens pro credito suo bona melioris conditionis dicitur versari in dolo.*
3 *Creditor non potest eligere meliora bona pluris valentia, quoties alia proportionabilia offeruntur.*
4 *Barones, & Officiales se abstinere debent in faciendo vendere Bona magni valoris pro paruo debito.*
5 *Bona meliora ad libitum creditoris non possunt accipi vigore, Auth. Hoc nisi de solut.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando pro paruo debito eorum bona magni Valoris venduntur.

GRAVAMEN CLXXXVIII.

1 REs magni valoris pro paruo debito minimè esse vendendas, aliàs subditos debitores in rebus suis grauari, quã recenter enunciat *Gabr. Berart. in Spec. Visit. tit. de Baiul. gener. cap. 15. num. 27.* allegat *text. in l. 2. & l. si quos, C. de rescind. vendit.*

Iuuat hanc partem post Antiquorum Scholam Neapolitanus noster *Marta in decis. Rot. Pisan. 130.* quatenus tuta-
2 tur, versari in dolo, ac malè agere Creditorem vendentem bona prætiosiora debitoris, dum posset ex alijs vilioris conditionis satisfieri, quod & nos pariter ex eodem, & alijs Antesignanis replicauimus supra hoc *eod. tom. 2. Gra. uam. 117. num. 7.* vbi conducentia pariter habes ad hoc propositum.

3 Conducit *Imol. in l. à Diuo Pio §. in venditione, ff. de re Iudic.* dum voluit Creditorem non posse eligere meliora bona pluris valentia, quoties alia proportionabilia offerãtur, sequũtur *Trentacinque variar. resol. lib. 3. tit. de solutionibus Resol. 36. Ludouic decis. Perus. 65. part. 2. Guttierez de Iuramento confirmatorio cap. 29 sub num. 2. Carocc. in tract. de oblat. part. 2. num. 81. Carpan in coment. ad statut. Mediol. cap. 163.*

4 Quare abstinere se debent Vtiles Domini, & Iudices mandare, & procurare, quòd pro paruo debito vendantur bona meliora Vassallorum, sed mediocria debent subhastare, & accipere, vt creditores habeant intentum, & debitores non grauentur.

5 Et ex supradictis non sunt audiendi, qui firmarunt in materia *Auth. Hoc nisi de solut.* licere creditori de oblatis Bonis meliora ad proprium libitum eligere, de quo sanè articulo cùm magis effrenatè locuti fuerimus in speciali *tract. de Datione in solutum in quæstione particulari, sect. 2.* in moderna editione, benè erit vt ibi me remittendo amplius non loquar.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Manutētio datur quasi possessori seruitutis etiā conficiēdi carbones, n. 2.*
3 *Possessio probatur ex testibus deponentibus de visu, publica voce, & fama, & auditu à Maioribus.*
4 *Manutentio competit probata possessione.*
5 *Præsumitur quis in dubio possidere iure proprio, nō alieno, seu precario*
6 *Communitas habet Iuris assistentiā quod pascua, & silua ad illam pertineant.*
7 *Solutio facta sub nomine gabellę cēsetur facta respectu iurisdictionis non autem dominij.*
8 *Res una, & eadem diuersis respectibus potest à pluribus possideri.*
9 *Communitatis possessio, an probetur ex possessione singulorum, cū aliud sit Communitas, aliud singuli de Communitate, limita vt num. 10. & extende limitationem vt n. 11.*
12 *Solutio gabellæ respicit Iurisdictionem, non dominium.*
13 *Illatio non fit de vna possessione ad aliam diuersam.*
14 *Res una, & eadem potest à pluribus diuersis respectibus possideri.*
15 *Licentia ad aliquid petita Domino Castri ab aliquibus de Communitate non præiudicat Cōmunitati.*
16 *Præsumptio facultatiuæ possessionis tollitur ex multiplicatis actibus per antiquissimum tempus.*
17 *Probibitio de vna re ad aliam non infertur.*
18 *Præsumptio clandestinæ, & turbatiuæ possessionis tollitur ex longa continuatione.*
19 *Testium dicta non sunt cauillanda sed coadiuuanda, & ad concordiā reducenda*
20 *Dominium concernentia non discutiuntur in sūmarijssimo possessorio, sed reijciuntur ad possessorium.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si habentes ius faciendi carbones in Siluis, & Montaneis Baronum, prohibeantur, & impediantur illos ibidē conficere.

GRAVAMEN CLXXXIX.

VBi reperiuntur Subditi in possessione cōficiēdi carbones in siluis, & Montaneis Baronum, & impediuntur illos conficere, vtique grauantur, siquidem manutentio danda est etiam quasi possessori seruitutis, nec illa priuari potest, *Boccac. de interdict. vti possidet. cap. 2. nu. 79. Seraphin. decis. 299. num. 9. Marant. in pract. de ordin. Iudic. part. 4. distinct. 7. num. 27. Menoch. de retinend. possess. Remed. 3. num. 103. & seq. Monach. decis. Bonon. 36. num. 7.* Igitur & subditis illa denegari nequibit circa facultatem faciendi carbones.

2 Et in terminis nostris manutentionem esse dandam pro vsu seruitutis conficendi carbones in siluis, & Montaneis notarunt *Plot. de in litem iurando §. 3. sub num. 28. Boccac. de interdict. vti possidet. cap. 9. num. 16.* quos cum alijs refert nouissimè *Pocchius in suo tract. de Manutinendo observat. 10. num. 52.* vbi pariter allegat Rotam in Tusculana siluarum Mercurij 18. Maij 1616. cuius tenorem si inspicere velis, vide vt infra.

Vniuersitas, & Homines Terrę Rocchę Papæ cùm se grauatos prætenderēt ab Excellentiss. D. Comestabili, qui pro certa bannimēta prohibuit ipsos in siluis in eo Territorio existētibus incidere ligna, recurū habuerunt ad Sanctissimum, & causa coram me tanquam ab A. C. deputato introducta dubitaui, an d. hominibus dandum esset mandatum de manutenendo in siluis, de quibus agitur cedendi ligna, nec non carbones conficiendi, & nullo pro parte D. Comestabilis informante, fuit per DD. affirmatiuè respōsum.

3 Nam constat de huiusmodi possessione

sione per Testes, qui deponũt de vsu per 40. annos, & vltrà de publica voce, & fama, & de auditu à maioribus ex quibus d. eorũ possessio benè probatur, *Alex. conſ. 103. n. 3. lib. 3. Rot. dec. 375. nu. 1. par. 3. lib. 2. diuer.* cum alijs per *Menoch. de retin. remed. vlt.*
4 *n. 34.* & sic competit manutentio, §. *retinẽdę Inſt. de interd. l. 1. §. huius autẽ, vbi Bart. in princ. ff. vti poſſid. Dec. in l fin. n. 7. C. de edict. D. Adr. toll.*

Nec ista possessio fuit præcaria, videlicet de licentia DD. de Co-
5 lumna, id enim in facto negatur, & in dubio quis iure proprio, non alieno possidere præsumitur, *l. Titia ff. de solut. glos. in l. 2. in ver. vt dominum, vbi Bart. & Salic. C. de acq. poss. Surd. conſ. n. 135. 24.* tanto magis cum hic vltra iuris assistentiam pro communitate, quod pascua, & Siluæ ad illam pertineant, *l. omnes la 2. C. de oper. publ. l. omne territorium, C. de cenſib. lib. 11. Couar. pract quæst. cap. 37. num. 7. Menoch. conſ. 427. num. 2. & conſ. 944. num. 62.* & idem tenuit *Rot. in cauſa Tiburtina Caſtri S. Pauli 19. Iunij 1592. corã Litta*, ex testibus pro eadem examinatis apparet dd. hominum possessio in huiusmodi siluis quæ semper Communitatis reputatæ, & nuncupatæ fuerunt.

Non obstat solutio Domino Castri pro tempore ab ipsis facta, quia
7 solum id euenit pro gabella respectu iurisdictionis, vnde fuit tantummodo soluendum, vbi carbones & ligna de Territorio extrahebantur, non autem quando pro vsu illorum hominum inseruiebant, nec id esse potuit respectu dominij, cum illi sub nomine gabellæ, non autem recognitionis soluerint, prout non solùm ex testium dispositione constat, sed etiam ex bannimentis ipsium D. Comestabilis in quibus habetur dd. homines cum solita gabellæ recognitione in siluis de quibus agitur incidisse ligna, & carbones confecisse, nec aliud pro parte Communitatis prætenditur.

Vnde non controuertitur in eisdem siluis D. Comestabili competere ius glandium, quod non repugnat iuri Communitatis, cum vna, & eadem res diuersis respectibus
8 valeat à pluribus possideri, *Bart. in l. si duo num. 4 ff. vti poſſid. Alex. conſ. 99. num. 23. lib. 5. Rim. Sen. conſ. 219. num. 21. Oldrad. conſ. 227. Rot. dec. 363. par. 1. diuerſ.*

Et quia concordat pariter alia decisio facta coram eodem in eadem Tusculana siluarum Lunæ 6. Iunij de eodem anno 1616. placuit illius tenorem hic inferere, & est vt sequitur.

Firmato coram me sub die 18. Maij præteriti, quòd Vniuersitati & hominibus Rocchæ Papæ dandum esset mandatum de manutenendo pro lignorum incisione, nec non confectione carbonum in siluis in eo Territorio existentibus, ex quo pro parte Excellentiss. D. Comestabilis informatum non fuerat, denuò causa ipso audito per me proposita visum Dominis fuit standum in decis. non obstantibus in contraium adductis.

Et primò non releuat Communi-
9 tatis possessionem ex possessione singulorum non probari, cum aliud sit ipsa Communitas, aliud singuli de Communitate, cessat enim obiectum ex testium depositionibus, ex quibus probatur singulos tamquam in silua Communitatis incidisse ligna nec non de scientia, & patientia eiusdem Communitatis apparet ex continuata siluarum incisione per longissimum tempus, & ex alijs actibus conuocato Consilio pro ipsius siluæ defensione factis ex quibus per singulos benè dicitur acquisita, & conseruata Cõmunitatis possessio vt per *Cæp. de ſer. ruſt. præd. tit. de ſeru. iur. paſc. cap. 9. n. 28. & ſeq. Pariſ. conſ. 111. n. 72. lib. 1. Surd. conſ. 28. n. 32. & ſeq. Afflict. dec. 376. n. 6.*

Et

11 Et licèt isti particulares possessionis vtilitatem in vsum proprium conuerterint, non tamèn implicat ius non esse Vniuersitatis, vtilitatem verò singulorum, *glos. in l. sicut in ver. non debetur in fin. ff. quod cuiusque Vniuersitas. Paul. de Castr. in l. sicut §. si quid vni. num 6.*

Non obstat ab antiquissimo tempore D.D. Columnenses locasse siluaticum, & prætium recepisse, quia possessioni dd. hominum id non repugnat, cum solutio facta fa-
12 cit pro gabella respectu iurisdictionis in exactione, vt ex testibus etiam colligitur, qui deponunt solutioni dumtaxat locum fuisse vbi carbones, & ligna de Territorio extrahebantur, non autem quando pro vsu d.d. hominum inseruiebant.

Non obstat pariter eosdem homine de ceteris, & arundinetis D. Comestabili certam portionem re-
13 spondere, nam inde ad possessionem de qua agitur, inferri non valet, sicut etiam non relcuat absque licentia D.D. Columnensium dd. siluas ad culturam redigi non posse, hæc enim ad præsentem casum non influunt cum hodie solum de lignis incidendis, & conficiendis Carbonibus agatur.

Non obstat Comestabilem esse in possessione glandeandi pascua, nec non custodes apponendi, quia talis possessio non præiudicat possessioni Communitatis respectu iuris inci-
14 dendi arbores cum vna eadmque res diuersis respectibus valeat à pluribus possideri, *Bart. in l. si duo num. 4 ff. vti possid. Alex. conf. 99. num. 25. lib. 5. Rosin. sen conf. 219. num. 11. Otto ad conf. 17. Rot. decis. 563. num. 3. part. 1. diuers.*

Quod excipitur nonnullos de Vniuersitate petiisse licentiam incidendi ligna pro domibus reparandis, non officit cum d. licentia ab aliquibus petita vniuersis de communitate præiudicare non potuerit, *Rim. conf. 107. num. 4. lib. 1. Surd. conf. 323. num. 10. & seq. lib.*

Et licet ex aduerso prætendatur huiusmodi licentiam fuisse concessam Vniuersitati, & sic eius possessionem esse facultatiuam; fuit tamè responsum illam pro domorum tantum reparatione emanasse pro scandalis conficiendis, quæ vt Testes deponunt fiunt solum de arboribus glandiferis, quorum incisio per D. Comestabilem impeditur ob interesse iuris glandeandi, quod habet. Vnde non mirum si d. incisio ab eo venit approbanda; de licentia verò carbonorum nō apparet, nec quod illa fuerit effectuata, imò ex quadam copia pro parte D. Comestabilis producta colligitur illam solum emanasse ad effectum extractionis, quæ possessioni, de qua agitur non præiudicat, & in omnem euentum ex multiplicatis actibus per antiquissimum tempus facultatiuæ possessionis præsumptio tolleretur *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 55. de caus. possess. propriet. Seraph. decis. 212. num. 2. & decis. 323. num. 4.*

Non obstat *DD.* Columnenses per publica bannimenta lignorum incisionem in silua nūcupata, Communis prohibuisse non enim constat de prohibitione effectum sortita, quamuis in silua particulari ipsius
17 Domini prohibitio verificetur, de vna autem silua ad aliam inferri non potest, *Din. conf. 21. in fin. Socc. Iun. conf. 79. num. 21. lib. 3.*

Non obstat dicere Communitatis possessionem vti clandestinam vel turbatiuam non releuare, quia probatur ex testibus illam antiquissimā
18 & continuatam extitisse, vnde præsumptio clandestinæ & turbatiuæ possessionis tollitur *Bal. conf. 161. num 2. vers.* item non dicitur illa clandestina *lib. 3. Alex conf. 110. in Princip. lib. 2.*

Circa

Circa prætensas contrarietates, quæ Testibus Communitatis obijciuntur benè videntur illæ tolli per informantes 19 vltra quod cauillanda non sunt dicta Testium, sed potius coadiuuanda veniunt & ad concordiam reducenda *Alex. conſ. 186.n.4.lib.7.Dec.conſ.270. nu.7.par.3.*

Cætera verò in contrarium adducta, vel compatibilia sunt cum possessione cedendi ligna, & carbones conficiendi, 20 vel concernunt dominium de quo discutiendum non est in hoc summarissimo possessore, sed ad petitorium illud venit reijciendum, *Bart.in l. naturaliter §. nihil commune num.3. ff. de acq. poſſ. Nacl. conſ.419.num 5.lib.2. Capic. deciſ. 121. num.30. Menoch.de retin.remed.3.n.675.*

SVMMARIVM.

1 *Vaſſalli ſoliti colligere fenum in Montaneis Baronum, poſſunt illud colligere.*

2 *Soliti exigere fenum habent poſſeſſionem, & ideo in illa manuteri debẽt, ſicque practicauit Author, vti Regius Auditor in Capitinata, n.3.*

4 *Author in ſua adoleſcentia tempore Ducis Albæ fuit Gubernator in Terra Agerulæ, & Iudex in diſtrictu Amalphiæ.*

5 *Durum eſt contra ſtimulum calcitrare.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi ſoliti colligere Fenum in Montaneis Baronum pro vſu proprio, & pariter cauſa vendendi prohibeantur.

GRAVAMEN CXC.

1 EX montaneis, & ſiluis incultis exiſtentibus in Terris Baronum, ſi ſoliti ſint Vaſſalli colligere fenum, naturaliter naſcentem, vulgò (lo Feniello) non ſolum pro vſu proprio, verum etiã pro alieno, vt vendant exteris, vtiq; grauarentur, ſi Barones illos impedire vellent.

Iuſtificatur hoc aſſumptum ex dictis per *Gramat.deciſ.67 & per nos tom. 1. Grauam.126.* vltra deducta in ſuperiori grauamine.

2 Dum enim ſunt ſoliti fenum colligere in dictis montaneis, videntur Subditi habere poſſeſſionem, *Maſcar. de probat. concl.1190 Cæſar de Graſſis deciſ.14. nu. 4.& 5 de Teſtib. Rot.in Mediol. Bonor. Veneris 7. Febr.1629.coram Illuſtriſſ.D. meo Coccino Decano*, vbi quod vera poſſeſſio conſiſtit in ſecatione, & perceptione feni, recentiſsimè refert, & ſequitur *Portius in tract de Manuten.obſerv. 33.num.15.* quo in loco fusè probat de viu, & fruitione rei, & de actibus qui ſolent fieri à Dominis in rebus ſuis, & primò de fructuum perceptione.

3 Hinc cum caſus accidiſſet in facto tempore meo in Regia Prouinciali Audientia Capitinatæ, fui pronus relaxare promſiones, quod manuteneantur in poſſeſsione colligendi fenum Ciues in Mõtanea Baronis iuxta antiquum ſolitum, cumque fuiſſet habitus recurſus pro parte in S. R. Conſ. pro reuocatione dictarum prouiſionum per Reg. Conſiliar. D. Franc. de Ocampo b. m. fuit prouiſum quòd firmis remanentibus prouiſionibus expeditis per Reg. Audientiam veniant acta ad finem prouidendi.

Reperi idem grauamen prætenſum pro parte Ciuium Terræ Agerulæ, & ni fallor tempore Ducis Amalphiæ, vt reminiſcor vidiſſe in quibuſdam Scripturis ant; quis, dum ibidem annis elapſis Præſidente in hoc Regno vti Prorege Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D.D. Ant. Aluaro de Toledo Albæ Duci Gubernatoris officio in mea adoleſcẽtia fungeretur decoratus etiam Indicatus munere in ead. Ciuit. Amalphiæ, nec non in Ciuit. Minorum, & in alijs locis eiuſd. Regionis, licèt cum veritate non poſſim affirmare exitum cauſæ, nam mea memoria (quæ regulariter omnibus labilis eſt) id non concedit, non recordor, inquã quid ibi extiterit prouiſum, ſed non vereor iuxta ſupradicta debere eſſe determinatum, cùm contrarium ſuaptè ſuaderi nequeat, niſi fortaſſe alia concurrant ad fauorem Vtilium Dominorum, quæ ſi erint, tunc Iudex poterit mutare ſententiam, & ſi in poſſeſſorio erit ijs etiam concurrentibus, durum ſonera tale ſtimulum calcitrare.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Grauamen sapit cogere Subditos ad danda Oua, vel Agnos in die Paschalis, nisi tamen in contrarium vigeat consuetudo num. 2.*
3 *Oua solent dari per Parochos Illustrissimo Episcopo Vici Equensi in die Pascatis.*
4 *Onera leuia, & exigua non dicũtur de Regalibus.*
5 *Onera leuia, & exigua imponẽdi ius potest ab habentibus iurisdictionem à Principe præscriptione, vel consuetudine acquiri, etiã q̃ in inuestituris hoc expressum non sit, & num. 6. Sed declara, vt num. 22.*
6 *Exemplum exempli non probat.*
7 *Scriptura in vim compulsorialiũ extracta probat.*
8 *Præscriptio quadragenaria non sufficit ad præscripendum Regalia, sed requiritur titulus, vel immemorabilis.*
9 *Regalia minora à maioribus separari non possunt in præiudicium Principis.*
10 *Onera an sint læuia arbitrio Iudicis remittitur.*
11 *Oneris grauitas, an constituatur ex successiua, & perpetua impensa.*
12 *Culpa propria, quod euenit sibi, & non alijs imputari debet.*
13 *Impẽsa, cum onere personali grauamen non auget.*
14 *Coaceruatio expensarum non inducit diuersam in iure determinationem, quando oriuntur ex diuersa specie tempore, & obligatione.*
15 *Testes discordantes sunt conciliandi, & defendendi, non autem lacerandi.*
16 *Testes de Vniuersitate nõ sunt idonei testes pro Vniuersitate, vbi sunt nominati in mandato procuræ.*
17 *Testes duo in omni negotio sufficiunt.*
18 *Testes nulliter examinati non probant.*
19 *Protestatio in calce literarum remissorialium arguit scientiam contentorum in literis.*
20 *Scientia in iudicialibus si non arguit consensum, arguit non dissensum, qui sufficit.*
21 *Protestatio non repetita in quolibet actu non reseruat iura protestantis.*
22 *Protestatio nullitatis examinis conseruat nullitates existentes, non autem iam sanatas reuiuiscit, ibidem.*
23 *Singula, quæ non prosunt multa collecta iuuant.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si cogantur Baronibus in die Pascatis dare Agnos, vel Oua.

GRAVAMEN CXCI.

1 ADstringere Vassallos dare Agnos, vel Oua in die Paschatis sapit grauamen, & proindè Barones ab hoc se abstinere debent.

Redditur verum id, quod hic assecuerauimus ex ijs, quæ considerauimus *tom. 1. Grauamin. 9.* vbi erit videndum, ne eadem reassumamus fundamenta.

2 At cum ibidem putauimus claudicare regulam hanc, vbi extaret legitima consuetudo, vel legitima præscriptio asportandi huiusmodi Baronibus possent ad id cogi subditi, vt seruatu in Dioecesi Vici Equensi, in qua Parochi in tali die tenent, & coguntur portare oua Illustrissimo Episcopo.

3 Nam id videtur versari in muneribus leuibus, & parui valoris, inde ne mutare se tentiam appaream, placet, & hic iterum eandem firmare adducendo proclipeo decisionem nouissi-

Digitized by Google

mam Romanæ Rotæ in Anconitana florum Veneris 29. Nouembris 1630, coram R. D. Pirouano auius tenor est, vt sequitur.

Dictum fuit standum esse in vltimo loco decisis, quia vera est
4 limitatio in decisione firmata, quando onera sunt læuia, & exigua illa de Regalibus non dicun-
5 tur, *Franc. decis. 57. n. 13.* vt propterea per habentes iurisdictionẽ à Principe non prohibeãtur præscriptione, aut consuetudine talia acquiri, etiam quod inuestituris expressa non sint *Clar. in §. feudũ quæst. 20. vers. benè verum est, Rosental. de feud. quæst. 17. num. 2. Capiblanc. de Baronibus Pragmat. 1. num. 113. Franch. dict. decis. 16. num. 13.*

Non obstat, quod de Iurisdictione Cõmunitatis Anconæ sufficienter non constet ex transuntis Bullarum Nicolai V. & Eugenij Quarti, vti extractis ex libris eiusdem Communitatis, qui aliud non sunt, quam exempla dictorũ breuium, nec probant, *Authen. si quis in aliquo*, vbi *Dec. nu. 30. C. de edendo Puteus decis. 155. nu. 2. lib. 1. in correct.* & idem *Rota* sensit in hac causa 5. Decẽbris 1617. coram Buratto.

7 Quia quidquid sit de prima extractione ex noua tamẽ compulsatione vigore literarum remissorialium *Rota* contrarium sensit 4. Martij 1622. coram eodem recedendo à supradicta decis. 5. Decẽbris 1617.

Similiter nequè releuat, quod onera læuia sint de Regalibus põderando verba nihil aliquid *in l. placet, C. de excusat. muner. li. 10. in l. 1. C. ne rustici ad vllum*
8 *effic. deuocent lib. 11.* quæ videntur posse verificari in minimo seruitio, vt propterea non sufficiat quadragenaria, sed requiratur titulus, vel immemorabis titulum præsumptum continens, *Peregri. de iure Fisci lib. 1. tit. 1. nu. 65. Rosental. de feud. cap. 5. quæst. 17. nu. 2. Couarr. in reg. possess. par. 2. §. 4. num. 5. cum alijs,*

9 Quia Regalia quidem minora à Regalibus maioribus non solent in prejudicium Principis separari, & inter minora comprehenduntur ius capiendi bona contrahentium incestas nuptias ius capiendi bona damnatorum, & præscriptorum, quæ ponuntur *per Afflict. in tit.* quæ sunt Regalia, & de istis, si ageretur, non ita de facili possent prescribi solo decursu quadraginta annorum, sed requiritur titulus vel immemorabilis in læuibus, tamen omnes supracitati conueniũt præscriptione, cum consuetudine dari acquisitionem, quia non sunt de Regalibus, quorum auctoritates in responsionibus datis non euelluntur, quia in præsenti Ciuitas nititur consuetudine quadragenaria testibus probata, qua supposita intrat limitatio in principio per *Franch. Clar. & alios firmata*.

Quod si replicetur admittendo læuia non esse de Regalibus onus tamen asportationis florum non esse inter læuia connumerandum propter successiuum, & perpetuum onus, & penæ scutorum 25. contumacibus indictæ, ac impensam, nè dum realem, sed onere personali iunctam deferendi, scilicet flores ad Ciuitatem, & ab opidanis diuersæ Diocesis forte simili onera pro alia solemnitate grauatis.

10 Poterit obiectum euitari hanc scilicet læuitatem onerum, & impensarum arbitrio Iudicis esse terminandum, *Salicet. in l. 2. quæst. 7.*

vbi

Digitized by Google

vbi *Cremen. nu.* 58. *& Cagnol. nu.* 129. *C. de rescind. vend. Menoch. de arbitr. casu* 145. *num.* 4. quæ cum ratione materiæ sit absque impensa, & onus impensæ delationis sit modicum, semper inter læuia est adscribenda.

11 Et nihilominus ad hunc effectũ successiua impensa, & perpetua non constituit grauitatem oneris, vt inter Regalia dicatur, quia non consideratur, vt præscripta, aut consuetudine firmata, sed vt præscribenda, & acquirenda, *Bart. in l. de in rem vers. num.* 3. *ff. de vsur. Fælin. in cap. de quarta num.* 25. *de præscript. Balb. eod. tit. in* 1. *par. principalis quæst.* 10. *num.* 7. *Menoch. præsumpt.* 131. *num.* 93. *lib.* 3.

12 Nec indictio pœnæ scutorum 25. contra cõtumaces auget onus impensę propter primam culpam, quam vnusquisquè sibi & nõ alijs debet imputare, *l. qui proprio, §. Procurator, ff. de Procurator, l. si quis negotia, ff. de negoc. gest. Dyn. in reg. damnum de regul. iur. in* 6. Sed in præsenti cessat, & hæc pœnæ indictio, quia contra Communitatem non proceditur per pœnam, nequè per censuras contra particulares, sed per mandata cõtra bona Communitatis, & in eorum defectum per indictionem collectæ, iuxta resolutionem in

13 hac causa 10. Maij, præteriti, impensa vero realis, cum onere personali, nec minus auget Grauamẽ secundum allegatos, *per Mastrill. de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 332. quia impensa respectu materiæ nõ datur, ex quo flores in Pascuis colliguntur, & personæ flores deferẽtes mercede ab ipsa Communitate conducuntur, atquè ita sẽper onus reducitur ad impensam Communitatis, non autem personarum particularium. Demum diuersitas Dioceſis, & simile onus, quòad propriam Ecclesiam, nihil reuelat, quia coaceruatio personarum non inducit diuersam

14 in iure determinationem, quando vt in præsenti oriuntur ex diuersa specie tempore, & obligatione, *Alex. in l. si idem num.* 6. *ff. de iurisdict. omn. iudicum. Declarando, l. si quis separatim, §.* 1. *ff. de appellat.*

Secundo principaliter non obstant, quæ replicantur contra dicta testium, & personas, & eorũdem, examinis validitatem.

Quia quòad dicta testium fuit responsum in decis. quæ reuidetur

15 & quatenus in aliquo discordarent ad inuicem, sunt reconciliandi, & defendendi, non autem lacerandi, *Rot. decis.* 309. *nu.* 2. 344. *numer.* 2. 351. 338. *coram Ludouisio.*

16 Respectu vero personarum primi, & quinti, ex quo interuenerunt in mãdato dato ad hanc causam, & sint Anconitani quorum, propterea dicto, sit deferendum *Rota decis.* 504. *num.* 9. *&* 210. *nu.* 1. *&* 7. impressis post secundum vol. *cons. Farinacc.* si ad hunc non essent computãdi, cum super sint secundus, tertius, & quartus testes de plena probatione non est

16 dubitandum, cum in omni negotio duo sufficiant, *cap. in omni negotio de testibus, l. vbi numerus, ff. eodem tit. Specul. in titul. de teste, §. restat in princip.*

Et quòad validitatem examinis, quod fuerint testes examinati extra terminum remissoriæ, & consequenter nulliter, & inualide ex facto cessat difficultas.

Nam si verum sit, quod die 29. Aprilis 1629. fuerit decreta remissoria, cum termino duorum mensium, proxime tunc se quen-

Digitized by Google

rium; attamen est, etiam certum, quod in decreto subsequũtur alia verba, nempè à die consignationis, præsertim hic in Curia computandorum, quæ consignatio, cũ fuerit facta die 4. Septẽbris eiusdem anni, qua die bimestre currere incipiebat, & terminus fuerit prorogatus ad alium mensem, satis patet testes in termino fuisse receptos, dum examen cæptum fuit die 31. Octobris, & perfectum de mense Nouembris, & sic ante diem 4. Decembris, in qua terminus remissoriæ finem recipiebat.

Si verò excipiatur, prout excipit Communitas Offaneæ de defectu iurisdictionis Iudicum remissorialium, & de examine extra locum ex eo, quod non fuit concordatum de iudicibus, prout fuerat per Procuratorem eiusdem protestatũ, & literæ remissoriales emanauerint, cum deputatione Ciuitatis Laureti contrariæ decreto remissoriæ, in quo eligitur Ciuitas Anconæ, & similiter fuerint nominati Vicarius, & Archidia-
17 conus, absquè consensu Procuratoris, & inde sequatur examinis inualiditas, tàm respectu Iudicum quàm loci, *Rota decis.* 256. *nu.* 2. *par.* 1. *&* 413. *nu.* 3. *par.* 2. *recent.*

Ex eodem facto nullitas reparatur, quia ea instrumento delegationis constat deputatione Iudicum à loci, & in calce eiusdem instrumenti, adest protestatio Oliuerij Procuratoris Communitatis dicentis nó deueniri ad executionem retroscriptarum literarum remissorialium in partibus, nisi citato in quolibet actu Ioanne Do-
18 minico Belgio Procuratore in Ciuitate Laureti, ex qua protestatione oritur scientia cõtentorum in literis, *per l. non est ferendus, ff. de transact. Abb. cons.* 18. *numer.* 3.
19 *Menoch. cons.* 272. *num.* 5. *Surd. cons.* 150. *n.* 30. Et ex eadem scientia, si non oritur consensus, saltem
20 colligitur non dissensus, qui sufficit in iudicialibus, vt protestatio non repetita in quolibet actu non reseruat iura protestantis, *Seraph.* non in his terminis *decis.* 308. *&* 1169. *num.* 7. *Mohed. decis.* 2. *de iudic. Puteus decis.* 213. *in nouis,*
21 *lib.* 2. Propterea protestationes factę in actu examinis testiũ, quod per dationem interrogatoriorum non intendebat procurator Communitatis Offaneæ nullitates processus examinis faciendi conualidare, conseruauerũt quidem nullitates existentes, non autem quę non erant, reuiuiscerunt, cum hoc nõ sit de natura protestationis reseruatoriæ, *Bart. in l. penult. C. de poss. Ang. in l. si quis legauerit nu.* 1. *ff. de legat.* 1. *Becc. cons.* 74. *nu.* 16. *&* 34. *Surd. cons.* 152. *nu.* 29. *& cons.* 180. *num.* 14.

22 Cæterum meo non arridet ingenio, nec id adæquat concurrere cum suprà dicta opinione, nisi cum declaratione, vt illa procedat quoties nomine Vniuersali deberẽtur Oua, vel Agnus Baroni, at secus si à quolibet particulari Oua, vel Agnus expeteretur, vel prætendatur haberi, quia in tali casu non agnoscerem esse onus leue, ea de ratione, nam licet respectu ouorum, & Agni possit dici onus læue, quia si ab omnibus particularibus essent tradenda excresceret numerus, & de læui magnum oriretur emolumentum, & contrarium è contra magnum esset onus ex singula, quod quæ singula sunt nulla, vnita postea magna redduntur, *argum. l. Spadonem, §. qui iura, ff. de*
23 *excusat. Tutor*, vbi probatur, vt singula, quæ non prosunt multa collecta iuuant, *l. rationes, & l. Instrumenta, C. de probat. l. stipulatus in princip. ff. de vsur.* cum latius adductis, *per Gabr. conclus.* 1. *de probat. & per Card. Tusc. pract. conclus. lit.* 5. *concl.* 296.

SUM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Exigendi quasi possessio probatur ex solutionibus, & receptionibus præcedentibus, nec non ex Instrumentis solutionũ, & quietationum, num. 2.*

3 *Solutiones præbent, & probant quasi possessionem exigẽdi, si sint factæ simpliciter sponte, & absq; protestationem, secus si in actu solutionis soluens, fuerit protestatus.*

4 *Exigendi quasi possessio, quando ex deposito arguatur, & numer. 5. & 9.*

6 *Mandatis superioris, qui parit nõ animo obediendi, sed timore, non constituit Aduersarium in quasi possessione.*

7 *Solutio facta, cum protestatione (sine præiudicio quorumcunque Iurium) non constituit in quasi possessione exigendi.*

8 *Solutiones factæ, cum protestatione in ipso acto, quod soluebatur metu censurarum non dicuntur constituisse in quasi possessione exigendi.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si soliti soluere aliquid Baronibus, cum protestationibus cogãtur simpliciter, absq; illis solutionem facere.

GRAVAMEN CXCII.

EXistente lite inter Vassallos, & Baronem soliti erant, nè sibi præiudicarent Vassalli soluere quoddam ius cum protestationibus quibusdam, cumq; Baro deindè cogere vellet subditos ipsos ad faciendam talem solutionem simpliciter, & liberè nulla interueniente protestatione dixi rogatus deuoto in hoc grauari Vassallos, quia esset alterare, & mutare modum solutionis, ad quod adstringi nequibant subditi, & proindè cum ratione non posse id prætendi à Barone.

1 Oritur, & grauamen, nam regulariter exigendi quasi possessio probatur ex solutionibus, & receptionibus præcedentibus, *Verdl. decis. 343. par. 2. Afflict. decis. 325. Boer. decis. 239. Ludouic. decis. Lucens. 65. Rota in Recentior. dec. 508. part. 2. eadem Rota in Romana fideicommissi de Epis. Veneris 4. Aprilis 1631. coram R. P. D. Verospio, & in Romana locorum Mõtium coram Eminentissimo Cardinali Virili*, & consequenter per instrumenta solutionũ, & quietationum, *eadem Rota in Regiem pensionir 1614. coram R. P. D. Pirouano Rot. in Recent. decis. 122. par. 1. Illustrissimus Episcopus Riccius in collect. decis. 1507. Caualc. decis. 83. Illustriss. Coccin. decis. 31. numer. 3. & 7.* quod procedit, etiam præcedente mandato Iudicis *Ludouis. decis. 365.*

3 Et tamen idest verum, vbi simpliciter, & sponte essent factæ solutiones, at secus si interuenerint in illis protestationes, quia tunc nihil operantur ad quasi possessionem acquirendam, *Roman. cons. 364. num. 14. Ludouis. decis. 365. Card. Tusc. pract. conclus. lit. P. conclus. 420. num. 13. & seq. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 22. nu. 22. Gratian. discept. forens. cap. 310. num. 38. Cenc. de censib. part. 2. quæst. 5. artic. 4. num. 19. Lother. in tract. de re beneficiar. quæst. 38. num. 205. lib. 1. Rota apud Pacific. de Saluian. Interdicto decis. 44. num. 8. & 14. & apud Marchesan. de Commissionibus part. 1. fol. 970.* prout idem cõcluditur respectu depositi facti, cum protestatione, *ex Rot. post tract. Cenc. de cẽsib. decis. 233.* vbi quod quasi pos-
4 sessio exigendi probatur ex deposito, nisi illud fuerit factum cum protestatione, quia ex solutione, & deposito, idem inducitur effectus, *Rota apud eũdem Cenc. decis. 250. in fin.* & argumẽtum de vno ad aliud datur.

5 Itaut soluens, vel faciens depositũ, cum protestatione non constituit Aduersarium in quasi possessione, ad in-
6 star qui parit mandatis superioris nõ animo obediendi, sed ex timore *Puteus decis. 281. lib. 2. Maur. Arretin. in tract. de solut. cap. 21. num. 2. & seq.*

Digitized by Google

7 Hinc soluens, cum protestatione, sine præiudicio quorumcũquè iurium non facit acquirere quasi possessionem Aduersario *Gratian. forens. discept. 981 nu. 40. & seq. Rota apud Ceuc. in tract. de censib. decis. 250. sub num. 7.*

8 Et hinc solutiones factæ, cum protestatione in ipso actu, quod soluebatur ex metu censurarum non dicuntur constituisse in quasi possessione exigẽdi, *Veral. decis. 330. part. 2. Pont. de spol. cap. 16. nu. 169. lib. 2. Seraphin. dec. 1017. num. 6. Garzia de Benefic. cap. 5. num. 452. & seq. lib. 1. Marescott. var. resolut. lib. 1. d. cap. 22. num. 22. Rota in Auersana pensionis Veneris 34. Aprilis 1626. coram R. P. D. Pirouano, Gratian. forens. discept. tom. 1. cap. 113. num. 10. cum seq.*

9 Et ideò minimè probaretur quasi possessio ex depositio facto cum protestatione, quod fiebat metu censurarũ, & mandati executiui, nec ex Instrumento solutionis se ad huiusmodi depositum referente, *Veral. decis. 331, nu. 3. part. 2.*

SVMMARIVM.

2 *Recipere debens depositum, quid soluere teneatur.*

3 *Depositario non licet aliquid accipere pro restituendo deposito.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, si pro restitutione Depositi facti aliquid dare cogantur.

GRAVAMEN CXCIII.

VLtra emolumenta Actorum currentium in beneficium Capitanei, & Actuarij non tenentur, qui recipere debent depositum aliquid soluere pro depositi receptione.

Itaquòd si in posse ordinarij Capitanei, vel Actuarij, aut Aerarij, vel Syndici loci sit factum depositum, vbi illud esset restituendum, aut liberandum depositarius, nihil potest prætendere, quod si contrarium agatur, in subditorum resultat præiudicium, & Grauamen.

2 Stat enim communi calculo recepta opinio, nec contradictores habet Regula depositario, minimè licere aliquid accipere pro reddendo depositio, quia tenetur ex Iustitia illud reddere, *Medina de restitut. quæst. 25. Less. de obligat. Iustitiæ lib 2. cap. 14. dub. 9. nu. 66. Reginald. in praxi fori pœnitential. lib. 10. num. 179. Vasquez cap. 7. de restit. dub. 5. & 9. num. 70.* & post illos *Bonacin. de restitut. quæst. 4. punto 2. propos. 2. num. 5.*

Si igitur iuxta supradictam Theoricam depositum ex iustitia venit reddẽdum, consequens est necessarium, vt uolens retinere aliquid pro tali effectu cũ ligatas habeat manus, & consequenter agendo grauet, & peccet, & ad restitutionem teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Festiuitates in Natiuitate filiorũ Baronum, vel nuptijs ob publicã letitiam facere Vassalli non adstringuntur.*

2 *Cancellaria solet dispensare accedente consensu Vassallorum in faciendis festiuitatibus pro Natiuitate filiorum Baronum, vel nuptijs, aut pro luctis.*

3 *Actus facti ex gratia, & voluntate non obligant.*

4 *Manutentio, obstat in actibus dependentibus ex facultate.*

5 *Ius [illegible]*

6 *[illegible] Status non datur in dependentibus ex actibus facultatiuis.*

7 *Manutentio in facultatiuis, quando non detur.*

8 *Materia, quando non dicatur facultatiua.*

9 *Facultatis præsumptio, quando excludatur.*

10 *Gratia multiplicata non est præsumenda.*

11 *Possessio in actibus facultatiuis, quando dicatur acquisita.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando pro Nuptijs Baronum, vel Natiuitate Filiorum insignium letitiæ coguntur facere festiuitates, (vt est currere, vel luctare pallia) expensis Vniuersitatum, quamuis aliquando id soliti essent, alias agere.

GRAVAMEN CXCIV.

1 HAud quidem tenentur Vassalli in nuptijs Baronum, vel Natiuitate eorunmdem filiorum facere festiuitates ob publicam lætitiã, quamuis eorum accedente cõsẽsu possint pro tali effectu Vniuersitates aliquas pecuniarum quantitates expendere mediante Assensu Regio, qui de facili obtinetur.

2 Solet, in quam Regia Cancellaria dispensare cum Vniuersitatibus Regni vt occasione Natiuitatis primogeniti Baronum faciãt donationem alicuius quantitatis pecuniæ, *Reg. Tapia nouissimè in tract. de potestat, Reg. Cancellariæ pag.* 115. vbi quod id deductum est ex eo, quod faciunt Barones Regni in Natiuitate primogeniti Inuictissimi Domini Nostri Regis, idemq; dicit occasione Natiuitatis concedi licentiam expendendi aliquas pecuniarum quantitates pro festiuitatibus ob publicam lætitiam, nec non pro luctis, vt antea probauerant *Reg. de Ponte in tract. de potestat. Proreg. tit. de diuers. prouis. fieri solit. sub rubric. de Don. & expens. Vniuersit. numer.* 11. *&* 12. *post Auend. de exeq. mandat. Reg. cap.* 10. *n.* 2. *&* 13. *part.* 2.

Itaut, nisi voluntariæ fuerint huiusmodi expensæ contra Vassallos, vtique subintrabit Grauamen, prout pro grauamine fuit habitum cõtra vtilem Dominũ Terræ Sibaris in Anno 1567.

Quod quidem ampliabam in facti contingentia, vt quamuis aliquando Vassalli huiusmodi festas facere essent soliti, nec posset adstringi ad illas cõtinuandas, tũ ex ijs quæ diximus *tom.* 1. *Grauamen.* 10. & alibi.

3 Tùm etiam nam vti actus facti ex gratia, & liberalitate per modum facultatis, etiam per multos annos possont, hodiè negari fusè, *Ripa in capit. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess. & propriet. Gomes decis.* 20. *lib.* 2. quos nouissimè reportat *Ludouic. Pontius in suo tract. de manutenen. obseruat.* 53. nam præstatio temporalis nõ est modus obligationis validandæ, nec cursus temporis illam nudam vestit *Cristineus decis.* 95. *tom.* 2.

4 Ita quod manutentionem petẽti potest excipi materiam esse facultariuã, & proindè non considerari possessionẽ seù Statum manutenibilem, & consequenter non dari mandatum de manutenendo *Rot. diuers decis.* 863. *part.* 4. *Gratian. discept. forens. cap.* 655. *nu.* 49. *Caualc. decis.* 286. *Beltramin. in Schol. ad Ludouis. decis.* 161. *num.* 16.

Ex ijs.n. quæ fiunt, seu fieri solent, vel permictuntur iure facultatis, vel ex gratia, aut facultate Aduersarij nullum quæritur ius, nec oritur possessio, vel quasi, quæ sit attendenda. *Pont. de spol. lib.* 2. *cap.* 16. *numer.* 166. *Card. Tusc. concl.* 32. *num.* 7. *lit. O. Pacific. de Saluian. interdict. inspect.* 1. *cap.* 6. *num.* 30. *Rot. diuers. decis.* 297. *sub n.* 4. *part.* 2. *Rot. in Recent. decis.* 397. *nu.* 3. *& decis.* 840. *num.* 3. *part.* 2. *Card. Mã. decis.* 267. *num.* 2. *Episc. Riec. Collectan. decis.* 1293. *in fin.*

6 Tali modo, vt nec in actu negatiuo in his, quę à facultate dependent quasi possessionis Status datur, nec manutẽtio conceditur, *Card. Tusc. concluf.* 69. *num.* 5. *lit. V. Viuian. in prax. Iuris patronat. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 18. *part.* 2. quos recentissimè refert, & sequitur *Ludouic. Pontius in suo tract. de manutenẽdo d. obseruat.* 53. *nu.* 13. vbi discutit articulum, si debeatur manutenentio ei, qui in possessione est ex graria, seù causa liberali, & in materia facultatiua, & posẽ fixam regulam negatiuam 7 cum illationibus ad propositum *nu.* 16. excipiendo declarat, tunc in facultatiuis non esse dandam manutẽtionem,

quan-

Digitized by Google

quando clarè constaret, vel esset vehemens præsumptio materiam esse facultatiuam, alias sub tali prætestu nõ esse de facili manutentionem denegãdam, *ex Seraphin.decis.323. numer.3. Beltram. ad Ludouis.in dict. decis.162. in fin.* qui voluit non esse materiam facultatiuã, quod procedit titulus, quia tunc actus sequentes censentur facti in vim tituli præcedentis ad exclusionem actus voluntarij, & debetur manutentio, quoties probatur causa, & possessio ex illo, *Genc. de censibus in addit.part.2.cap.2.quæst.3.art.9.n.17.*

9 Ad instar pariter excluditur in dubio facultatis præsumptio ex actuum pluralitate per longum temporis interuallum gestorum, & ex diuturna
10 possessione, quia toties multiplicata gratia non est præsumenda, & ex diuturna possessione acquiritur Statui cõsiderabilis, & manutenibilis *Card.Caualer.decis.286.num.6. Rot. in Recent. decis.640.num.3.part.2. Cacher.dec.99. num.19.* vbi quod ex diutina præstatione obligãdi animus insurgit cum alijs adductis, *per Pontium in allegat.tract. de manutenendo nuper adducta observ. 53. num.20.* vbi alia coacerua inter quæ finaliter enunciat in actibus, etiã
12 facultatibus dici acquisitam possessionem, quando præcessisset prohibitio, & subsecuta esset acquiescentia, *ex Giouagn.cons.9.num.87.lib.1. Rot.diuers.decis.297. sub nu.4. & 5. part.2. Rot. in Montis Regalis Iurisdictionis Coram R. P. Penia apud Marchesan.de Commission.part.1. fol.1050. numer.6. Melch.Lother.de re benef.lib.2.quæst. 31.num.29.* vbi data contradictione, & legitima temporis defluxione id asseuerat.

Quare his non concurrentibus, vtiquè grauãtur Vassalli, quando pro Natiuitate filiorum, vel nuptijs ipsorum coguntur expensis Vniuersitatis facere luctari, & currere pallia insignum lætitiæ.

Idemquè erit concludendum, vbi pro aliqua dignitate assumpta, vel collata in personam Baronis Vassalli adstringerentur donativa, vel insignum lætitiæ, aliquas demonstrationes facere cogerentur, quia volẽtes possunt, & ex vrbanitate debent facere, sed no possunt ad id cogi.

SVMMARIVM.

1 *Ars sericæ nutriendi vermes, cum folijs impediri non potest, & si à Baronibus impediatur Vassallis fit Grauamen, vt num.7.*

2 *Clericis negotiari est prohibitum, & mercando, quas incurrãt pœnas, num.3.4. & 5.*

Clericus negotiãs, peccat mortaliter, ibidem.

6 *Clerici, cum folijs suarum Arborum possunt in proprijs ædibus Arti sericæ operam dare ex decisione Sacræ Cõgregationis Eminentissimorum Concilij Interpretum.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando impediũtur, cum folijs suarum Arborum in proprijs ædibus, Arti sericæ operam dare, sed idẽ Opus ad medietatem, cum Baronibus facere adstringuntur.

GRAVAMEN CXCV.

1 IMpedire subditos, nè cum folijs propriarum Arborum, vel alienarum, quas emunt in proprijs ædibus Arti sericæ operam dent nutriendo vermes, vulgò (Agnelilli) est restringere libertatem, & proindè grauamen inducit.

2 Videmus inquam, vt Clericis alias negotiari prohibitis, & mercaturas facere vetitis, *cap. Negotiatio 88.distinct. cap. secundum, ne Cleric. & Monac.* vbi decernitur, vt excommunicentur, *cap.*
4 *sed nec eod.tit.* vbi præcipitur, vt suspẽdantur ab ordine Ecclesiastico, *& in cap.Clericus 94.distinct.* vbi imponitur
5 eis depositionis pœna, *& in cap.Canonum.14. quæst 4.* vbi mandatur expoliari à Clericali consortio, & ideò peccare mortaliter mercaturam exercendo, *Medin. in Cod. de restitut. quæst.3. art.2. Rebell. de obligat.Iustit. part.2. lib.9.*

Digitized by Google

lib. 9. quæst. fin. sect. 2. Fernandez in Examin. Theolog. Moral. part. 4. cap. 5. §. 8. Morla in empor. Iur. part. 1. tit. 9, quæst. 10. Salon. in 2. 2. quæst. 77. art. 4. fu è Graſſ. in tractat. de effect. Clericat. effect. 6.

6 Adhùc tamen non eſſe prohibitum, cum folijs ſuarum Arborũ in proprijs ædibus Arti ſericæ operam dare, præcedente licentia Epiſcopi, quæ gratis eſt concedenda, vt declarauit Sacra Eminentiſſimorum Concilij interpretum Congregatio, de qua moderniſſimè *Barboſa in tract. de Iure Eccleſiaſtico vniuerſali lib. 1. tit. de vita, & honeſtat. Clericorum cap. 40. ſub nu. 127.* & proindè non poſſunt pro tali cauſa moleſtari ex capite illicitę negotiationis.

7 Quare merito pro grauamine fuit reputatum, dum quidam Baro in Regionibus Calabriæ impediret ſuos Vaſſallos incumberent Arti ſerici nutriendo vermes, cum folijs propriarũ Arborum ſub prætextu, quod volebat vt idem opus ad medietatem cum ipſo agerent, & proindè habito recurſu ad ſuperiores fuit iniũctus ordo dicto Baroni, vt abſtineret à tali moleſtia, & quod ſineret ſubditos ad libitum talia exercere.

SVMMARIVM.

1 *Effodere lapides in Montaneis Vniuerſitatis Ciuibus eſt permiſſum.*

2 *Violentia infertur per Barones, quando prohibent, nè Ciues effodiant lapides in Montaneis demanialibus Vniuerſitatis.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi vetentur effodere lapides pro eorum vſu in Montaneis demanialibus Vniuerſitatis.

GRAVAMEN CLXXXVI.

1 EFfodere lapides in Mõtaneis communibus cuilibet Ciuium, licèt eũ in eis vti habitatores habeat quiſq; vſum ex dictis *per Beuian. in Conſuet. Aluern. tit. deſpaſſurage.*

2 Ità quod infertur violentia à Baronibus, quando ſubditis talis effoſio prohiberetur, vtad aliũ finem enunciauit *Rendella in tractat. de Paſcuis tit. de Baronum Paſcuis verſic. ex quibus pagina mihi 65.*

Vndè cum Ciues Terræ Sanctæ Catherinæ conquererentur de ſuo Barone, quia illos impediebat effodere lapides à Montaneis communibus, & demanialibus eiuſdẽ Vniuerſitatis pro ædificandis Domibus, & pro alijs cõmoditatibus exiſtente Cõmiſſario Regio, tunc Conſiliario *Vintentio de Franchis fuit prouiſum*, quod Baro abſtineret, & hoc in Anno 1580.

Patet id in proceſſu Grauaminum dictæ Terræ in Banca, tunc temporis Roppuli Actuarij Sacri Regij Conſilij.

SVMMARIVM.

1 *Aerarij non ſunt obligati conficere panem pro vſu Baronum.*

2 *Aerarij tenentur ſolum exigere introitus feudales, nec ad alia ſunt obligati.*

3 *Iurauetant imponi noua onera.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando vti Aerarij adſtringuntur in eorum domibus facere panẽ pro ſeruitio Baronum, & eorum familiæ.

GRAVAMEN CXCVII.

PRo parte Vniuerſitatis Auigliani fuit porrectum grauamen in Sacro Regio Conſilio contra eius Baronem ſub

sub prætextu, quod cogebat Aerarios qui erant pro tempore, vt ab eorum Vxoribus curarent facere panem pro seruitio ipsius Baronis, ac vsu Familiæ, & existente Commissario Regio Cõsiliario Cæsare Vitellio extitit prouisum Baronem debere, abstinere à tali coactione pænes Figliolã Actuarium.

2 Aerariorũ enim propriè munus est tãtum exigere introitus Feudales, vt diximus *tom.1. Grauamin.165.* & proindè ad alia non tenentur, & nolentes cogi nequeunt, vt fuit alias determinatum ad fauorem Hominum Terræ Riuigni contra vtilem Dominum.

3 Quare si Aerarij adstringerentur, ad hoc vtiquè grauarentur, & esset illis nouum onus imponere, quod iura vetant, vt latius probauimus *tom.1. Grauamin.1.* vbi erit videndum.

SVMMARIVM.

1 *Choreas facere est permissum, & num.3.*
2 *Clerici non possunt interesse choreis.*
4 *Prouisio Regiæ Audientiæ Apuleæ circa materiam chorearum refertur.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando impediũtur facere choreas Vulgò (Balli): absquè licentia Baronum.

GRAVAMEN CXCVIII.

1 FAcere choreas vulgò (Balli) non est de prohibitis, & ideò passim tempore Nuptiarum, vel Natiuitatis filiorum videmus de consuetudine ob lætitiam fieri, quibus tamen choreis
2 Clericis interesse non licet, nè propter metus obscenos eorum contaminentur oculi *cap. præsbiteri 19. distinct. Lopez in l.57. tit.5. par.1. Vgolin. in tract. de potest. Episcop. cap.13. §.30.* quos refert. & sequitur, *nouissimè Barbosa in tractat. de Iure Ecclesiastico vniuersali lib.1. tit. de vita, & honest. Clericorũ cap.40. num.61.*

3 Cumquè regulariter choreas facere sit permissum, non poterint fine grauamine à Baronibus prohiberi, prout sic in facti contingentia reperio prouisum per Consiliarium Palermum ad fauorem Hominum Terræ Sancti Gregorij contra eius Baronem, qui emanare fecerat Bannum, ne sine licentia sua per Ciues fierent choreæ sub pæna, & fuit iniuntum, vt abstineret à tali Banno, & quod adlibitum Ciuibus, absquè contrauentionis metu liceret choreas, iuxta consuetudinem agere.

Et tempore meo, dùm quidam Gubernator in Prouincia Apuleæ, in qua
4 quotidiè quasi huiusmodi choreæ exinueterata consuetudine fiunt, emanasset Bannum prohibitiuum, habito recursu ad Regiam Audientiam fuit ordinatum esse obseruandum solitum, & pro eius obseruantia licere choreas facere, cum honestate tamen, & sine scandalo, nec de Banno emanato esse vllam habendam rationem, & sic fuit seruatum.

SVMMARIVM.

1 *Honestæ Matronæ, & Mulieres Nubilis Aetatis non debent venire ad Iudicia.*
2 *Actuarius debet accedere ad Domus honestarum personarum pro illis examinandis.*
3 *Fæmina grauida est examinanda Domi.*
4 *Fæminæ honestæ, quando examinantur in loco Curiæ, Actuarius debet facere aliquam personam bonæ conditionis astare, nec in secretò.*
5 *Pudicitiæ honestarum puellarum est habenda ratio.*
6 *Infirmi, senes, & pauperes carentes vestibus sunt in eorum Do-*

Digitized by Google

mibus examinandi, & non ad iudicia trahendi.

7 *Mulieres, quando volunt liquidare Instrumenta, solent accedere ad Ecclesias vicinas Curiæ, & ibi Actuario dare verbum, & quid quãdo Monialis est creditrix, num.8.*

9 *Honestas semper exempta intelligitur.*

10 *Honestas est dignior cũctis rebus.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando Fœminæ Nubilis Aetatis, vel Honestæ, aut grauidæ pro deponendo Testimonium veritatis ad locum Iudicij accedere coguntur.

GRAVAMEN CXCIX.

1 CVm honestas Matronas, & Nubi-
2 les Mulieres non deceat ad iudi-
3 cũ sub sellia venire, ideò ad illas examinandas mittitur Actuarius ad earũ Domus, vt constat *apud Glos. Castrens. Ias. Rom. & Odofred. ff. de Iur. iur. Bal. in cap. si quis testium num.2. de testib. Crauett. cons.41. sub numer.18. Boccac. in tract. de liter. Remissorialib. cap 2.num.28. Grauat. ad vestr. in prax. lib.6.cap.2.num.52.*

3 Idquè maximè in Fœmina grauida habere locum patet, *apud Franc. Marc. decis.182. tom.2.* quem sectatur *Baiar. in addit. ad Clar. in pract. Grim. quæst. 64.num.75.* vbi tamen voluit à tali priuilegio excludere Mulierem rusticam prægnantem, & quia sicuti accedit ad nemus pro lignis, ita pariter potest ire ad domum Iudicis ad se examinandũ, refert *Farinacc. in tract. de testib. quæst. 78.num.97.* quæ opinio si esset attendenda prægnantia, nihil operaretur, quia de per se Ciuilitas, & honestitas personæ Mulieris illam facit exemptã ab accessu ad se examinandam in loco residentiæ Iudicis antè præsentiam, & ideò cum tali opinione non concurro.

Et ad nostrũ institutum oculos habendo non reticeo dicere, quod conquerũtur de facili, & sæpè sæpius subditi, quando Barones, vel Officiales cogunt huiusmodi personas in loco, in quo residen Testimonium perhibere.

4 Et pro parte Vniuersitatis Terræ Lauri reperio porrectum grauamen, eo quia Mulieres Honestæ, & Nubiles pro testificando cogebantur ire ad locum Curiæ, ibiquè secretò nullo astãte examinabantur, de quo habito recursu ad Sacrum Regium Consilium, existente Commissario Regio Consiliario Remũdez fuit prouisum, vt Officiales dictę Terrę ad huiusmodi examen faciendum procederent habita ratione ad qualitatem personarum, & ideo in aliquibus locis solet astare Magister Iuratus, vel Syndicus, aut vnus ex Electis, vt vidi practicari.

5 Pudicitiæ enim honestarum personarum semper est habenda ratio, & si id prætermittatur, subditorum non euitabitur grauamen.

Quare si contrarium obseruetur Subditi, vtiquè grauantur.

Nec desinas obseruare induci pariter grauamen in huiusmodi materia
6 examinis, quando Infirmi, Senes, pauperes nõ habentes vestes, quibus carnes cooperiant ad locum iudicij venire coguntur ad se examinandos, sicquè de alijs dici, de quibus cum lato calamo odisserat, *Farinacc. in tract. defectibus quæst. 76. cap.5.* illius remissione contentus calamum requiescere facio.

Non tamen omitto dicere me vidisse indistinctè practicari, vt quãdo tra-
7 ctatur de liquidandis Instrumentis, Mulieres accedunt pro tali effectu in Ecclesijs, magis conuicinis ad locum Iudicij, & ibi Actuarij veniunt ad recipiendum verbum, & in magna Curia Vicariæ, vt plurimum solent ire in Parocchi ali Ecclesia Sancti Thomæ, vel in Ecclesia Sanctæ Catharinæ ad Formellum, aut in Ecclesia Refugij, & de tali practica testantur *Foller. ad Marant. part.6. vers. & producuntur scripturæ, & Instrumenta num.5. Grauin. de liquid. Instrum.2.part.declarat. 18. & Robert. considerat.4.num.7.* quos refert *Galter. de liquid. Instrum.1.part. 2.part. in versic. aduertat Creditor ad*

perso-

personam suam sub num. 1. vbi pariter
8 quod quando Monialis est creditrix, & vult liquidare accedit Actuarius ad Monasterium, & interrogat eam, an præsentet contra suum debitorem Instrumentum, & hoc causa honestatis;
9 conseruandæ, quæ semper excepta videtur, etiam in generali dispositione, *argum. l. Nepos proculo, ff. de verb. si-*
10 *gnific.* illaquè vti dignior singulis rebus venit præferenda, *Bald. in l. quod ex liberta, C. de oper. libert. per l. Iulianus, ff si quis omissa caus. Testam.*

SVMMARIVM.

1 *Vrgentia debent præcedere Inditia, vt Reus torqueatur, & quid si essemus in criminibus occultis, & enormibus, num.* 2.
3 *Delicta occulta, & difficilis probationis, quæ sint.*
4 *Allegationes Francisci Seuerini reportantur.*
5 *Inditia, quæ afferantur in casu istarum allegationum. ibid. cum num. seq. vsquè ad num.* 11.
12 *Inditia remota, quæ sint, & quot testibus debeant probari, nu.* 28.
13 *Iusta Causa, imò, Causa etiam bestialis excusat à dolo.*
14 *Fama est deterior testis, quam haberi possit.*
15 *Fama est res fallax, mendax, & pernicioſa.*
16 *Fama, quomodo debeat probari, remissiuè, num.* 59. *&* 61.
17 *Vana vox Populi non est attendenda.*
18 *Ob tumultum Populus citò à vero deuiat, pergitque in indirectũ.*
19 *Plebs sæpe clamoribus, aut gratia agitata de facili mouetur.*
20 *Nil tàm facile, quàm vilem, ac in doctam plebem mouere.*
21 *An valeat consequentia, adulter occidit virum adulteræ, igitur adultera consensit, & num.* 49.
22 *Quomodo probetur concubinatus, & adulterium, num.* 50.
23 *Probatio debet concludere per necesse, & non per possibile.*
24 *Præsumptio in dubio potius debet capi in bonam partem, quàm in malam.*
25 *Imaginationes non sunt inditia.*
26 *Debet cõstare de delicto in genere.*
27 *Vox vnius, vox nullius.*
28 *Testis deponens de auditu principalis non probat.*
30 *Lubricum linguę de facili ad pœnam non est trahendum.*
31 *Vnicus testis immediatè deponens de delicto, facit inditium proximum sufficiens ad torturam.*
32 *Infans quicquid videt, ignorat.*
33 *Testis infans, non probat, nec inditiat.*
34 *Testes deponentes de delicto nocturno debẽt assignare rationem si Luna lucebat, si aderat lumen, vel quid simile.*
35 *Testis vnicus immediatè deponens de delicto, vt faciat inditium ad torturam debet esse omni exceptione maior.*
36 *Quis dicatur testis omni exceptione maior.*
37 *In criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores.*
38 *Testes singulares, etiamsi essent mille non probant.*
39 *Inditia imperfectè probata in genere suo, an coniungantur ad faciendum vnum indicium perfectum, & num.* 74.
40 *Quæ non probant singula multa iuuant.*
41 *Iudex non debet procedere ad torturam ex abrupto, non præcedentibus inditijs sufficientibus. Sed cum grano, Solis, & maximo temperamento.*
42 *Tortura est maior pœna, quàm abscis-*

Digitized by Google

abscissio vtriusquè manus.
43 Iudex non potest deuenire ad torturam, nisi per inditia sufficientia.
44 Tortura illata nullis, vel inualidis inditijs est nullius momenti, & sic confessio ex ea secuta, millies ratificata, etiamsi postea superueniant inditia.
45 Taciturnitas arguit dolum, & facit inditium, num. 45.
46 Taciturnitas arguit simulationẽ, & fictionem, quæ arguunt dolũ, & delictum.
47 Nulla maior probatio, quam proprij oris confessio.
48 Exfractatio de Domo post delictũ facit inditium.
51 Vnius testis deponẽs de facto proprio, & in quo nullum interesse habet, probat.
52 Nouatio non præsumitur.
53 Nemo præsumitur velle iactare suum.
54 Potius præsumitur error, quàm donatio.
55 Nouare, est perdere, & dissipare.
56 Amoris furore, nil vehementius.
57 Multa verba, & pulchra dicta de amore.
58 Adulterio, nil turpius.
59 Fama adminiculata inditiat.
62 Probatio bonæ vitæ, & famæ enernat inditia.
63 Mala fama, & vita inquisiti inditiat.
64 Potest, quis moueri ad aliquid credendum ex aliqua causa.
65 Nulla peior pestis, quam latro domesticus, & inimicus familiaris.
66 Sufficit in crimine veneni constare de delicto in genere per coniecturas.
67 Variatio, & mendatium principalis inditiat.
68 De vxore mala, malum præsumitur, & semel malus semper præsumitur malus, num. 68.
69 Minæ, & Causa odij inditiant.
70 Dictum infantis, an saltim faciat aliqualem præsumptionem.
71 Error non debet obesse veritati.
72 In delicto occulto, & atroci, lex contentatur leuioribus probationibus.
73 In delicto occulto, & atroci reus potest torqueri ex insufficiẽtibus inditijs.
75 Iudex in inditijs debet confirmare animum suum cum verisimilitudinibus.
76 Multa de verisimilitudine.
77 Inditia sunt indici arbitraria, Arbitrium debet esse regulatum.
78 Testes deponentes de auditu, cum adminiculis inditiant.
79 In delictis occultis, & atrocibus coniecturæ, & præsumptiones sufficiunt, & promptior in his, Iudex debet esse ad torturam.
80 Inditia debent esse certa, & verosimilia, quæ possint cadere in sensum cuiuscumquè prudentis.
81 Per inditia certa, & verisimilia Iudex debet venire ad torturam
82 In delictis occultis, & atrocibus licet Iudici iura transgredi, & reum torquere, etiam ex processu informatiuo.
83 In inferenda tortura non potest dari certa doctrina, sed Iudicis conscientiæ relinquitur.
84 Inditia stant in pectore Iudicis.
85 Reus malæ vitæ de facili torquetur.
86 Tortura purgat inditia.
87 Tortura, an possit repeti, & num. 89. 91. & 92.
88 Iudex debet cãuere à repetitione torturæ, vti ab igne.
90 Reus an sit sufficienter tortus relinquitur arbitrio Iudicis, & num. 93.
94 Inditia, quãdo sunt vadde vrgentia, non purgantur per torturã & num. 96.

Digitized by Google

95 *Quæ sunt inditia indubitata.*
97 *Inditia indubitata pro veritate habentur.*
98 *Reus tortus, & non confessus, quãdo possit aliqua pæna extraordinaria puniri, & quando sit liberandus informa, & nu.* 100.
99 *Pæna debet esse metus multorum, & transire in exemplum aliorũ.*
101 *Occasio peccandi, & delinquendi debet tolli, & eradicari.*

ARGVMENTVM.

Vassalli grauantur, quando leuibus præcedentibus Inditijs Torturae subijciantur,
Et multa de Inditijs, & Tortura cumulantur.

GRAVAMEN CC.

1 VRgentia debent precedere inditia ad finem, vt contra Inquisitum possit ad torturam deueniri, ita probat *Cason. in suo speciali tract. de indit. & torment.* & post catheruam Doctorum, quos secum vehit, tutatur *Farinacc. in pract. Crimin. tit. de Indit. & Tortur. quæst.* 37.

Hinc pro grauamine fuit reputatum in causa hominum, & Vniuersitatis Terræ Sibari cum vtili Domino, dum pro omni specie indiciorum operabat quod eius Officiales torquerent inquisitos, & suspectos, & proindè per Sacrum Consilium fuit iniunctus ordo, quod ipse abstineret, & quod Officiales leuibus existentibus indicijs nullatenus ad torturæ actum deuenirent, vt in Banca Sarni existente Commissario Regio Io: Felice Schalaleone.

Sed nõ reticeã dicere, quod solita est quandoq; Regia Audientia Capitinatæ
2 Apuleæ me ibidem Auditore existente procedere ad torquendos reos quãnis leuia inditia contra ipsos præcederent, & hoc in casibus occultis, & enormibus difficilisquè probationis.

Licet inquam in huiusmodi casibus recedere ab ordinarijs iuris Regulis, & iura ipsa transgredi, requisitasquè sollemnitates minimè adhibere, & ordo est ordinem non seruare vt docuit *Innocent. in cap. 2. de constitut. Laurent. decis. Rot. Auen. 15. n. 3. Ruiz decis. Lituan. 3. n. 353. Menoch. de arbitr. iudi. q. 84. n. 9. lib. 1.* nõ solũ puniendo sed et in procedẽdo vt copiosa manu probat, iuxta morem *Tiraquell. in tract. de pœn. temper. caus. 49. num. 16.* & voluit *Clar. in sua pract. crimin. §. 1. vers. sunt etiam in fin.*

Inditia namquè alias de iure leuia reputata in casibus occultis, & enormibus censentur grauissima, vt suadet *tex. in cap pro humani de homicid. in 6. Monticell. in pract. crimin. Reg. 2. d num. 23. Guttier. pract. quæst. lib. 3. cap. 3. Hector Felic. alleg. 3. num. 43.*

Indè rationabiliter in similibus delictis, & difficilis probationis, & in quibus aliter veritas haberi non potest multa specialia conceduntur, quæ & alias denegantur, vt præcisè est, quod testes inhabiles admittatur, adeò quod ex eorum dictis indicium ad torturam oriatur, vt probatur *in cap. fin. extra de testibus.* & latius prosequitur *Farinacc. tit. de indit. & tortur. quæst. 43. num. 68. & 69.*

3 Dicuntur autem delicta occulta, difficilisquè probationis, quorum probatio à communiter accidentibus (Iudicis arbitrio) haud facilè haberi suaptè potest, *vt per Herculan. in tract. de negatiu. num. 310. & apud Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 116. lib. 2.* & latius *in tract. de præsumpt. quæst. 58. libr. 1. Simon. de Præt. in tract. de interpret. vltim. volunt. lib. 1. interpret. 1. resolut. 10.* ex quorum dictis satis habes inter huiusmodi delicta connumerari, dolum fraudem simulationem, partum suppositum Incendium, Adulterium, Sodomiam, Simoniam, Tractatum, Mandatum, Conspirationem, Veneationem, Falsitatem Falsam, Mónetam, Disrobationem Oitium fractum, & apertum Introitum in locum periculosum Vsuram, Delicta domestica, & nocturna, Minas per virum vxori illatas, Matrimonium clandestinum, laceration em scripturarum, & alia his similia, prout temporis, Regionisq. & personarum qualitas requiret, quæ omnia prudens Iudex suo marte, vtiq;

con-

Digitized by Google

considerare tenetur, ad finem ne grauare videatur subditos, & veritatem inuestigare valeat pro nõ molestatione Innocentium, & castigatione Nocentium, & reorum.

At quia multa de inditijs, & tortura in facti contingentia fuerunt cumulata per laboriosum V.I.D. Frãciscum Seuerinum amicum meum, placuit ad eius instantiam, hic reportare, & sunt quæ sequntur, videlicet.

Iurium Allegationes pro Coronide Materiæ huius Grauaminis.

DElegata Causa inquisitionis formatæ per Curiam Terræ Gallucij aduersus Iuliam Cisterna de appensato homicidio, seù potius parricidio in personam Francisci Carroccia sui viri per admodum Illustrem Dominum Ianuarium Paulucci affectatarium, cum inrisdictione dictæ Terræ A. M. D. Stephano Vinale, & mihi Consultori dubitari in ea contingit.

Primò, an ex inditijs aduersus illam vrgentibus ritè, & rectè tormẽto corde subiri potuit.

Secundò, ex quo fuit torta per horã, & nõ confessa, an possit iterũ torqueri.

Tertiò, ex quo fuit torta, et nõ cõfessa an sit liberanda in forma, vel possit aliqua pœna extra ordinaria puniri.

Et ad faciliorem harum hæsitationum ingressum opere, pretium ẽsse iudicaui prius hic, factum hoc atrox inferere, cum singulis inditijs, quibus eardo eorum, de quibus dubitatur facillimè aperiri possit, cum ex facto Ius oriatur, *l. si ex plagijs, §. incliuio capitulino, ff. ad l. Aquil. l. obligamur, §. ex facto, ff. de act. & obligat.* & prius debet constare de facto, quam de iure disputetur, *l. quidam referunt*, ibi, vt non ante iuris ratio, &c. *ff. de Iure codicill. Rodriquez de modo examin. proceff. in cauf. Ciuilib. cap. 10. nu. 5.* & meritò nam ex minima facti variatione totum Ius mutatur, *Gall. conf. 2. num. 15. & seqq. Laratha conf. 9. num. 12. & 13.* confert dictum Imperatoris *in l. vt responsum, C. de transact.* vbi respõsum congruum recipere possis inferere facti exemplum.

Factum itaquè, ita se habet de mense Iunij proximi præteriti, cum insurrexit vox Populi in dicta Terra Gallucij, quod Franciscus Carroccia vir dictæ Iuliæ non reperiebatur, Curia suspectans de nece illius, incepit maxima cum diligentia illum perquirere, & tandem eleuato saxo cuiusdam Sepulturæ intus quandam Ecclesiam dirutam vulgariter nuncupatam Sancta Maria de Angioli, repertum fuit Cadauer illius, cum quadam fune in collo, seù in gutture instar ciappi, quod signum patens, erat quod cum ille fuerat strangulatus, & suffogatus; O scelus incomparabile, ò delictum omniũ atrociſſimum aduersus tanti criminis, Auctores deberent insurgere leges, & ãrmari iura gladio vltore, vt in simili dixit *Imperator in l. cum vir, C. ad l. Iul. de adulter.* & in proprijs terminis *Gramat. conf. 74. in 1. in Ciuil.*

Inditia, quæ afferuntur aduersus hanc diram scelestam, & inhumanam vxorem sunt infrascripta.

Primum, nam eius vir, dum non reperiebatur, tacuit per plures dies, & de hoc cum nemine conquærebatur, ipsa enim in eius prima depositione confitetur, quod in die Mercurij 5.
4 Mensis Iunij, valdè mane dictus eius vir discessit ab eius domo, & dixit, quod ire volebat Concam empturus quasdas impignas calceamentorum, & quod deindè non fuit reuersus, nec amplius visus, & tamen ipsa tacuit per plures dies, & tacebat, & cum nemine conquærebatur, quod de eius viro nullum nuncium habebat, prout quelibet prudens, & amans vxor fuisset, ex qua taciturnitate negari non potest, quin sit orta quædam fictio, & simulatio dolum indicantia.

Secundum dicta vxor post discessum viri de domo, antequam de hoc crimine suspicaretur, & fama insurgeret, & ante inceptam per Curiam formari in-
5 quisitionem exfractauit de domo, cum quibusdam suppellectilibus se conferendo ad habitandum in alienam domum, ex qua exfractatione fuga, & latitatione maximum contra eam fuit

ortum inditium.

Terrium mala fama, & nomine quibus dicta vxor colliebat, ex quo erat adultera, & habebat in amasium quẽdam Anellum de Petrillo, cum quo carnale commercium exercebat, qui similiter reperitur inquisitus de eodè
6 delicto, & pro eo contumax, nam statim secuto delicto se absentauit, & amplius non fuit visus, vnde verisimile est, quod vxor hæc adultera, tanquam viri inimica huic delicto consenserit, & illius fuerit conscia, & benè informata.

Quartum statim inuento cadauere insurrexit publica vox, & fama, quod
7 dictus vir fuerat interfectus à dicto Anello Amasio vxoris, & quod illa huiusmodi delicto consenserat, & conscia fuerat.

Quintum in illa nocte iniqua prætenditur fuisse patratum delictum, dum Filiolæ dictorum coniugum intensæ
8 plangebant, & auditæ fuerunt plangere, adeòquod duæ mulieres de conuicino fuerunt coactæ expergisci, & exire foras, & vocare dictas Filiolas, & illas interrogare ad quid plangebant, quę responderunt, quod Mater aberat, signum patens, quod tunc temporis, delictum erat patratum.

Sextum contra dictam sceleratam
9 vxorem affertur, quod de Mense Maij proximi præteriti, tractauerat veneno occidere dictum eius virum.

Septimum afferuntur minæ vxoris
10 aduersus virum, ex quibus oritur inditium maximum contra eum.

Octauum depositio Catharinę Carroccia filiæ dictorum coniugum, quæ dicit, quod illa nocte 5. Mensis Iunij dicta Iulia Mater, cum duobus vestitis vestibus albis ad instar confratrũ
11 egressa fuit dicto viro, & Patri dictæ Catharinæ existentem in lecto, cum dicta filiola, & quod dicta Mater illum cœpit per caput, vnus ex illis duobus per pedes, & alter illi posuit finem gutturi, & illum suffocauerunt; O facinus nefãdum, ò scelus in nostro sæculo, adhùc inauditum.

Discutiamus modo singula præfata inditia, & videamus, an sint in genere suo rectè probata, vt vrgeant.

Et quod illa duo prima de taciturnitate, & latitatione, & fuga de domo
12 debeant, saltim probari duobus testibus contestibus, cum sint remota, & non tangunt ipsum delictum, *iuxta glosas communiter receptas in l. fin. C. de famil. ercis. & in l. capite quinto. ff. ad l. Iul. de adult. Io: de Amicis consil. 86. num. 12. Petr. Gaball. cent. 2. resol. 193 num. 1. Ascia determ. 73. num. 2. & determ. 143. nu. 14.*

Quod sint inditia remota non dubitatur, cum non percutiant immediatè ipsum delictum, sed illius circumstantias, & argumenta *Osasc. in decis. Pedemont. 79 nu. 15. vers. inditia verò remota, &c. num. 16. Farin. in dicta eius prax. part. 2 quæst. 36. numer. 47. & 48. Ascia determ. 158. nu. 4.* sed de his nullus testis deponit, igitur non vrgent.

Tantò magis, quod dicta vxor in dicta eius prima depositione, dicit, quod ibat quærendo aliquod nuncium de eius viro, vt postea id referret, si opus erat, nec debebat aliquod prodere in campum à veritate, forrè alienum, & erat conueniens, vt de veritate, plus informaretur, & de exfractatione, latitatione, & fuga de domo redditratio-
13 nem, quia sola timebat, & hæ causæ, etsi bestiales forent, quæ non sunt, cũ sint consonæ rei excludunt dolum, *Mar. Ant. resol. lib. 3 resol 9. num. 3. Gall. cons. 2. num. 96. Reg. Tan. decis. 55. S. C. Scaÿn. decis. 92. nu. 65.* & sine dolo non consideratur delictum, *Io. de Amicis cons. 57. num. 4. & cons. 60. nu. 2. Card. Seraph. decis. 668. nu. 2. & 3.* Vnde de his attentis, hæc duo prima inditia remanent pœnitus ælisa.

Quòad tertium, & quartum de publica voce, & fama tàm respectu malę vitæ, & nominis dictæ vxoris concu-
14 binatus, & adulterij, quam de ipso delicto, dico, quod fama est deterior testis, qui haberi possit, *Caravit. ritu*
15 *M. C. 41. num. 9. &* 10. vbi etiam est res fallax, mendax, & pernitiosa, *Farin. [illegible] sua prax. 9 47. num. 7. & [illegible] in miscell. disput. 16. num. 1. &* 2. nec est formiter probata, *vt per*
16 *Farin. ibidem, & Io. de Amicis consil. 70. num. 1. & seq. & cons. 27. numer. 9. & 10. & cons 52. num. 16. & cons. 60. nu. 11. & cons. 83. nu. 2. 3. & 4. Peguer. decis. 17. nu. 12. & seqq.* quæ potius di-
17 ci possit vana vox populi, quæ non est attendenda, *l. decurionum, C. de pœnis*

& ob

& ob tumultum Populus, citò à vero deuiat, pergitquè in indirectum, *capita miramur*, 61. *distinct.* ac plebes sæpe clamoribus, aut gratia agitata de facili moueri solet, *cap. si ergo* 8. *q.* 1. & nimirum, quia nihil tàm facilè, quã vilem, ac indoctam plebiculam con-
20 ditione, & linguæ volubilitate mouere, quæ quidquid non intelligit plus miratur, *Luc. de Penn. in l. descriptioni, num.* 25. *&* 26. *C. de imp. Luc. descrip. lib.* 10. nec infertur adulter occidit virum adulteræ, ergo adultera cõ-
21 sensit, & fuit conscia per ea, *quæ in mea alleg. posui in primo tomo Tract. de Grauam. Vassall. fol.* 487.

Etsi in specie tractemus de concubinatu, & adulterio, vbi testes, qui deponant de practica, cæteriquè requisitis, de quibus satis est mihi allegare
22 *Mascard. de probat. conclus.* 57. *cum seqq. vsquè ad conclus.* 65. *& concl* 340. *cum duabus seqq. vol.* 1. nec vim facit dictum filiolæ Catharinæ, vt dicemus in inditio octauo.

Circa quintum de plantu filiarum, nec hoc inditium vrget, nam hoc euenire solet noctis tempore, filiolas ex varijs accidentibus plangere, & hæc non est probatio per necesse, *iuxta tradita in l. non hoc, C. vnde cognat. & in l. nequè Natales, C. de probat.* & Mater in eius depositione interrogata de hoc, dicit, quod potuit id euenire in primo somno, prout id euenisse appareat, dùm illæ mulieres dicunt fuisse circa tertiam horam noctis, & fuit in tempore æstiuo, quo gens reperitur communiter somno grauata, nimirum ait Mater, si filiarum plantum non aduertit, & ideo id non est tradendum ad malum, *argum. l. meritò, ff. pro socio*
24 *Oter. diuers. qq. Iur. lib.* 1. *q.* 21. *Scaiin. decis.* 115. *num.* 14. *&* 15. & hæc potius
25 sunt imaginationes, quam inditia, quæ nullius sunt momenti *Mar. Ant. Var. resol. lib.* 3. *resol.* 44. *cas.* 5. *versic.* 5. *præsertim, &c. Cost. de fac. scient. & ignoran. cent.* 1. *in cons. post* 9. *distinct. num.* 3.

De sexto videtur parum curandum
25 quia non constat de delicto in genere *iuxta tradita in l.* 1. *§. item illud, ff. ad S. C. Syllan. Mauf. de contrabaa. q.* 7. *Thor. voto* 26. & in specie criminis veneni, *Muta decis.* 1. *num.* 8.

Quòad septimum, nec hoc inditium
26 vrget, quia de illo tamen deponit Oridia Cisterna, & ideo vox vnius, vox nullius, *l. Iuris Iurandi, C. de testibus, &*
27 & cum sit inditium remotum debebat probari, saltim duobus testibus contestibus, vt diximus supra de primo, & secundo inditio, tùm est, quia deponit de auditu principalis. *Ascia deter.*
28 73. *num.* 6. *Cardinal. Gudon. decis.* 570. *num.* 2. nec dicta vxor erat persona potens respectum viri, quæ potuisset minas exequtioni demandare, & ita solita, sed potius præsumendum est ex iracundia, illam aliqua verba minatoria protulisse, quod inter coniuges de
29 facili euenire solet, ideo lubricum linguæ ad pœnam facili trahendum non est. *Peguer. d. decis.* 17. *num.* 11.

Circa octauum, ex quo dicta Catherina est infans, licèt deponat imme-
31 diatè de ipso delicto, in casu vnius testis facit inditium proximum sufficiens ad torturam, *Osasc. in alleg. decis.* 79. *num.* 15. *& Farin. d. decis.* 36. *num.* 45. *&* 46. *Rota Lucens. diuers. decis.* 8. *& decis.* 135. *vers. nam faciendum, &c.* tamen
32 non est omni exceptione maior, quia infans, & testis infans, quicquid videt ignorat, *l.* 1. *C. de falsa monet.* ideò nullam probatione, & inditium facit, latè *Farin. de test. quæst.* 58. *nouissimè Giazz.*
33 *disput. Crimin. disp.* 16. Tantò magis, quia deponit de delicto nocturno, & non assignat rationem, si aderat lumẽ, vel quid simile secundum tradita, *per*
34 *Iason. in l. non minorem, C. de transs. Oter. in Miscell. disp.* 9. *num.* 4. *Cala de modo art. gloss. magna. num.* 1257. *Vin. decis.* 169. *Ascia determ.* 71. *num.* 7. nouissimè *Thor. vot.* 32. *& in Compend. decis. Neap. tom.* 1. *verb. testes deponentes, &c.* & vt vnius testis immediatè
35 deponens de delicto, vt faciens inditium ad torturam debet esse omni exceptione maior. *Peguer in d. decis.* 17. *num.* 1. *& per DD. in supra relatis lo-*
36 *cis*, & testis omni exceptione maior dicitur ille, cui nulla exceptio, vel macula opponi potest, *Machell. patr.* 46. *nu.* 13. *Menoch. de præsumpt. lib.* 1. *præsumpt.* 89. *num.* 5. & de communi testatur. *Mausõ. de contraban. cap.* 11. *nu.* 8.

Præterea sumus in criminalibus, in
37 quibus probationes debent esse luce meridiana clariores, *l. fin. C. de probat.*

Digitized by Google

cap. sciant cuncti 2. *q.* 8. etiam quòad inditiandum, *Ascia determ.* 158. *nu.* 3.

Et cum superius diximus, inditia
38 remota debent duobus testibus con-
testibus probari, testes singulares, etiã si essent mille non inditiant, *Ascia in alleg. determ.* 158. *num.* 25. *Io. de Amic. cons.* 7. *num.* 27.

39 Nec plura inditia imperfectè probata in genere suo coniunguntur ad faciendum plenum inditium, *Gramm. cons.* 3. *num.* 18. *Ascia in alleg. determin.* 158. *num.* 25. *&* 26. *Io. de Amic. in d. cons.* 7. *num.* 26. *&* 27. *Hieronym. de Laurent. in decis. Auenion.* 93. *num.* 10.

40 Et sic in hoc casu non militat regula, quæ non prosunt singula multa iuuant, *de qua in l. instrumenta, & in l. rationes, C. de probat.*

41 Nec Iudex debet procedere ad torturã ex abrupto nõ præcedentibus inditijs sufficientibus, sed cum grano, salis, & cum maximo temperamento. *Io. de Amic. cons.* 27. *num.* 39. *& seqq. & cons.* 131. *num final. Ascia determ.* 149.
42 *num.* 8. & nimirum, nam tortura est maior pœna, quam abscissio vtriusquè
43 manus, ideo Iudex nõ potest ad illam deuenire, nisi per vrgentissima inditia, *Marta consil.* 26. *nu.* 3. *&* 4. *Io. de Amic. d. cons.* 7. *num.* 53.

Et tortura illata, nullis, vel inualidis inditijs est nullius momenti, vt cõfessio inde sequta, etiam millies ratificata, & non obstante, quod postea
44 superuenirent inditia. *Muta decis.* 1. *num.* 3. *& seqq. Grammat. cons.* 150. *nu.* 7. *& seqq.*

Vnde ex his videtur dictam Iuliam satisfuisse grauatam, & perperam tormento cordæ fuisse affectam.

Nihilominus cõtrariam rem ipsam impensius cõsiderando respondendum de iure fore arbitror.

45 Nec obstant ea, quæ diximus ad elidendum primum inditium, nam taciturnitas arguit dolum, & contra tacentem facit inditium, *Farin. d. eius prax. par.* 2. *quæst.* 52. *num.* 96. *&* 97. *nouissimè Thor. vot.* 52. *sub num.* 9. nec negari potest, quin taciturnitas hæc
46 continuat certum, quid collusionis, simulationis, & fictionis, quæ omnia arguunt dolum, & delictum, *iuxta tradita per Bargal. de dolo lib.* 5. *capit.* 23. Nec refragatur, quod non sit probatũ per duos testes contestes, quia eadem
47 vxor taciturnitatem hanc fatetur, dũ in eius depositione, se excusat, quod tacuerat, quia ibat querens aliquod nuncium de dicto eius viro, & nulla maior probatio, quam proprij. Oris confessio, *l. generaliter, C. de excep. non numer. pecun. Mastrill. decis.* 145. *num.* 2. *& seqq. Mauson de Caus. execut. ampliat.* 36. *num.* 1. *& seqq.*

48 Item dicendo de secundo inditio, nempè de exfractatione, latitatione, & fuga de Domo, quam ipsamet fatetur in eius depositione, & non potest negari, quia hæc iuntæ, cum tot alijs adminiculis, & præsumptionibus vrgeant aduersus illam per ea, quæ tradit *Mauson. de contrabann. quæst.* 11. *n.* 45. *Crauett. cons.* 6. *num.* 37. *&* 39. *Thor. voto* 16. *num.* 63. *&* 64.

49 De his, quæ diximus de tertio & quarto inditio, nec pariter curandum, & quòad tertium præsumitur adultero occidente virum, vxorem adulteram consentire per ea, quæ tradit *Gramm. in cons.* 74. *in ciuil. & Boer. decis.* 262. & de adulterio, & concubinatu deponunt plures testes de publica voce, & fama, & assignant rationem, quia dictus Anellus Amasius steterit carceratus in Curia Episcopali Theanẽsi pro causa prædicta, & Catherina filia dict.
50 Iuliæ dicit, quod quando eius Pater aberat dictus Anellus ibat dormitum cum Matre, & quidam N. Apothecarius in eius depositione dicit, quod dũ tenebat in affictum Apothecam commestibilium, vulgariter *detta la Poteca Lorda*, qui in ea vendebat caseum, panem, oleum, & cetera huiusmodi commestibilia, dictus Anellus ei ordinauerat, quod [illegible] dictæ Iuliæ, quidquid volebat, quoniam ipse ei satisfaciebat & quod [illegible] plures dicta Iulia iuit [illegible] Apothecam pro [illegible] rebus, quas illi [illegible] dictus Anellus illi pre[illegible]um soluit, qui testis, quãuis [illegible]e, ex quo deponit de facto pro-
51 prio, & nullum in hac re habet interesse, plenè probat, *Ascia determin.* 1. *num.* 35. *& num.* 55. *Steph. Grat. discept. forens. tom.* 4. *cap.* 553. *num.* 21. *& seqq. Cocein. decis.* 95. *n.* 1.

52 Nec est verisimile dictum Anellum voluisse sine causa ea donare dictæ Iuliæ

liæ cum donatio non præsumatur, nec
53 quisquam præsumatur velle iactare suum, *l. cum de indebito, ff. de probat. Deluca in cons. 12. num. 17.* & potius
54 præsumitur error, quam donatio *Marta cons. 150. num. 26. & cons. 151. num. 29. & 30. Thor. vot. 23. num. 44.* cum
55 donare sit perdere, iactare, & dissipare suum. *Viu. decis. 67. num. 2. & 3. & Camill. Borrell. cons. 4. num. 24. & 25.* ad quæ nulla maior causa aliquem cogere potest, quam amoris, cuius furore nihil vehementius, *glos. in l. vnic. de sent. cons. Claud. toll.* circa quod prætermittere nolo pulchra verba *Carol. Iallong. in racemat. Iur. 40. numer. 74.* vbi ait, nunc vero narrando locus est circa adolescentes, & concubinarios, qui ardentissimo amore capti ob blandiloqua puellarum verba tot patiun-
57 tur æstus, tot pernoctationes, tot frigora, tot nubes, tot pluuias, tot niues, tot labores, tot denique timores, & moriendi pericula, vt multoties redigantur ad insaniam maximumque merorem, & exploratissimum illud est, nihil amore ipso vehementius, quot .n. verò effranatos, oblitosque sui fecit amor, quot dedit præcipites? quot cæcauit rationem, quot tandem crudeliter interemit, *& in num 75.* subiungit hinc infertur Amasios, qui nimis ardent, magis expauescere, solere, & timere minas amasiarum, quam probatissimorum virorum, adeòquod Amasius pro Amasia, fas, atque nefas committere quantumuis enorme non erubescere, ex quo puellarum amor rectum subuertit iuditium amorisque insania ob cæcat, perditque infelices homines. quemadmodum sunt concubinarij, & maiora sequitur Auctor ille ibi num. seq. exagerans Venerem, quæ breuitatis causa silentio prætereo, & multa congerit ad hanc rem *Episcop. Ricc. in prax. Episcop. p. 2. resol. 135. & decis. 15. & 155. part. 3. Giurb. cons. 47. Oter. diuers. qq. iur. par. 3. q. 30.* vnde verisimile est patrasse, non solum hoc scelus, sed potuisse ob causam huius-
58 modi amoris patrari maius, hos scelerates amasios, quo scelere nihil peius ad quod affero, *tex. in l. Lucius §. matre, & vxore, ff. de leg. 2.* ibi sed alter mihi peiora fecit, &c. Vnde redeundo ad id, à quo egrexi sumus, fama iunctis tot adminiculis in crimine adulterij, & cõcubinatus, valdè vrget *Mascard. de probat. concl. 59. num. 3. & concluſ. 62. num. 2. & concl. 63. Cala de modo artiç. glos. magna, nu. 575.* arguitur
59 enim ex superius relatis, adulterium, & coniubinatum, saltim præsumptiuè *Dãza de Pugn Doct. tit. de Concubin. cap. 1. num. 19. Episcopus Ricc. decis. 43. num. 4. par. 4.* saltim ex regula, quæ nõ prosunt singula multa iuuant, vt in proprijs terminis fatetur, *Mascard. conclus. 62. num. 6.* & in huiusmodi delictis carnis præsumptiones habentur loco probationis, *Mascard. conclus. 57. num. 7. & 8. vol. 1,*

60 Nec obstant, quæ diximus supra aduersari, quarto inditio nempè, quod statim inuento cadauere insurrexit publica vox, & fama, quod Anellus Amasius interfecerat dictum Franciscum, & quod vxor consenserat, nam cum sit fama adminiculata, & fulcita tot adminiculis, & præsumptionibus satis inditijat, *Io. de Amic. cõs. 7. n. 8. Gramm. cons. 42. num. 12. & cons. 35. num 8.* & sollemnis dicta fama, quæ oritur ex argumentis. *Io. de Amic. dict. cons. 7. nu. 9. & cons. 85. num. 4. Marius Ant. var. resol. lib. 3. resol. 7. nu. 10.* maximè quando cum ea vrgent verisimilitudines. *Ant.* ibi *num. 16. vers. accedit, &c.* Et habuit ortum ante litem contextam, imò ante informationem cœptã. *Mar. Ant. ibid. n. 11. vers. maximè, &c. Steph. Grat. lib. 1. discept. foren. cap. 78. nu. 35. & seqq. idem Mar. Ant. ibi resol. 35. num. 14. Alex. Trent. var. resol. libr. 2. tit. de probat. resol. 10. num. 10. Card. Gu-*
61 *don. decis. 237. num. 19.* & ibi addit, sufficit, si testes dicunt, ita publicè dici. *Caual. decis. 6. num. 1. Episcop. Ricc. dec. 169. num. 9. part. 1.* & facit illud vulgare (vox Populi, vox Dei.)

62 Vrget mala fama, & vita dictæ Iuliæ, de qua deponunt multi testes, nam sicuti articulatio bonæ famæ eneruat omnia mala inditia. *Mar. Ant. var. resol. lib. 3. resol. 10. num. 27. Mart. cons. 27. num. 10. & decis. 63. nu. 3.* ita pro-
63 batio malæ famæ inditiorum vires auget, ex regula contrariorum eadem est disciplina, de qua *in l. 1. ff. de bis, quæ sunt sui, vel alien. Iuris, & §. 1. instit. eod.* nimirum, si de ea omne malum præsumi potest. *Gram. cons. 30. n. 6.*

Nec

Nec obstant, ea quæ diximus de plantu filiarum aduersus quintum in-
64 ditium, quia negari non potest, quin sit mala præsumptio, quilibet enim sanæ mētis ex hoc motiuo, hoc sibi persuadere posset, & moueri ad ita credendum per ea, quæ tradit *Farin. in d. eius prax. tom. 2. quæst. 36. n. 33. & 36.*

Quę diximus de tentato venēno aduersus festum inditium, nec pariter vim faciunt, nam quod dicta Iulia de mense Maij tentasset, cum pastillis venenare dictum eius virum probatur conquæstus dicti viri, quod dum dicta eius vxor fecisset pastillos & illi de dictis pastillis præsentasset lancem vnū, vulgariter detto *vn Piatto*, cum illos gustasset, statim sensijt amaritudinem, & noluit amplius de illis comedere, & incœpit conquæri, cum eius vxore de veneno, quæ vti illum diuerteret ab illa opinione, ipsa de dictis pastillis gustauit duos morsus, & postea illos tulit cuidam mulieri de conuicino, nomine Vincentia Dammerota, quæ cū voluisset ei gratias agere de dictis pastillis, ei respondit, caue caue, ne de illis comedas, nec permittas ab aliquo tangi, subiungens hoc fero malum mihi eueniet, & quia sentijt eius virū venientem retro, statim reuersa fuit, & postea redir, & petijt à dicta Vincentia antitodum veneni, vulgariter detto *l'Oruietano*, quod ei dedit, & dixit, quod illos pastillos ei tulerat, vt diuerteret dictum eius virum ab illa opinione veneni, subiungit etiam dicta Vincentia in eius depositione, quod vidit dictos pastillos, simul cum Camilla Vinale, & in illis erat mixtum certum, quid instar salis, & cum postea dicta Camilla voluisset increpare dictā Iuliam de hoc scelere, dixit, quod illud fecerat, & si non fecisset adhuc id faceret, de his assatim deponunt d. Vincentia, & Camilla, & plures testes de conquestu viri, & publica voce, & fama, ecce odium patens, quo vxor prosequebatur virum, quo nihil peius, nulla enim peior pestis, quam latro
65 domesticus, & inimicus familiaris, ex quo oritur inditium, maximum contra dictam sceleratam vxorem, ad quod satis mihi est afferre doctrinam, *Gram. in decis. 2.* referentis factum illius Frā-ciscellæ de Aretio famulæ cuiusdam Nobilis Neapolitani, quæ eum in quodam malo venenum posuisset, vt Dominum venenaret, Dominus eum gustasset, noluit bibere, & in delicto veneni sufficit constare de delicto in genere per coniecturas, *Muta d. decis. 1. num. 18.* Auget hoc inditium variatio dictæ Iuliæ principalis, quæ interrogata in primo eius constituto, si de illis pastillis comederat, dixit tantum duos
67 morsus, deindè in secundo constituto dixit, quod de illis se saturauerat, hæc variatio, & mēdacium arguit dolum, & delictum. *Muta decis. 40. num. 23. Farin. in prax. par. 2. quæst. 52.*

Circa ea, quæ diximus de septimo indítio ad illud eneruandum dico pariter, quod ea non aduersantur, nam vti vxor pexima morigerata verisimiliter poterat minas exequi, & semel mala semper præsumitur mala in eodem genere mali per ea, quæ tradit idem *Peguer. in d. decis. 27. sub d. n. 11.*
68 maximè cum tot adminiculis, & ex causa, quia dictus eius vir eam verberauerat, vt deponit Catherina filia, vnde non solum vrgēt minæ, sed etiam causa odij, *Ascia determ. 158. nu. 20.*
69 *&* 22. & non est verisimile, quod Osfidia Mater dictæ Iuliæ, & Catherina filia voluisset, absq. verò deponere contra filiam, & Matrem. O res inaudita à sæculo, quod Mater deponit contra filiam, & filia contra Matrem.

Nec obstant, quæ diximus ad elidēdum octauum inditium, nam licet dicta Catherina sit minor, tamen eius dictum satis vrgeret, iuxta illud dictū Ecclesiast. ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos suos, vt dextruas inimicum, & vltorem Dauid. 8. & saltim facit aliquā
70 præsumptionē, & quale, quale inditiū, *Farin. d. quæst. 58. nu. 24. & seqq.* iunctis tot adminiculis, & in delicto nocturno, & atroci. *Muta decis. 1. nu. 13. & 14.* vbi pluries in facto hoc eueniisse testatur, & refert dictum *Marsi. in l. infans, ff. ad l. Cornel. de sicar.* de marito proditore, qui occidit pudicam vxorem, captus amore alterius, quam haurientem aquam de puteo proiecit in illum, & mox clamauit succurrite, succurrite, quia vxor mea cecidit in puteum, quod delictum fuit reuelatum à duobus eorum filijs infantibus.

Nec

Digitized by Google

Nec obstat illud de lumine, vt ipse
71 audiui ab eadem Catherina, quando de hoc interrogare volui, quia aderat lumen, & per errorem ab Actuario de hoc non fuit interrogata, vnde error non debet veritati obesse. *Laratha cons.28.num.29. Ascia determin. 113. num. . & 4.*

72 Quibus addo, quod sumus in delicto occulto, in quo lex leuioribus probationibus contentantur, *Ascia determ. 149.num.5. & 6. Farin. in prax.part. 2.quæst.37 num.118. & 150.* & in delicto atroci *Oter. in miscell.disp.21.nu.2.*
73 in quo reus potest torqueri, etiam ex inditijs insufficientibus. *Oter.* ibi *in num.3. & 4.*

74 Et plura inditia imperfecta possint simul iungi ad faciendum plenum inditium, & perfectum ex regula, quæ non prosunt singula, &c. *Gramm. cons.32. num.10. & cons.37. num.2. & in decis. 34. num.35. Mar. Ant.variar.74. resol.lib.3 resol 7.num.13. Gall. cons.81. num.9. Mastrill.decis.232.n.6. Peguer. decis.17.num.44. Rota Lucens.decis.13. num.49. Monach. ad Minad. decis.43. numer.10.* & ita fatetur *Marta* dicens seruari *in consil. 41. numer. 22. nouissimè Thor.vot.32. numer.11.* & optime omnium, quos hucusquè viderim *Caball.cent.2 resol.193.*

75 Iudex debet in inditijs confirmare animum suum, cũ verisimilibus *Ascia determ.144.nu.10. & seqq.* & quæ magis verisimilitudines, quàm tot supra enunciatæ præsumptiones, & coniecturæ, quæ dictam mulierem non solũ tanti sceleris participem, & consciam fuisse.

Sed etiam Auctorem, & inuentricẽ enixe testantur multum enim supra
76 dictæ præsumptiones, & verisimilitudines operantur ad mouendum animũ Iudicis, ad ita credẽdum *Coccin.decis. 423. num.2.* imò cogunt illum secundum ea ad videndum, *Farin. in eius prax.tom.2.quæst.36.num.28.* & verisimilitudines in probatione attenduntur, faciunt fidem indubitatam, & cum tot adminiculis pro lege habetur *Stephan.Grat.tom.4.discep.forens.cap.796. num.26. Præs. de Franch.decis.153. nu. 5. & 6.* & multum operantur, *Cardin. Gudon.decis.245.nu.7. & seqq.* & sunt potentes ad supplẽdum probationem imperfectam, *idem Card.Guid.dec.233. num.4. & 5.* & verisimilitudini omnia consona sunt, *Grauett.cons.6. num.26.* & omnibus probationibus prævalet. *Gall.cons.99.num.7.* & sicuti, quando aliquid non est verisimile reprobatur, ita quãdo est verisimile debet amplecti Canon. Nouarius in scholijs ad libros *Cod.in l.inter cartulas, num.7. C. de conuen. fisc. debit. lib.10.* & semper iudicandum est à verisimili. *Maechel. patr.6.num.10.* & in obscuris ad verisimile confugimus, *Merend.cent.iur. lib.5.cap.41. num.3.* meritò verisimilitudo dicitur cognata naturæ, *Gait.de credito cap 2.tit.3.num.112.*

77 Præterea inditia sunt Iudici arbitraria, licet arbitrium debeat esse regulatum, *Mar. Ant. var.resol. lib.5. resol.7.num.14. Farin.d.part.2. q.57. num.92. & 200. Ascia determ.158.nu. 1. & 148. num.9. Laratha cons.113.n. 80. Gramm.cons.14.num.fin. & consi. 73.num.fin. & cons.60.num.9. Peguer, decis.17.num.9.*

78 Adsunt plures testes deponentes de aditu, qui cum adminiculis faciunt inditium, *Muta decis.57.num.19.*

79 Insuper cum simus in delicto occulto, & atroci sufficiunt coniecturæ, & præsumptiones, & Iudex facilior, & promptior debet esse ad torquendum, *Mar. Ant. var.resol. lib.3. resol.44. casu 4. vers. tertio, &c. resol. 20. cas.5. in fin. Gramm.cons.1.num.10. & 11. & cons.17.num.3. & seqq.*

80 Nec relata inditia sunt imaginationes, sed certa verisimilia, quæ cadere possunt, & debent in sensum cuiuscumquè prudentis. *Maur. Anton. var.resol.d.resol.44 d.cons.4. vers. fuit tamen, &c. Gramm cons.6. numer.12.*
81 per quæ debet Iudex venire ad torturam. *Marta cons.10.nu.3. & 4.* maximè in delictis nocturnis *Gram.cons.*
82 *34. nu.fin.* & in delicto atroci, in quo licet Iudici iura transgredi, & reum torquere, etiam ex processo informatiuo, *Gram.cons.74. num.9. & seqq. in ciuili.*

83 Nec in inferenda tortura potest dari certa doctrina, sed Iudicis conscientiæ relinquitur *Io. de Amic.consil.134.*
84 *num.1. & 2.* & inditia ad torturam stant in pectore Iudicis. *Tasson. de Antefato vers.12.num.51.*

85 Et

85 Et tantò magis potuit hæc peixima vxor de facili torqueri ſtante eius mala vita, *Gram. conſ.17. num. 17.*

Ex his concludo ritè, & rectè potuiſſe dictam uliam tormentis ſubiri, & meritò tormentis fuit affecta.

Secundum an hæc vxor dira tigris, & vrens torta, & non confeſſa poſſit
86 iterum torqueri, & nequaquam reſpondendum eſſe videtur, quia tortura purgat inditia. *Muta deciſ.40. n. 43. & deciſ.5. num.12. Farin. in deciſ.76.2. num.6.part.2.tom.2. Mar. Ant. var. reſol.d.lib.3.reſol.7.num.15. & reſol.22. num.9. Epiſcop.Rice,deciſ.33.numer 2.*
87 *part.* 1. ideo repeti non poteſt, *Boer. deciſ.163.num.9. & ſeq. Gram.conſ.21. num.15.16. & 25.* vbi ait, quod Iudex debet cauere à repetitione torturæ, vt ab ignoe. *Muta decis.1.num.17. Affl.*
88 *perbelle in Conſtit.Regni ſi dãna clandeſtina ſub num. 55. verſ. ſed quia,* vbi concludit reum tortum ſufficiẽter nõ
89 debere iterum torqueri, quod idem *Boer.* annuit *d. deciſ.163. ſub num. 10.*
90 & an ſit ſufficienter tortus relinquitur arbitrio Iudicis inſpe a qualitate perſonæ, delicti, & inditiorum, hoc idem fatetur *Campagna in capit. Regni 144. numer.8. & ſeqq.* optimè *pax.in prax. tom.1. 5.par.12. & num. 14.* vbi ait,
91 quod ſi reus non fuit ſufficienter tortus, pot eſt iterum torqueri, ſi inditia ſunt vrgentisſima, nec poteſt repeti, vt fatetur *Staib. in cons.29.num.6. & Theſaur.lib.3.qq.forenſ.q.10.* more ſolito ſolenniter ait, quod quãdo quis
92 leuiter fuit tortus, & non ſufficienter poteſt tortura repeti, ſed id declarat, quando per imprudẽtiam Iudicis, quis fuit inſufficienter tortus, ſecus ſi cauſa cognita per Iudicem fuerit præſcriptus gradus torturæ, tunc non poteſt vlle pacto repeti, & ſubiungit, quod etiam ſi nullus fuerit præſcriptus gradus torturæ, ſi non fuerit protextatũ de tortura reiteranda repeti non poteſt, ita fuiſſe deciſum in Senatu Sabaudiæ, ibi teſtatur.

Sed an hęc mulier fuerit ſufficienter vel inſufficienter torta queritur, & videtur, quod non, nam licèt fæmina ob ſexus fragilitatem torta per horam, videatur ſufficienter torta per ea, quæ tradit *Gram.conſ.50.nu.1. in ciuilibus,* tamen hæc mulier licet per horam
93 torta, adeo torturam parui pendit, quod torta non videbatur, & ita ratione eius robuſtitatis, tum ratione grauitatis delicti, & vrgentiæ inditiorum non poteſt dici ſufficienter torta, nec gradus torture fuit ei præſcriptus, imò protextatum de tortura reiteranda, ſi opus erat, & Curiæ videbatur, & ſic ex his, quæ tradit *Afflict. Campagna de pax. & Theſaur. in locis relatis, & per DD. in l. repet. ff. de quæſt.* omninò fatendum torturam poſſe repeti. *Viſcont. conclu. Iur. verb. tortura,* vbi quando
94 inditia in caſu graui non ſunt leuia, ſed valdè vrgent, non purgantur per torturam, & ideò poteſt illa repeti, & inditia exiſtentia contra hanc inhumanam vxorem non ſolum ſunt vrgẽ-
95 tiſſima, ſed fore indubitata; Nam inditium indubitatum dicitur, quando delictum non potuit ab alio patrari, quam ab inquiſito, vt in caſu noſtro, nam occiſus erat homo pacificus, & cum nullo odium habebat, & in eius depoſitione vxor fatetur, vbi etiã ſubiungit, quod veriſimiliter credit, quod potuit à dicto Anello eius Amaſio occidi; ſi itaquè cum nullo odium habebat, præterquam cum eius vxore, & d. Anello, vt ſupra indubitatè tenere debemus, & iudicare à d. Anello, & vxore ſuggerente, & conſentiente illum fuiſſe occiſum; actentis his, quæ refert *Muta in alleg. deciſ.1. num.1.* Immo etiam ſi inditia nõ eſſent à lege approbata, ſi tamen talia ſint, qnæ Iudicis animum, ita aſtringant, vt non poſſit moueri ad inquirendum contra alium, tunc illa inditia faciunt Iudici inditiũ indubitatum. *Marta, optimè vot.148. Regens Rouit.deciſ.63.* & quando indi-
96 tia ſunt indubitata tortura non purgat inditia. *Marta vot.prædict.230. & 239. & Regens Rouit. d. deciſ. 63.*
97 indubitata enim inditia pro veritate habentur, *Caſſan. ad Conſuet.Burg.rubric.1. & 2.*

Circa tertium & vltimum nùm hæc vxor poſſit aliqua pœna extraordinaria puniri, & dico quod actenta grauitate delicti exemplaris, & inditiorum poteſt, imò debet aliqua pœna puniri per ea, quæ tradiderunt. *Gram. deciſ. 8.* & ibi Add. *Muta deciſ.37. nu.27. & ſeq. Epiſcop.Ricc.deciſ.87. num.5. p.3. Marta d.vot.249. & Rota Roman d. deciſ.*

Digitized by Google

decis.63. Alex.Trent.var.resolut.lib.1. tit.de dolo resol.2.n.7. Facch.controu.
98 *iur.lib.1,cap.29.& 33.* secundum aliquorum opinionem, *Tasson. de Antef. vers.12. & obseru.1.num.49. & obseru. 2.num.4. Viscont. concl.iur. dict. verbo tortura.Menoch.de arbitr.Iud,cas.273. in nouis add Merenda controu.Iur.lib. 5.cap.25. Præs. de Franch. decis.538. Addit. ad Staib cons.29. nouissimè Don Franciscus Merlino Pignatello cõtrou. forens.cent.1.cap.19. num 6.* est verum, quod non existente grauitate delicti, & vrgentia inditiorum reus esset absolnendus in forma, *capit. nouis inditijs*, quando non constaret de vero patratore, & Auctore delicti, *Misyng pract. obseru cent.5.obseru.12. Marta cons.26, nu.10. Thor.* nouissimè *voto 53.nu.40.*

Sed dubitatur pro Coronide, qua pœna esset digna hæc mulier non pœna triremium, quia illius sexus illam non patitur, non exilij, quia oritur maius scandalum, idem si liberaretur informa, ex quo eius Amasius illa ad libitum potiretur, itaquè vt pœna vnius sit metus multorum, & transeat in
99 exemplum aliorum, vt dixit *pract.Papiens. de form inquis. gloss. trans. sent. num.1.* ego essem in opinione illam fustigandam esse, vt semel fecisse Senatum Parisientem, testatur *Boer.dec. 262.* vel per decennium illam condemnari ad inseruiendum alicui Hospitali, vel ad carceres pœnitentiæ M. C. adentis his, quæ tradit *Marta d.vot. 238.num.14.* vbi ait inditiatum de a-
100 liquo graui delicto debere puniri aliqua pœna extraordinaria licèt tortum, & non confessum attenta qualitate personæ scandalo dato, & qualitate loci, & eo maiore scandalo, quod nisi puniretur equi posset, quæ omnia in casu nostro sunt valde consideranda, quia ad illum per necesse adaptari debent, vnde hæc occasio peccandi, & delinquendi omninò auferri, & credi-
101 ri debet, *l. illud conuenire, ff. de pact. dotal. Viscont. concl. iur. verb. occasio, Oter.diuers.qq.iur.par.2.9.20.num.6.* & ita iuris esse consulo remittens me semper iudicio melius sentientis.

HAec igitur sunt, quæ de VASSALLORVM GRAVAMINIBVS in lucem hoc in Secundo Tomo edere decreui, quod si rem (vt vulgò circumfertur) acu non tetigerim, tentaui tamen quid in tali materia Nouarianæ Vires (alioquin debiles) aggredi possent. Si aliquid autem Boni, & noui reperies Deo Optimo Maximo, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit, laus tribuatur. Cœterum protestor, vt si aliquid in toto opere enunciatum, aut quoquo modo exaratum, quod à Nostræ Christianæ Fidei, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dispositione sit alienum comperitur ex nunc aboleo, reuoco, & detestor, Mentis enim meæ semper fuit est, eritquè sub prædictæ Sanctæ Matris Ecclesiæ obedientia, & gremio viuere, & mori. Sic Deus Optimus Maximus, cui sit honor virtus, & gloria concedere dignetur. Amen.

Io: Maria Nouarius I. C. Lucanus.

Explicitus est de Vassallorum Grauaminibus.

TOMVS ALTER.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX LOCVPLETISSIMVS

Singulorum Rerum, & sententiarum, maximè practicabilium, & verborum omnium, de quibus in hoc Opere Secundi Tomi, eiusquè partibus continentur, & obseruatione digna visa sunt.

Alphabetica Serie Digestus.

A

Absolutus in forma nouis superuenientibus Indicijs illis, deinde accedentibus rectè molestatur, nisi iam superueniant transacto biennio, & quare. Grauamin. 42. num. 15.

Quid in Curijs baronalibus, ibidem num. 17. fol. 99.

Absolutus à Iudice de aliquo delicto per sententiam diffinitiuam nullo modo potest pro eodem crimine molestari siue per viam Inquisitionis, siue accusationis. Grau. 42. num. 2. & 5. fol. 97.

Absolutus in foro panitentiali, adhuc potest inquiri, & accusari in foro Iudiciali non obstante illa absolutione, vel condemnatione, ibid. num. 6.

Absurdum omninò vitandum. Grau. 130. num. 12. fol. 213.

Accessus iteratus semper magis punitur. Grau. 77. num. 26. fol. 148.

Accessorium debet Iudicari, vt de principali. Grau. 130. num 21. & 50. fol. 214. & 216. & regulatur à principali, ibid. num. 23. fol. 214.

Accrescens sortitur naturam rei cui accrescit. Grau. 130. num. 27. fol. 215.

Accusationis materia, vbi tractet, remissiuè. Grau. 111. num. 1. fol. 187.

Accusare, qui possunt de Iure communi, & qui de Iure Regni. Grau. 121. n. 2. f. 187.

Accusatorem ex officio Iudex, quando debeat repellere, ibid. num. 3.

Accusator non debet esse Idem, & Iudex. Grau. 113 num. 1. fol. 188.

Accusatus, & Iudicatus de aliquo ex criminibus mixti fori in Iudicio Ecclesiastico potest iterum in Seculari accusari, & puniri. Grau. 42. n. 7. contra n. 7. f. 97.

Acta facta per Capitaneum sunt nulla, & si de facto Iudex scribat ei non creditur. Grau. 87. num. 6. & 7. lim. num. 18. & 19. & 21. fol. 161. & seq.

Acta transmittenda vigore prouisionis Superiores in causis appellationum sunt consignanda soluta mercede. Grau. 99. num. 1. fol. 173.

Acta transmittenda, vid. vers. Tabellio.

Actio criminalis obiectaque à Iure tribuitur, impartitur pariter actio in factum ad interesse passum. Grau. 114. nu. 76. fol. 189.

Actio Iniuriarum competit ad omnia damna, & interesse etiam damni emergentis, & lucri cessantis, ibid. num. 2.

Actio in Iudicio Criminali emergens potest coram Criminali Iudice intentari, ibid. num. 3.

Actio pœnalis saltim quoad pœnam pecuniariam transit in haredem post litem cum defuncto contestatam. Grau. 183. num. 4. fol. 256. Declara, vt nu. 7. ibidem fol. 257.

Actuarij, & Capitanei officium est distinctum. Grau. 87. num. 1. fol. 160.

Actuarij officium, in quo consistat ibid. num. 2. & 4.

Actuarius debet actitare Coram eius Officiali, siue ordinarius ille sit, siue Delegatus, ibid. num. 3.

Actuarius dicitur pars quotidatiua ad ibid. num. 5. fol. 161.

Actuarij, & Iudicis officium, vide vers. Iudicis, & Actuarij.

Actuarij exigentes sportulas immoderatas, quod crimen committant, & quæ pœna puniantur. Grau. 97. n. 2. fol. 171.

Actuarij, Archiuarij, & Notarij, quando

pro

Digitized by Google

pro repertura scripturarum, quamuis antiquarum recipiunt vltra carolenum peccant, & tenentur ad restitutionem. Grau. 166 num. 3. fol. 261.

Actuarius debet accedere ad domum honestarum personarum pro illis examinandis. Grau. 199. num. 2. fol. 299.

Actus gestus contra Iuris dispositionem est nullus. Grau. 60. num. 12. & gestus contra legem pro infecto habetur, ibid. num. 13. fol. 12.

Actus agentium non operatur vltra intentionem. Grau. 163. num. 14. fol. 259.

Actus facti ex gratia, & voluntate non obligant. Grau. 194. num. 3. fol. 295.

Actus Confirmatio, vide ver. Confirmatio.

Actus ex mera voluntate, & liberalitate non inducunt consuetudinem, necessitatem, aut obligationem, num. 10. fol. 17.

Actus violenti, & meticulosi non inducunt, quasi possessionem, nu. 8. fol. 16.

Adiunctum ratione alienationis assumit naturam cum principali. Grau. 130. nu. 26. fol. 214. & 51. fol. 216.

Adulter, si occidit virum adultera, an præsumatur adulteram consensisse. Gr. 200. num. 21. fol. 305.

Adulterium, & Concubinatus quomodò probetur. Grau. 200. num. 22. fol. 305.

Adulterio, nil turpius, ibidem num. 58. fol. 307.

Adiutorium, an debeatur Baroni à Vassallis pauperibus. Grau. 13. num. 8. fol. 58. & num. 11. 12. & 13. fol. 59. quomodò tamen probanda sit paupertas, & an sufficiat esse probatum in vniuersali, vt excuset singulis, ibidem num. 14.

Adiutoria in Regno exiguntur pro numero focolariorum, ibidem num. 17.

Adiutorium in exactione multa opponi possunt. Grau. 17. num. 1. fol. 64. idò grauat Baro, si illa exigat propria authoritate. ibid. num. 2. 6. & 7.

Aduocatis partium, vide ver. Procuratoribus partium.

Aduocatus aduocando contra proprium Dominum priuatur feudo, excusatur, tamen si aduocet in causa propria contra Dominum. Grau. 22. numer. 10. & 11. fol. 70.

Aduocatus, qui à duobus recipit salarium si inter eos lis oriatur, vni eorum seruire debet. Grau. 153. num. 10 fol. 233.

Aduocati, & Procuratores reis pauperibus dandi sunt à Iudice, qui nisi prouideat peccat mortaliter, & Vassalli grauantur, si non destinantur sumptibus Curiæ cessis, tamen prius bonis in beneficium Curiæ. Grau. 173. num. 1. 2. 3. & 4. fol. 267. & 268.

Aduocati cogi possunt, vt defendant reos pauperes etiam sub priuatione Officij, ibid. num. 5. fol. 268.

Aduocati, Procuratores, & Causidici tenentur patrocinari pro impotentibus, & recusantes peccant mortaliter, ibid. num. 6. & 8. quid si Aduocatus sit pauper, ibid. num. 11.

Aduocati à pauperibus, etiam sponte dantibus recipere salaria pro patrocinio non possunt, & recipientes peccant, ibidem num. 7.

Aduocatus, quando excusetur, si pro pauere non præstat patrocinium, & quando peccet mortaliter, & quando veniali-ter tantum, ibid. num. 10. 12. & 13.

Aduocatus non tenetur præstare patrocinium pro pauperi, qui habet spem ad pinguiorem deuenire fortunã, nisi præstita obligatione soluendi, tunc. temporis, ibid. num. 14.

Aduocatus non tentur aduocare pro pauperibus, vbi residet aduocatus pauperum, ibid. num. 15.

Aedificare in suo, vel extra terram, si prohibeatur, absq; licentia Baronis Vassallus grauatur. Gr. 59. n. 1. n. 9. et 10. f. 121.

Aedificare in suo, & altius tollere, vsquè ad Cælum cuius licet, & ex cauere, etiã cum damno vicini, nisi ad iniuriam vicini principaliter fiat, ibid. num. 3.

Aedificare in muro diuisorio in vito vno ex socijs, non licet cum damnum alteri infertur, quid in muro, qui possidetur pro diuiso, ibid. num. 7.

Aequiparatorum eadem est iuris dispositio. Grau. 51. num. 3 fol. 112.

Aerarium habere ab Vniuersitatibus, licet Baronibus pro exactione introytuum feudalium. Grau. 19. num. 1. fol. 66.

Aerarium, & non alios Ciues Baro cogere põt ad exigẽdos redditus, ibid. n. 2. & 8. quia esset augere onus vniuersitati, ibid.

Aerarij non possunt cogi à Baronibus ad reddendas rationes extra locum administrationis. Grau. 26. num. 1. fol. 75. et Baro grauat, si vocet illos Neapolim pro reddendis rationibus administrationis in eorum Terris. ibid. n. 5. fol. 76.

Aerarij, & alij factores Baronum si finito anno velint reddere computũ, & Baro recũsit grauẽtur. Gr. 29. n. 1. et 9. f. 76.

Aste-

INDEX.

Arrariorum, & Camerariorum computa infra quem terminum Baro debet recipere, & expedire. Grau. 27. n. 8. f. 77.

Aerarijs in fine anni, cum remanent debitores, si Baro non det liberatorias grauat. Grau. 28. num. 1. fol. 78.

Aerarios in vitos per annum creant Barones in eorum Terris. Grau. 130. nu. 14. fol. 213. Eosquè Vniuersitas dare tenetur, licet salarium Baro dare teneatur, ibid. num. 14.

Aerarij non sunt obligati conficere panem pro vsu Baronum. Grau. 197. num. 1. fol. 298.

Aerarij teneniur solum exigere introitus feudales, nec ad alia sunt obligati, ibid. num. 2.

Aerarij Baronum non possunt mercari in loco, in quo præsunt. Grauam. 101. num. 1. fol. 176.

Aerarij, & Conseruatores Baronum tenentur recipere Vina, & Fructus feudales tempore vindimiæ verum tempore permutationis Vinorum est habenda ratio de defectu ad damnum Baronum. Grau. 107. num. 1. & 2. fol. 184.

Aeris pro salubritate conseruanda multæ cautelæ sunt adhibendæ. Grau. 46. num. 4. fol. 106.

Aeris 00 intemperiem, licet Episcopo resignare, ibid. num. 5.

Aer super omnia est necessarius ad conseruandam salutem, ibid. num. 6.

Agens agit propter finem, nuu. 4. fol. 2.

Agentium, quæ contra voluntatem fiunt non dicuntur Iure facta. Grau. 148. nu. 4. fol. 239.

Agens lege permittente non grauat, num. 8. fol. 21.

Agens ex necessitate non dicitur innouare, num. 6. fol. 24.

Agris post meßem stipulas accendere satis est antiquum. Grau. 34. num 1. fol. 84.

Albergatio omnibus debet esse libera, & quare. Grau. 57. num. 2. fol. 119.

Albergatio, vide vers. Hospitari.

Alciatus cons. 69. tom. 2. lib. 5. reprehenditur. Grau. 126. num. 14. & seq. fol. 205.

Aleæ nomen esse fortunæ lusum complectitur, omnesquè ludos infortunæ variaate consistentes. Grau. 67. num. 1. fol. 127.

Aleæ instabilitas, atquè incertitudo fallax, ibid. num. 3.

Alienatio simpliciter prohita, si fiat ex causa necessaria, redditur permissa, nu. 8. fol. 24.

Aliud pro alio cedi non potest, & maxime quando creditori præiudicium afferre potest. Grau. 23. num. 15. fol. 72.

Alluuionis Ius est de Iuregentium. Grau. 126. num. 21. fol. 207.

Aloysius Riccius Episcopus Vici Equensis laudatur. Grau. 131. num. 7 fol. 218.

Altari seruiens de altari viuere debet. Gr 18. num. 5. fol. 66.

Alueus à flumine derelictus de publico fit priuati, & prædijs proximioribus accrescit. Grau. 126. num. 1. fol. 203.

Amoris furore nil vehementius. Grauam. 200. num. 56. fol. 307. & num. 57. vbi multa pulchra dicta de Amore.

Animalia pro accessu Testium examinandorum ad fauorem Baronis contra Vniuersitatem eorum Vassallorum coguntur præstare, & quare. Grau. 22. nu. 1. & 2. fol. 70.

Animalium demortuorum, & morbosorũ Carnes, vide vers. Carnes animalium.

Anna affirmans in Summarijssimo possessorio manutenendum esse Baronem, licet de Iure ordinario contra eum sit iudicandum qualiter procedat, n. 12. fol. 10.

Animalibus transeuntibus per viam publicam, ne dum quando ad alia loca recto tramite non diuertunt, sed etiam prope viam ipsam herbas alienorum agrorum comedere licet, & Baro si exigat pœnas Banno impositas contra Damnificantes in agris grauat Vassallos. Grau. 152. num. 2. & 3. fol. 242.

Appellatio Fisco est prohibita, non solũ in Regno, sed per totam Italiam, sed quomodo Fiscus audiatur. Grau. 161. nu. 2. 5. & 6. fol. 253. & fol. 254.

Appellationi Fiscus cẽsetur inherere, si reus condemnatus appellauerit, nisi adsit pars quærelans, ibid. num. 3. & 4.

Appellationis secundum tempus regulatur recursus, qui datur Fisco loco appellationis, ibid. num. 7.

Appellari cum non potest, datur retractatio Grauaminis per viam quærelæ, ibid. num. 14.

Appellatio in Causis fidei, an detur, & an supplicatio, vel recursus, ibidem numer. 15.

Appellatione sublata non tollitur recursus ibid. num. 16.

Appellatio vulgaris, vide vulgaris appellatio habetur pro lege.

Appellandum, vbi sit à Magistris Nundinarum. Grau. 58. num. 1. fol. 130.

Digitized by Google

INDEX.

